


GRAMMATICARVM INSTITVTIONVM

Compendium breue, & perspicuum, methodo comprehensum,

Atque ex varijs scriptoribus selectum.

D. VITO CHIAPPISIO, SACCENSI, GYMNASIARCHA, AVTHORE.

Accessit ex Despauterio, post omnes alias editiones, quæ de Barbarismo, de Solœcismo, de Metaplasmo, & de Schematibus, carmine scripsit.

Accessit etiam Summa, admodum vtilis, ac pernecessaria, doctrinæ Christianæ, vnà cum modo confitendi, ex ordinanderum examine collecta.

Horum omnium Catalogum sequens pagella succinctè continet.

Cum priuilegio Philippi, Hyspaniarum Regis, & Senatus Veneti.



VENETIIS, Sumptibus Laurentij Pegoli, Panormi Bibliopolæ. M. D. LXXV.

Eorum, quæ in hoc opere continentur, catalogus.

Materia, & ordo librorum.

D. VITVS CHIAPPISIVS, SACCENSIS,

VIRO ADMODVM SPECTABILI ACCVRSIO A' PEROLLIS,

Salinæ Baroni, Mæcenati fortunatissimo S. P. D.

OMnes (ait Cicero Romani eloquij Princeps) trahimur, ac ducimur ad ſcientiã cupiditate gloriæ; quo ſaltẽ gloriæ immodeſta cupiditas, quod imbecillis natura non poteſt, id peragat. Hæc enim cum P. illo Scipione (teſte Sall. in bel. Iug.) cæteriſq; vrbis Romę præclaris viris ita ſe geſsit; ut eos, cùm maiorum imagines intuerẽtur, vehementiſsimè ſic animum ad virtutem accendi dicere ſolitos reddidit; ſcilicet non ceram illã, nec figurã tantam vim in ſeſe habere, verùm memoria rerum geſtarum eã flammã egregiis viris in pectore creſcere; neq; priùs ſedari, q̃ virtus eorum famã, atq; gloriam adæquauerit. Nec verò multò aliter, quò hæc etiã inſtituerετur Grãmatice, mihi obtigiſſe diffitebor: ſ. ut qui auditor hactenus fuerim, inſtitutor modò fiam: quiq; diſcipulus hucuſq; extiterim, modò (abſit à verbis arrogantia) magiſter inſcribar. Atq; adeò noſtrum alioqui ſtudium fuit, vt ſi qua in re, publico etiam poſſemus cõmodo conſulere, ac iu primis ſtudioſis iuuenibus, qui noſtrę fortaſſe cõmittuntur fidei. Verum ſiquid boni ineſt,

aut si quid uotis tuis (vir Spectabilis) cōsonum est, mirificè gratulor. Atqui scientiæ meæ quid imputes nolo: nec lauros, nec honores alios exinde expostulo. Deo quippe, abs quo (ut ait Iacob. Apost.) omne datum optimū, & omne donum perfectum est, attribuas quæso; eiq; honorē impendito, atq; eiusdem nomini gratias agito immortales cū gloria, iuxta illud Dauidicum, Non nobis Domine, nō nobis, sed nomini tuo da gloriā. Prætereaq; eorū consilium vehementer improbo, qui suos libros uiris interdum nullius ferè eruditionis, fortunæ quanq̃ amplissimæ, dicare soliti sunt. Eam ob rem te (mi Accursi) hac nostra tempestate eruditionis singularis uirum, amplissimo quoq; honore dignissimū; necnon & Diuę numine opulentū ex cunctis unum delegi; in cuius noīe hæc nostra Grāmatices opuscula in argumētum amoris summi erga te mei, apparerent. Quæ igitur, qualiacunq; sint, pro morum integritate tuorū, proq; animi illa humanitate tui (de qua prædicatur ubiq;) æqui boniq; facias: Magnum etenim uirum parua quoq; munera decent. Quanq̃ animus quidē meus nō chartacea munuscula, uerùm aurum, argentū, lapillos uariantium colorum, fulgētissimas margaritas, gemmas pretiosissimas, seq; deniq; optatis oībus tuis q̃ promptissimum claritati tuę offerre intendebat. Sed q̄d ego ineptus? Etenim munera (ut rectè nosti mi Mæcenas) nō suo pretio, sed animo offerentis æstimanda sunt: atq; ea in re quem tibi præferrem neminem hactenus habere uideor. Quandoquidē tua (Vir Primarie) ea sunt gesta, hi mores, ea merita, ea sciē-

tia,

tia, eaq; denique uirtus, ut de his audire cuiq; iucundum sit, & suaue: hæc autem si uerbis consequi uellem, paupertate, ingenijq; paruitate mei inter tot humanitatis, dignitatisq; tuæ titulos, nescio unde principium, nescio unde finem sumeret oratio. At uerò ne rei quidẽ lucidæ umbrã obiiciam, neue apud Solis splendorem facibus utar; modestiùs de laudibus tuis silere, q̃ leuiter loqui, iudicaui. At quoniã homo sum, cuius natura fragilis nec quidẽ perfecti quicquàm continet; nouiq; nullum adeò oculatum, quin nisi protegatur diuina manu, sæpissimè cadat in lubricũ. Arbitror satis iã, satis quidẽ possibile, me nõnunq̃ aut omisisse dicenda, aut nõ dicenda scripsisse, aut dicta non satis quidẽ rationibus roborasse, aut minus plenè in uotum iisse tuũ, seu aliis quibuscunq; modis peccasse q̃ plurimis, uehementer doleo. Quoniã autem nosco, ꝙ ignauiæ meę crimina sunt imputãda mea, supplex exposco, te humiliter, ac unicè per insigne capitis tui decus, oro; ut ingenij tui celsitudine defectus suppleas, superfluitates excidas, dicta minus accuratè exornes, atq; omnia pro iudicio sinceræ mentis tuæ nõ modò corrigas, pariter & emendes, sed singulari etiam tua sapientia, doctrinaq; augeas, authoritate munias, simul & illustres. At quia non ambigã (ut Magister in Prologo sentẽtiarum docet) oẽm humani eloquij sermonem calumnię, ac cõtradictioni ęmulorum inuidentium semper fuisse obnoxium, quia dissentientibus uoluntatum motibus, dissentiens quoq; fit animorũ sensus. Eam ob rem te (uir Maxime) defensorem acerrimũ præ oĩbus exoptem: Et

quod tuo omini (te imperante) dicatum, uel potiùs compositum opus est, id Heroica uirtute animi tui custodias, protegas, atq; defendas. Tibi ergo (Decus meum) operis mei fortunã audacter cõmitto; tuis igitur hoc opus prodeat auspiciis, tuoq; fultũ præsidio, quandoq; tendat in publicum. Postremò si sanæ quidem mentis homines tam ex debito, q̃ ex Platonis consulto, omnibus in rebus diuinã opẽ inuocare consueuere; ꝙ ea prætermissa nullum rite fundatur exordium: dum ego ipse mecum igitur cogitem, sub quo pondere titubẽ maximo, Deum patrem, uerum Deum, rerum omnium summũ opificem, cunctaq; potẽtem supplex oro, ut cœptis meis fauens adsit: atq. is idem cymbulæ nostrę latinitatis latum mare sulcantis, gubernaculum hinc usque in finem regat, cursumq; dirigat, qui rerum omnium α & ω, principium, & finis. Vale, Sacca, Ex nostro Gymnasio, Pridie Nonas Augusti; Anno ab orbe redempto. M. D. LXXIII.

Authoris ad Libellum suum Decastichon.

I Liber, i fœlix, i fausto sydere cultor
Sicelidum; latiæ gloria magna lyræ,
Pegasidum subuectus equo discurre per omnes
Ausoniæ fluuios, Phocidos atque lacus.
Fare age, cur obelos Creticorum; prælia linguæ
Libiuulum; rabulas, obstreperosq; times?
Quid trepidas? nihil est; linguaces tela minantur,
In te si nasum Rhinocerotis habent.
Fascibus Accursi patrijs suffultus, & aura
Exi: simplicitas candida soluit opus.

D. VINCENTIVS CATTANVS, SACCENSIS, LECTORI HVMANISsimo felicitatem, & bene agere.

INTER cætera mundi labentis deliramenta (Candide Lector) illud magnum, et memorabile semper existimaui, quod plurimi (abiecta ratione) diuersis animi motibus ducti, in ea ipsa re, quam profitentur, grauiter errant: qui ut aliorum dicta labris prominentibus insectentur, curuisq; incedant superciliis, paruifaciunt, digito ceu publicè insani demonstrari; quod sanè est data opera cæcutiore, & velle cum ratione insanire. Iis proximè accedũt plagiarij, qui infœcundi aliorum aborsus nutriunt, & commendant, sibi ipsis domi plaudentes, etsi in foro exibilãtur. Id genus homines ferarum more uiuentes, nõ quod ratio præcipit, & dictat, sed quod uolunt, & somniant, illud putantes veritati consentaneum, maximis omnes artes ita perfudere tenebris; ut vix queat ex tot una consistere. Quo fit, vt difficilior captu sit ueritas inter tot paginas erroribus refertas, & angulos ex longo abusu ineptias, ac deceptiones scaturientes, quàm in ipsis primordijs, quæ duce natura, ac recto lumine intellectus, effulsere. Vnde haud immeritò illud Nasonis proferam. Inopes nos copia fecit. quod quanti ponderis sit (si vera fateor) rei exitus est mihi testis: hic enim communis est omnium scientiarum, bonarumq; artium interitus: quæ velut dira contagione labefactatæ pristini candoris expertes, cum magno nostrorum temporum dispendio ad perni-

ciem usq; labuntur: vbi nanq; veræ philosophiæ decor, ob tot inuidẽtium calumnias, uanitati mágis quàm veritati studentium? vbi Logices, cæterarumq́; facultatum nitor? vbi deniq; Romani eloquij cultus, ac lepor? Istæc (ut uides) iamiam conclamata sunt. Verùm, quia ex eorum sententia, quos Græcia iactat sapientiæ studiosos, rerum auctrix natura, quæ nullo unquam tempore sui oblita, supremum rebus interitum admittit, quin deperditas reparet vices, & semel elapsum irrequieta sollicitudine semper instauret, mihi spem augere visa est, obtestans idem aliquando posse contingere disciplinis, bonisq́; artibus, ut ab longo tandem exilio reuocentur, & ad pristinam integritatem magno cum fœnore gloriosè restituantur: nil veritus sum, quin post aliquot temporum curricula ad se tandem reuersa, Alma parens Romani candoris vindicauerit dignitatem: quod optimè fieri hoc in volumine fateare necesse est; Cum iam Romæ spes altera resurgentis, quæ hac ætate in vno nostro Victore sita est, testetur, naturam iterum longo post tempore recordatam, fidum Romani eloquij euomisse custodem: qui aureæ ætatis florentia tempora reuocauerit, fugatisq́; Barbarorum tenebris, ac flagitiosorum pictæ linguæ tectoria inducentium diruptis velaminibus, clarum huic nostro orbi lumẽ restituerit: quod profectò varijs præceptionibus, ex intimis Grammaticæ penetralibus extractis, classicorumq́; authoritate munitis, ac rationibus pro rei captu allatis, hoc in opere factum comperies. Vbi non quod Author vult, sibi temerè assumit, nec quod quis asseruerit, assentatorum more, verum putat, sed quod bonorum authoritas, vsusq́; frequentior præcipit esse seruandum, illud ab ratione nõ absonum perpulchrè concludit; vt veritas diu

in

in aliorum scriptis delitescens, tādem gloriosa emergeret.
Quapropter tantò præ cæteris cura propensiori est euol-
uendum, quantò maiorem in se claudit vtilitatem. Ne-
que enim hæc me sentētia falsum habet. Etenim nihil in-
tentatum, omissumq; comprehendes, quod scitu dignum,
& ad rem facere videatur; quinimò omnia concinnio-
ri venustate, atque elegantiori studio, quàm ab alijs
tradita, plurimaq; denuò adinuenta iuxta bonorū usum,
authoritatemq; reperies; atque ita, vt nihil supra desi-
deretur, si æquus tu tibi iudex sententiam tuleris. Acci-
pe ergo, Lector amice, dignum cedro libellum, quem fru-
ge Cleamitena refertum si diurna nocturnaq; manu ver-
saueris, breui (quò tuus fertur animus) artem asseque-
ris, Latijq; sermonis primitias summa cum laude liba-
bis: Ad quod nemini antehac datum est absque diutur-
nis laboribus, summaq; ope, posse pertingere. Quare si
diu noctuq; summo studio his euoluendis insudaueris, pro-
fectò breui, quæ nunc tam latè grassatur barbaries, pro-
cul patrijs finibus expulsa, inuisa luce frueretur, suumq;
patriæ nostræ bonarum artium studiosissimæ, antiquum de-
cus, ac literarum gloria quasi postliminio restituta, cum
summa omnium expectatione restitueretur. Vale, Lector
studiose, et Authorem tuum ab inuidorum morsibus pro-
virili defendito: quod si, vt spero, facilis his primordijs
patebit aditus, ad altiora eius animum prouocabis. Sac-
ca, Nonis Augusti, Anno à partu Virginis,
M. D. LXXIII.

D. Vin-

D. VINCENTIVS CATTANVS AD LECTOREM.

HVC oculos, huc verte animũ studiosa iuuẽtus:
Primitias linguæ, quæ cupis arte leui.
Ecce nouas iterum ceu Phœnix exerit alas
Hæc ars, contractum depositura situm.
Exultatq; suis successibus ipsa, vetustam
Barbariem trudens, sorte nouata neci.
Desine nunc veterum siccis inhiare labori
Faucibus, en fessis ferre recusat opem.
Qui cupis ergo animo Romanæ dogmata linguæ
Tutus ab insidijs, hoc Duce, carpe viam.

.D Vincentij Iattini Decastichon.

NON Sinus Euripi tutus, non tuta Carybdis
Effugia, aut Siculæ guttura sacra canis.
Non armis Bellona furens, non Martius æstus
Ni foret auxilio Typhis, & Autumedon.
Grammaticos aditus, aut mystica sacra poesis,
Quis ferat in lucem, si negat Artificem?
Ad quos nullus erat limes; nisi deuia cunctis
Rura; per ignotas & loca ducta uias.
Dispeream si solus iter Chiappisius Author
Non dedit ad latices Bellerophontis equi.

Eiusdem ad Lectorem Carmen.

BALEVS Grammatico, Rudis diserto
Hæret, Qui? sapientior redibit.
Festinate igitur subire cuncti

Sacra

Sacra Parnasiæ fluenta ripæ
Tulli quos Sophiam iuuat doceri:
Doctus, non stolidus, malusq; turbæ
Castæ, qui moderator esse possit
Comis, ingenuus, pius, benignus,
Et Musas veritus seueriores.

D. Vincentij Surtij Epigramma AD LECTOREM.

QVI *petis Ausoniam linguam, normămq; loquendi,*
Huc venias hilaris, dogmata recta feres.
Hic Chiappisius est fons, natus Pallade Diua;
Qui nouus ingenti fœnore reddit Ager.
Nam quæcunque canit, scribit, quæcunque docebit,
Quæ docet, à Phœbo cuncta notanda leges.
Doctus Grammaticæ, perdoctus sorte canendi,
Doctus in arte sua, doctus ut esse licet.
Vnicus absque pari, totum discurre per orbem,
Est celebris Phœnix inter ut, unus, aues.
Vndiq; concurrant pueri, iuuenesq;, senesq;,
Hunc capiant haustum fonte perennis aquæ.

D. Seruatoris Pyrami, ad Lectorem Decastichon.

FORTIA *gesta virum, laudesq; recenset Homerus,*
Frondes, arua, ducem, Musa Maronis habet.
Prælia Lucanus, memoranda poemata vatum
Alter: & Hannibalis Statius arma ducis.
Tartarei Regis thalamos, Cererisq. querelas
Claudius: infantis castraque Naso docet.
Grammatices aditus aperit, tum cognita nostris
Sensibus

Sensibus, hic Latiæ peruia quæque lyræ.
Hoc opus è cælo est: propera studiosa iuuentus:
Proprior vnde tibi Pieris esto, vale.

Andreas ab Argumento in sui Præceptoris Opus.

FONS *ò Pegasidum salue, salientis in horas*
Fons laticis: salue vena perennis aquæ.

Vincentius Iuffrida.

QVAE *Latiæ cecinere viri primordia linguæ*
Castigat VICTOR *dogmate cuncta nouo.*

Iacobus Gironius.

ZOILE *latratus, sannas, depone minasque:*
Nil benè (crede mihi) frons caperata legit.

Ioannes Antonius à Panormo.

ELOQVIO *præstat longè Chiappisius Author:*
Ausoniosque sua posthabet arte viros.

Iacobus à Perollis.

COLLIGE *grana puer: Latij quia cultor agelli est.*
Semina multa metes, nam benè cultus ager.

Accursius Ginus.

HIC *labor immensus, sacræ quòd Palladis arte*
Clarus es; Aonia clarior arte, docet.

Mi-

Michael à Lipari.

COLLIGE *multiplicem Phœbi, frugẽq; Mineruæ:*
Tramite nunc facili lingua Latina patet.

Iacobi Virgæ Cameratensis, ad Lectorem, Octostichon.

SVNT *bona Mercurij hæc, hæres Aegyptia proles:*
Inuida successit, falsaq; post soboles.
Menti quisque suæ, cupiens sublimia, dixit
Hæredis soli gloria parta mihi est.
Lis erat in promptu: clamabant mille clientes:
Iudici inexperto mittier haud libuit.
Nunc tibi, Grammatici, vera vt sententia detur,
Conuenere omnes: quam lege, Lector, habes.

Pompilij Indilicati carmen in Authoris laudem.

SALVE, *quem Charites lactarunt ubere diuo:*
Nam te diuinum sæcula nostra ferunt.
Non est quis melior, nec te facundior author;
Per te barbaries improba nuper abit.
Nectaris en tua iam stillant dulcedine scripta,
Et mixtum uiolis, tam breue flagrat opus.
*Te duce (*VITE*) potest passim nunc alma iuuentus*
Noscere tot veterum dicta sepulta, vale.

AVTHOR AD LECTOREM.

ANIMADVERTO candide Lector, non mediocre, ac penè monte Aethna (ut dici solet) me grauius onus hodie suscepisse: uerùm non tam sponte mea, quàm crebris Tyronum meorum efflagitationibus, quibus plurimum prodeße (Deus mihi testis) quia semper prætendi, refragari, aut quicquam denegari, haud candidissimum duxi. Quid igitur anxius indolis adolescens bonæ tot authorum virorum præclara quidem monumenta quæritas? quid subuoluis? Hosce (mi Lector ingenue) Grammaticę canones è multis summa cum breuitate selectos ętati rudi pręscripsi, vt statim à primis (vt Græci dicunt) tenerisq; vnguiculis facilè queas dicari bonis literis, atque in eodem curras stadio non granatè. In quo si qua manca, aut minùs benè tersa fuerint, tuo transfigas obelo, modò id cum ratione fiat, non carpendi cupiditate. Etenim nemo est omnium, qui detractores litibus omnia commiscentes quò magis oderit, emendatores eò minus æquos effugerit. verùm gloriosi detractores, si qua ex hoc opere secus ac velletis in uestros animos venerint, illis (si audetis) non mihi, vnde illud deprompsi, succensete. Alienas quoniam, nõ meas præceptiones dedi. [Authoribus infrascriptis.]

¶ Authores, qui in hoc opere citantur.

Aristoteles.	Apuleius.	Ambros. Calep.
Apollodorus.	Angelus Politi.	Antonius Manc.
Aldus.	Africanus.	Alciatus.
Aelius Spartianus.	Atteius Capito.	Anton. Nebriss.
Aetius.	Afranius.	Ausonius.
		Arator.

Arator.
Alexander.
Aesopus.
Angelus Sãgrinus.
Asinius Pollio.
BOETIVS.
Bocacius.
Beda.
Baptista Pius.
Bartholom. Merul.
Bartuleus.
CICERO.
Cato.
Claudianus.
Cæsar.
Caper.
Capharus.
Cornelius Tacitus.
Columella.
Callimachus.
Cassiodorus.
Capellanus.
Catullus.
Cornelius Celsus.
Cornutus.
D. AVGustinus.
D. Ambrosius.
D. Paulus.
D. Thomas.
Donatus.
Diomedes.
Dathus.
Despauterius.
Dantes.
EVRIPIDES.
Eustathius.
Empedocles.
Ennius.
Egnatius.
Eusebius.
FAZELLVS.
Fenestella.
Festus Pompeius.
Ferrettus.
Flaccus.
Floridus.
Fauorinus.
GELLIVS.
Guido.
Georgius Valla.
Gregorius.
Gasparinus.
HERACLIDES.
Herodetus.
Hesiodus.
Homerus.
Herodianus.
Hadrianus.
Hieronymus.
Horatius.
Hubertinus.
Hippocrates.
Hadrianus Card.
Hieronym. Vida.
ISIDORVS.
Iustinus.
Iuuencus.
Iuuenalis.
Iuarra.
Ioan. Anglus.
Iacobus Ledesma.
Isatius.
Ioan. Godscalcus.
Ianuensis.
LACTANTIVS.
Laertius.
Laurẽtius Valla.
Liuius.
Lucanus.
Lucas.
Lucretius.
Lucianus.
Landinus.
Lancilottus.
Linacer.
Liui. Andronic.
Lucilius.
MACROBIVS.
Marcellus.
Marsus.
Martianus.
Martialis.
Mantuanus.

Matthæus

Matthæus.
Mercurius.
Marlianus.
Marinus.
NESTOR.
Nicolaus Valla.
Niger.
Næuius.
Nigidius.
Nicolaus Leonicen.
OVIDIVS.
Omnibonus.
Orosius.
PLATO.
Pindarus.
Plinius.
Plinius iunior.
Plutarchus.
Pomponius Mela.
Probus.
Plautus.
Pontanus.
Pacuuius.
Papias.
Pelisso.
Perottus.
Persius.
Petrarcha.
Plazo.
Priscianus.
Priscianensis.
Prosper.
Phocas.
Pylades.
Pierius.
Porphyrius.
Prudentius.
Propertius.
Pharaonius.
QVINTILIANUS.
Quintianus.
Quintus Curtius.
Quadrigarius.
RVFVS.
Rhaudensis.
Raphael.
Riga.
SENECA.
Solinus.
Stephanus.
Strabo.
Suetonius.
Statius.
Sallustius.
Sidonius.
Scoppa.
Sergius.
Seruius.
Sulpitius.
Syluius.
Sisenna.
Scaurus.
Sidicinus.
Suidas.
THEOPHRASTUS.
Terentius.
Theodorus.
Tortellius.
Turpilius.
Tibullus.
Textor.
Trogus Põpeius.
VERGILIVS.
Vitruuius.
Vlpianus.
Valer. Maximus.
Valer. Antias.
Varro.
Verinus.
Viues.
Victorinus.
Velius.
Vibius Sequester.
Velleius Paterc.
XENOPHON.
ZANTO.
Zanclæus.
Zeno.

D. VITI CHIAPPISII, SACCENSIS,

Grammaticarum institutionum, LIBER PRIMVS.

De Impersonalibus.

SALVTEM primùm iam à principio, vt Plautinis uerbis utar, propitiam mihi, atque uobis candidissimi lectores nuncio, plausum uobis lingua, non manu, pedibusve apporto: quæso ut benignis accipiatis auribus, animum aduertite, lingua sermoni nostro ex penuria ingenij collecto, atque in lucem edito, amicè fauete. Ipse etenim huius operis consumationem in immortali domino constituens, ac gratia septiformis spiritus præcedente, quàm potero in uerba conferam paucissima. Abscedant (Duce Deo, qui nouit omnium diuerticula cordis) hinc procul obtrectatores, in quorum manus incidere plurima mihi cautio: hi enim nimia arrogantia conflati alios lacessunt, & exardescenti inuidia stimulati subactique, omnibus amicis, & inimicis, æque pariter turpiter detrahunt, ac animum ad impugnandum quæcunque vehementer conuertunt. Qui si te (Liber) ut rem priùs apud alios inscriptam reprehendere, & dente suo canino, & in rabiem uerso petulanter nimiùm lacerare attentauerint: hos æquo vultu, fronte hylari, ceu publicè insanos, & eorum incursus leuiter perferas necesse est: quandoquidem neque nouum, neque insolitum est, ut plures reperiantur, qui dementis, ac furiosi more in omnes baculo nescio quo stultitiæ, proter-

uaque iactantia temere incursant: qui nimis rigidi censo
res, aut acres iudices rerum, tum existentes hominum,
dum aliena carpunt, pro eorum vitijs suam iactantiam
exprimunt. Hoc autem opus limatissimum quo minus
vitio dent, sileant porrò moneo, & oro. meque effecisse ar-
bitrentur, tanquàm aliorum uolumina, nedum verba cõ-
præhenderim: alienas igitur præceptiones, traditiones-
que dedi, non meas; & ab alijs exempla desumpsi complu
ra. Vnde non furtum admisi, quoniam domino inuito
haud quidquam contrectaui; Imò id summum censui arti
ficium, res uarias, & dispares in tót poematibus, orationi
bus, grammaticorumque institutionibus sparsas, & vagè
disiectas in vnum deligere posse, ut vnum sit ouile om-
nium. quoniam qui idonea quæque eligit; eius rei sum-
mus artifex sit, necesse est. Et artificium maximum esse
constat, in arte sua alienis posse exemplis vti. Nam nullũ
iam est dictum (Comicus author est) quod non dictum sit
priùs. Nihil enim est sub sole nouum: eam ob rem æquum
est cognoscere, & ignoscere, quæ ueteres nostri factita-
runt, si rursus noui faciunt. Descendo igitur, ducente
Deo, fiat, fiat.

Hic ergo codex nihil ferè ab alijs, quod traditum est
authoribus, diuersè continebit; atque hinc exordium au
spicemur. Et si plerique aduersus impersonalia uerba a-
cerrimi, ac hostes infestissimi extiterint, quorum enim ua
riæ diuersæque opiniones illorum uerborum naturam un
dique dilacerare uidentur, opus immensum, arduum, vl-
traque vires præsumere tentaui, ut hoc tempore ingenia
excitentur, bonæ literæ reuiuiscant, naturaque Imperso-
nalium uerborum omnibus innotescat; eamque potiùs
per alios munitam ostendere, ac doctarum inquisitionum
argumenta pro modulo intelligentiæ nostræ tradere stu-
dui. Nihil timens quantum mihi insudandum, euigilan-
dum, quantumque sudoris, sanguinisque diffundendum,
modo ne operis immensitas, suaque ingenij nostri infir-
mitas inde retraherent, restaret in horas. Verum igi
tur secundùm eruditorum traditionem, per se nec perso-
nale, nec impersonale opinantes, personalitatem imperso
nalita-

nalitatemque ei contingere aliunde, quasi deforis, arbitramur. At uerò ne in æquiuoco elaboremus, quo modo id ueritati consonet, probatum oportuit. Persona profectò, magna philosophorũ turba diffiniẽte, naturæ rõnalis est indiuidua substantia. Huic, atque sint omnino tria necessaria, ut indiuidua, per se existens, & ut rõnalis. Vnde, quia sermo inter loquentes & audientes propriè tantum uersatur, eadem sit triplex necesse est, nempe loquens, audiens, ac remota. Ex qua quidem triformi Sermocinantium uicissitudine Grammatici illud suum accidens, quã personam appellamus, perpulchrè effinxere, ut notitia discriminatiua sit loquentis, audientis, ac remotæ substantiæ, ut ab ea usque dependens. Hanc autem numerus tanquàm comes fidus, aut potius indiuiduus perpetuò consequitur. personam ex his non sponte sua uerbi gigni, sed à supposito rectè & extrinsicè uerbis subministrari, quæ in uerbo accidens est, quo una ab altera persona discernitur diuerso fine, quis non intelligat? personalitatemque à supposito uerbis inhærere? Si enim ad positionem suppositi recti verba numeros, personasque recipiunt, quidni eo absente numeris atque personis careant? per inde uerba ad numeros personasque induendas, exuendasque (ut aiunt) ita se habent, ceu corpus diaphanum ad lucem & ad tenebras: illud autem ex sese nil lucidum est, sed aliunde quidquid est, habet. Esto igitur, uerba per se nec personalia, nec impersonalia dici, sed indifferentia solùm.

Nec te conturbent cœtus ignarorum argumenta; qui multos suo suasu inextricabilibus erroribus inuoluunt, contendentes infinita uerbis supposita esse nomina, uel quia uerbis nil subijcitur, uel quia idem, quod sua ipsorum nomina, iuxta adsignificant. Inde fieri, quibus uerbis infinita supponantur, ea omnino personalia esse, quale illud Vale. Max. Fabij non dimicare, uincere fuit. Item studere bonum est. quasi studium. Sic, studere interest mea. Respondetur, Studium, & studere multùm differunt. Casus etenim rectus alterius ope non indiget, per se absolutè naturam suam demonstrat. ut studium, profectò nihil aliud requiritur ad demostrandam studij naturam, quæ

hac uoce (ſtudium) ſatis innoteſcit. Studere uerò in illa oratione non per ſe, ſed per uim ſequentis orationis naturam exprimit. ut ſtudere bonum eſt. præterea ſtudere infinitum, expers numeri perſonæque, numeros atq; perſonas ſubminiſtrabit, quibus expreſsè caret? Quod natura ſemel negauerit, quo modo aliqua uirtus, uisque alia audeat, & inſtaurare ualeat? Infinitum igitur numeris & perſonis uiduum, ui aliqua ijsdem inſigniri non poſſe crediderim. Authores porrò reiecta infiniti uoce, ſignificationẽ potiùs, aut quid aliud inſpicientes, uerba ipſa antecedentibus infinitis nonnunquam promunt perſonalia. atque hæc uſque modo.

Ex frequenti ſcriptorum lectione ſine controuerſia colligitur, uerba in duplici eſſe ſtatu: perſonalia nonnulla, nonnulla uerò imperſonalia quicunque profitetur. perſonalia enim, quæ ubique à fronte nominatiuum actionẽ, uel paſſionem, ſtatuentem, imperſonalia autem, quæ caſui iunguntur obliquo: quia rectus perſonæ finitæ eſt, imperſonalia nequaquam, finita cum infinitis, & perſonalia cũ imperſonalibus non coincidere clarum eſt. Prætereaque uerbũ perſonale numeros perſonasque diſtinctas habet. ut ſcribo, ſcribis, ſcribit: Scribimus, ſcribitis, ſcribunt. Vnde colligo, uerbum infinitum non dici perſonale. Imperſonale quid? Quot caret numeris & perſonis finitis. Sed nota, quandoquidem principijs rectè poſitis & expoſitis, aditus ad reliqua non niſi planiſſimus eſſe poteſt. Imperſonale cùm dicimus, ne priuatiuè dictum putes. quòd ſcilicet perſonis careat: cùm conſtruatur cum obliquis cuiuſlibet perſonæ numerique, ſine quibus nullum ſenſum perfectum facit. Dictum potiùs imperſonale uelim ab infinitate, & perſonæ confuſione, quia de ſe, & uoce ſua nullas habet finitas perſonas, quibus certo deſinat numero, licèt uox plerunque ſingularis ſit. Imago tamen numeris perſoniſque ſublatis, relinquitur eorum, ut profectò cadauer, author eſt Nebris. non ideo dicitur informe, quod omni careat forma, id enim nullo prorſus modo eſſe poteſt; Sed quòd formam exuit, poſuitque rationalem. Corporalis tamen forma, quæ apparet, remanſit tantùm

ratio nali

rationali posito. Sint igitur Impersonalia, ut Honoratus Ser. Don. & Sergius aiunt, quòd sine persona esse non possunt, sed quia hæc non sunt finito modo, uel quia sine persona terminata, uel finita sic dicta. quod Lancilotus, uir medius fidius acris ingenij, & litteraturæ non vulgaris, probat.

Omnes hercle personas habet impersonale, certam uerò nullam (teste Martiano) uocemque tertiam, singularem specie tenus tanquàm in animo corpusculum quoddam retinuerunt. Sed roges, quare eiusmodi personarum numerorumque in tertia uoce singulari contingat, uel figura potiùs tertiæ authore Quintiliano? Id ipse duabus de causis fieri arbitror. primùm quia ea ipsa uox suapte natura quadam infinita est, ac indeterminata, & in omnes personas illationem habet tantùm; Subinde, singulare in quantum singulare, per se nullius numeri, nullius ferè quantitatis est. Quæ quoniam omnia impersonalitati multùm congruunt, hinc factum, ut nulla alia in uoce impersonalia fiant. Vel quia tertia persona, non est uerè persona, sed quasi persona, unde meretur hoc ipso nomine appellari respectu primæ, & secundę, ut simulachrum Beatæ Virginis, non ipsamet uirgo est, sed forma, quædamque figura sub illis lineamentis contenta. fit impersonale igitur sub illa figura tertiæ, quæ tamen nulla est: illud autem contra.

Ex quibus ne quæras, cùm Impersonale numero similiter careat, quid imperson ale potiùs, quàm innumerale dicitur? cùm hoc hominibus paulò humanioribus satis cognitum est. quia persona lõgè est dignior numero, & denominatio fit à digniori, ut patet de filio, qui nobilioris parentis cognomen sibi vendicat. persona etenim facit numerum, non contra. plerunque non à digniori, sed à superabundante quantitate, uel numero. Quale illud Mart. Cùm me ficus alat, cùm pascar dulcibus uuis; cur potiùs nomen non dedit uua mihi? At illud altioris negotij.

Triuiales etiam meminerunt; Hæc uerba, refert, interest, & est. commoditatem, utilitatem, pertinentiam, uel officium importantia, regunt omnem genitiuum, præter

ſeptem primitiuæ ſpeciei,ſcilicet, Mei,tui,ſui, noſtri, & ueſtri,noſtrum, & ueſtrum. loco quorum hæc duo intereſt,& refert,regũt ablatiuos poſſeſſiuos, Mea,tua,ſua,noſtra, & ueſtra, queis additur cuia. Eſt uerò nominatiuos capit,Meum, tuum,ſuum,noſtrum,ueſtrum.Exempla.Præceptoris intereſt docere. Senatoris intereſt adminiſtrare Rempublicam.Vxoris refert, quid rerum gerat maritus, noſſe.Diſcipuli intereſt diligenter ſtudere. Militum eſt Imperatori parere. Imperatoris eſt uigilare. Regis eſt tueri leges.Paſtoris refert gregem cuſtodire. Iudicis eſt in cauſa uerum ſequi.Barbarorum eſt uiuere in diem.Religioſi eſt uiri pudicitiam ſeruare. Omnium eſt ſubiacere præpoſitis,ideſt officium eſt, utile, uel pertinet.

Eſt uerbum conſuetudinem, uel habitum importat, & iungitur his genitiuis.Moris,iuris,officij.dicimus enim moris eſt,& mos eſt, ideſt ad morem pertinet.Mart. Moris erat quondam feſtis ſeruare diebus. Quintil.Sicut pleriſque moris eſt.Tac.Mos eſt regibus,quoties in ſocietatem coeunt applicare dexteras,ideſt ſolent. Suppoſitum habent hæc uerba infinitum pro agẽtis uocatiuo: uerùm roges, quare imperſonale uerbum niſi genitiuo conſtruitur? Reſpondeo, Imperſonalia uerba hæc poſſesſionem quodammodo præſeferre cenſentur, hæc autem ſoli genitiuo attribuatur, neceſſe eſt.

Intereſt,& Refert, non amant in ſua tribu hos genitiuos, Mei, tui, ſui, noſtri, & ueſtri. pro quibus ablatiuos poſſesſiuorum admittunt,Mea,tua, ſua, noſtra, & ueſtra. vt mea refert ſummo mane adeſſe in iudicio.Tua intereſt concionari.Noſtra refert auſcultare. Cic.ad Curionem. Aut noſtra, aut ipſorum intereſt. Terent. in Hecy. Tua quod nihil refert percunctari deſinas. Cuia,uel cuius refert ſternere mẽſã?Cuia refert ſuſpẽdere fures?Carnificis.

Perottus hoc in loco hallucinatum Laurẽtium cenſet, nam uera inquit cauſa,quid non genitiuos,ſed ablatiuos regant, eſt quia in his uerbis includuntur ablatiui fœminini generis.uerùm non ea primaria. Sed quam Argutus Grammaticus tradit.Quia uidelicet cum dictis uerbis nõ congruit genitiuorum primitiuorum ſignificatio paſſiuè ſigni-

uè significantium, cùm actiuè, aut possessiuè significare tantùm debeant. Quæres, cur in Ablatiuo? Quia natura genitiuo similis. vel quia Ablatiuus magis proprius est Grammaticis. Græci etenim ablatiuo carentes pro eo genitiuum admittunt, ut in comparatiuis. Nec ideo in fæminino: quia tantùm id genus medium, aut suauius est, ne durum quidem uideretur meo tuo. Sed quia (ut dicit Perottus) uerbum substantiuum fæmininum includit, idque ablatiui casus. Vnde nihil aliud est interest, quàm in re est, & refert, quàm res fert. Tua ergo interest. hoc est in re tua est legere. licèt non desit probantium opinio à præpositione (inter) & à uerbo (est) interest fieri. Vt sit sensus, interest mea. i. inter mea. uerbi gratia, negocia est. erunt autem pronomina accusatiui casus & numeri pluralis. Despaut. autem illud impersonale, hoc uerò personale statuit: probant ab inter, & à uerbo est, interest deduci ex illo carmine Horatij in Arte. Quid inter est in matrona, ancilla peccèsue togata? geminæ sunt partes, non vna tantùm, queis non satis refragor. Refert autem non ab ablatiuo re, sed à nominatiuo abiecta s, caussa Euphoniæ, constituitur, nam mea refert. i. res mea fert, ut mox dictum est. quos hic noster author habet quando refert personale est, re non à res, sed inseparabilis præpositio, quia tum corripitur.

Docti indoctique nouerunt, mei, tui, sui, nostri & uestri, genitiuos primitiuorum nullum locum habere cum uerbis interest, & refert. Sed quare? Quia interest & refert componuntur ex ablatiuo (re) ut interest. i. in re est. Refert. i. res fert: iam profectò non dicimus in re mei. Quidni? Quia res possessum significat, eam ob rem non iungimus ei hos genitiuos primitiuorum passiuè significantes, mei, tui, sui, nostri, & uestri. Præterea si diceretur interest, uel refert mei (Mecum ponit Lancilotus) nihil aliud esset dicere, quàm in utilitate, quæ habetur de me, quod est contra sensum propositæ enunciationis. Si enim dico, interest mea, idest in re mea, seu in mea utilitate, quam ego habeo, vel habere cupio. uerùm ne ambiges in natura, uel structura genitiuorum, quòue ad eorum notitiam facile

sit iter, subijciam præcepta Badiana, tum ex Valla, tum etiam aliunde decerpta, non pænitenda profectò.

Omnis genitiuus significat aut tantùm actiuè, seu possessiuè: aut tantùm passiuè: aut mixtim, nunc actiuè, nunc passiuè, nunc possessiuè. Tantùm actiuè, aut (quod ferè idem est) tantùm possessiuè significabant olim hi genitiui primitiui, Mis, tis, sis, nostrum, & uestrum, quorum tres primi ab usu recesserunt. Tantùm passiuè significant reliqui quinque primitiuorum genitiui: s. mei, tui, sui, nostri, & uestri. Mixtim, hoc est indifferenter omnes alij.

Genitiui tam actiuè, quàm possessiuè significantes, nũc obsoleti, mis, tis, sis. at nunc nostrum & uestrum amabant iungi dictioni rem agentis, aut possidentis importanti cũ multitudine. Sed genitiui passiuè tantum significantes, vt mei, cum suis, uolunt construi cum dictione passionem, uel partitionem totius integralis, non multitudinis importante. Cuiusmodi sunt nomina uerbalia passiuè significantia, & nomina genitiuum ex ui partitionis passiuè regentia, uerbigratia congruè dicam, amor mei, qui habetur de me. q. d. quo ego amor. Sic desiderium mei, timor tui, memor sui, cupidus nostri, misertus uestri, Misereor tui. Item aliquid mei, nihil nostri; Sed nostrum. Nec nullus uestri, sed uestrum: nec uestrorum, nisi subaudiatur subditorum uel amicorum. ratio est, quia cum dico, nullus nostrum, partitio est totius multitudinis, quæ sine passione partis fieri potest. Cùm autem dico, nihil nostri, partitio est totius integralis, quoniam tum sensus est corporum nostrorum, aut (ut ita dicam) personarum nostrarum. Vnde uirgines dicere possent, si per milites transimus, amittemus aliquid nostri. q. d. uirginitatem. aliquid nostrum, rem significat extra corpus, quam possident. differunt igitur, pars mei, & mea. Hæc est pars mea, non de corporis, sed hæreditatis parte, loquor. Hæc est pars mei; hic non de hæreditatis, sed de parte corporis sanè intelligitur. Sit igitur, oculus, manus, pes, & quid tale, pars mei. Fundus autem, liber, calamus, bos, asinus, domus, & horum singulaquæque pars mea. q. d. quam partem ego possideo; Actiuè. Mei, tui, sui, nostri, & uestri, modò geni-

tiui

tiui sint primitiui consortium substantiui, quasi per appositionem obnunciant; Ceu meus, tuus, suus, noster, & uester, adiectiua; Genitiui nominis proprij comitantiam respuunt, quare casum, aut sermonem mutabimus, uerbigratia. Non dices (authore Valla) Eges mei Prisciani: sed mei, qui sum Priscianus, mutando casum: uel me Prisciano: sermone mutato. Nulla tamen uidetur, nisi euitandæ amphibologiæ, ratio; cur non liceat dicere, mei Prisciani: sicut me Prisciano? Sed quia ambiguum est, cùm dicitur mei Prisciani, An mei, qui sum Priscianus: An eius, qui est Priscianus meus, scilicet seruus, aut filius, aut amicus. De secundo exemplum est. Et si dicere liceat, Mea unius opera, doctus factus es: nihilominus non ita. Mea Prisciani opera. nec refert mea Petri. Sic benè, refert mea, qui sum Petrus, mutato casu. uel ad me Petrum spectat, sermone uariato. Præstat igitur in his elocutionibus relatiuo, qui, quæ, quod. Non probo hæc, Miserere mei peccatoris. Lege librum meum Chiappisij. Sed mei, qui sum peccator, qui sum Chiappisius. Domus mea Prisciani; non de me ita loquar. Domus mei Prisciani, scilicet, amici, sodalis, bellè dices.

Esto possessiua, ut meus, cum suis, in eodem casu construi; unde contingit, aut identitatis, uel coniunctionis gratia uni regenti diuersos casus dari: ut hoc mea unius opera factum est. Terent. in And. Saluus sum meo præsidio, atque hospitis. ubi non dices, præsidio mei, atque hospitis. In sacris literis. In Euang. Lucæ, cap. 2. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes. & cum participio, Scripta mea timentis. Exaudi uocem meam clamantis ad te. Sustulit puerum de latere meo ancillæ tuę dormientis. Vbi longè errant, qui possessiuum in primitiuum latinè resoluēdum cēsent. Cum liber mei, Scripta mei, Animam tui, latinum minimè sit: pro liber meus, scripta mea, animam tuam, & id genus.

Arbitrata hæc uulgò fortasse non erunt, nisi authoritate confirmentur. Author est Valla, ad possessiua tanquam primitiua sint, relationem fieri. Terent. in And. Omnes

laudare

laudare fortunas meas', qui filium haberem tali ingenio præditum. Vbi(fili mi)non licet dicere, fortunas mei, quã quam ad ipsum relatio fiat. Ouid. Nunc mea uerba legis, qui sum summotus ad Istrum. Iob. Et uestigia pedum meorum considerasti, qui quasi putredo consumendus sum. Atqui ambiges, An hæc latina sit oratio. Sequere uestigia mea, qui sum præceptor tuus? ubi relatiuum (qui) refert antecedens (mea) pro primitiuo (mis) quod est masculini generis. Cùm igitur(mea)sit pluralis numeri, neutri generis, discordat à relatiuo in debitis accidentibus. Audi lepidum caput, licèt mea extrinsecè gratia rei possessæ sit neutri generis, tamen intrinsecè gratia primitiui est omnis generis. nam relatio fiebat pro re possidente. possessiua quandoquidem duplicem personam includit, & personã possessam extrinsecus, intrinsecus autẽ rem possidentẽ.

Quoties dictio regens tam actiuè, quàm passiuè capi potest, semper est Amphibologia cum genitiuo: nisi cum his genitiuis, mei, tui, sui, nostri, & uestri. ut amor Dei. hic enim ambigit animus: sicut enim claret, prouidentia Dei. Bonitas Dei, actiuè. Timor Dei. Cultus Dei, passiuè. quòd ibi Deus prouidet, & benignè agit. non enim ipsi prouidetur, & benignè fit. Hic timetur, & colitur, non autem timet, & colit. Atque ut in huiusmodi elocutionibus intellectus est apertus, atque unus est: ita in illis ambiguus, & anceps; sicut, Amor Dei. Charitas patris. Suspitio uxoris. Dubium de utro loquaris: an de amore, quem Deus in nos habet? an de eo, quem nos in eum habemus? An, de charitate patris in filios? an filiorum erga patrem? An, de suspitione naturali? an de suspitione uxoris? Sedes Dei, Regnum Dei, possessiuè capiuntur. Illa, mis, tis, sis: ut coniectura ducor, actiuè, siue possessiuè significabant, ut modò hæc ipsa, meus, tuus, suus, noster, & uester: atque inde pronomina possessiua dictitata, ac uocitata crediderim. Astipulatur Valla.

Possessiua, Meus, tuus. & inde, mea, tua, sua, nostra, & uestra, in suo comitatu amant hos genitiuos (ut aiunt) pronominum, Vnius, solius, ipsius, cuiusque. aliàs genitiuos participiorum, vt amantis, clamantis. aliàs genitiuos

nume-

numerorum Cardinalium . aliàs particularium, & uniuersalium genitiuos . Primitiua autem genitiuos(ut quidam aiunt)gerundiuorum,participij, illorumque trium, Vnius.exempla. Tua solius opera. Mea unius diligentia. Sua cuiusq; gratia. Loquitur sic Cicero . Dico mea unius opera Rempub.esse liberatam . Idem ad Att. Solius enim meum peccatum corrigi non potest . Idem, Ex tuo ipsius animo coniecturam facio . ubi malè diceretur peccatum mei solius.De participijs Ouid. Amorum lib.1. Sæpe rogabis, vt mea defuncta molliter ossa cubent.Cic. ad Lent. Quocunque tempore mihi potestas tui fuerit . Ouidiana Penelope, Denique quisquis erat castris iugulatus Achiuis:frigidius glacie pectus amantis erat. Subaudi,meum amantis,Ouid.Illa meis oculis species abeuntis inhęret, idest tua abeuntis.Idem,Ausus es amplecti, colloque infusus amantis.Oscula per longas iungere pressa moras.i. meo amantis.Idem,Et flesti,& nostros uidisti flentis ocellos.ubi nostros pro meos, aut flentis pro flentium posuit. Nec abs re est.sicut vnius dicimus,ita duorum trium,quatuor,& ultra.ut nostra duorum, uestra trium opera utor. Nostra duorum opera liberatus est . Vestro quatuor consilio,auxilioque euasi.Titus Liu.Noster duorum euentus ostēdat utra gens bello sit maior.De part.& uniuer.queis adde multorum , & paucorum labor me seruauit . Brutus ad Cic. Qui uestris paucorum respondeat laudibus. Cic. de Orat.lib.3.Sed uoluntati uestrum omnium parui . ubi malè legunt uestræ. quos ipse non habeo , hoc usitatiùs, nostrum omnium, quàm nostra omnium.

Primitiua autem sic . Egeo tui solius. Eget mei unius . Habe curam mei unius, non meam . curam tui ipsius habet pater. Cic. ad Lent. Quocunque tempore mihi potestas tui præsentis fuerit. cum gerundio. Ouid.in Heroidibus.Copia placandæ sit modò parua tui . tui fœmininum est ab ego . Cicero in Orat. Lucium Crassum quasi colligendi sui causa se in Tusculanum contulisse . non ineptè igitur dices. Huc ueni ò mater mea, uidēdæ causa tui. Nota Tyruncule.His genitiuis utrisque non addes,nec substantiua,nec adiectiua,nec minus propria;de quibus nu-

per,

per,quoniam malè diceres, Auſculto lectionem tuam legentis Magiſtri,uel docti,uel Petri.eam ob rem paruifacio traditionem Pharaonij dicentis, mea Petri, mea hominis refert, rectè dici. Idque acceptum refert à Marcello,ſed iudicio meo nihil ſapit:authoritas enim unius,authoritas nullius.Ego enim conſuetudinem ſermonis, uocabo conſenſum eruditorum,ſicut uiuendi conſenſum bonorum. Author eſt Quintilianus. Atque hæc Laurentiana hactenus.

Aduerbia alterationis, uel augmenti, uel diminutionis ſi accedant uerbis, intereſt,& refert,intendunt,uel remittunt naturam,uimque illorum, ſunt enim Tanti,quãti,multùm,ſatis,plurimùm,tantùm,magni,parui, nihil, minoris,permagni,magni,magis,plus, minùs, maximè, minimè,parùm,paululùm, & cætera talia. Refert plurimùm, utrum audias ab ore ruſtico, an literato, & facundo. Importa molto aſſai. Mea magni intereſt ſtudere. M' importa molto ſtudiare.Nihil intereſt an humi,an ſublime putreſcam. Cicero. permagni intereſt, quo tempore hæc epiſtola reddita ſit. Significant intereſt,& refert,differre,cum his uocibus, Aliquid, ſiquid, quid. uel nominatiuos pronominum, quale hoc,illud, ipſum,id, idem, quod in neutro genere perſonaliter. Id non refert Platonis. Hoc intereſt noſtra. Illud refert Cæſaris. Inter te, & me quid intereſt?Ideſt quid differt. Inter gnarum,& ignarum, multùm refert. ideſt magna differentia eſt. cum accuſatiuo,cum præpoſitione,inter.Cic. Inter hominem,& belluam hoc maximè intereſt.uel cum nominatiuo, & ablatiuo perſonaliter, ut ſapiens intereſt à ſtulto. Terent. Homo homini præſtat? Stulto intelligens quid intereſt? Plerunque ſine caſu poſteriore. Terent.in Adel. Hoc pater, hoc dominus intereſt. Aliàs, pro diſtat ponitur. ut hinc ad patrem interſunt uiginti paſſus. Aliàs,præſto eſſe. ut interſum lectioni. Val.Max. Quò faciliùs laboribus,& periculis intereſſet. Cic.ad Brutum.Qui noſtro ſermoni interfuit. Idem ad Plancum.Si quid erit, in quo intereſſe neceſſe ſit,nunquam deero. & cætera talia.

Illud dicẽdi genus candidiſſimũ, Intereſt ad laudẽ tuã,

pro

pro laudis tuæ, ideſt utile eſt, uel magni eſt ponderis. Cice. Equidem ad noſtram laudem non multùm uideo intereſſe. Alibi. Quantùm intereſſe uis ad rationem petendam? Terent. in Phorm. Omitto proloqui, nam nihil ad hanc rem eſt. Item, Hæc uerba (ut aiunt) non admittunt alios nominatiuos, præter pronominum, hoc, illud, cum ſuis. ut malè dicatur, literæ interſunt mea. doctiores tamen non obnunciant quouis nominatiuo conſtrui. Plin. lib. 7. Inceſſus in grauida refert. Idem, lib. 18. Plurimùm refert cuiuſque ratio. Cic. ad Atti. Non quòd mea intereſſet loci natura. Idem de fin. lib. 4. Quid interſit naturæ quæque progreſſio. Idē ad Att. Quid refert una ſententia omniū. Sic dicam, literæ interſunt. & hoc intereſt, æquè.

Verbum Imperſonale (eſt) eadem pollere ſtructura perſpicuum eſt. ut præceptoris eſt eſſe breuem. capit autem hos nominatiuos neutri generis, Meum, tuum, ſuum, noſtrum, & ueſtrum. ut meum eſt te, ſi quid pecces, punire. dicit officium, quod non ponitur expreſſe, ſed ſubauditur. ut noſtrum eſt ſeruire Deo. i. officium noſtrum eſt. Tuum eſt parentibus parere. Non præterit hominem ſuum eſſe auſcultare Deo. Non noſtrum eſt gulæ indulgere. veſtrum omnium eſt temporis rationem habere. Cic. pro Lu. Cor. Neque enim meum eſt contra authoritatem Senatus dicere. Idem ad Marcel. Tuum eſt conſulere temporibus, & incolumitati, & fortunis tuis. Terent. In Heaut. Noſtrum eſt intelligere. In ſacra pagina, non eſt veſtrum noſſe tempora, uel momenta. Sedere ad dexteram, uel ad ſiniſtram, non eſt meum dare uobis. Verg. in Buc. Non noſtrum eſt. Cic. in Tuſc. Præfinire non eſt meum. Pli. lib. 17. Nam diligētiam in ſuperuacuis affectare, non noſtrum eſt. Plau. Haud ueſtrum eſt eſſe iracundos. nec tuum eſt amicis per iocum iniuſtè loqui.

Nunc quemadmodum obliqui caſus huic eidem accedant, deinceps paucis abſoluam. Eſt cum genitiuum regit, cuius tum triplex intellectus. Quippe, vel officium ſignificat. Cic. ad Capitonem. Hoc primùm ignoſcere eſt humanitatis tuæ. Fab. Quint. lib. 3. Benedicere eſt oratoris. Verg. lib. 1. Aene. Non opis eſt noſtræ Dido perſolue-

re

re grates. Vel exigentiam. Tacit. lib. 17. Suadere Principi, quid oporteat, multi laboris est. Hoc est multum exigit laborem. Seneca lib. 6. Incedere splendido cultu non est fortunæ meæ. idest, non exigit fortuna mea. Vel æxistimationem. Mart. lib. 12. Iam tanti tibi non fuit ridere. hoc est tanti non æstimatum est, & reliqua.

Est cum nominatiuum admittit, cùm maximè uim sapit copulatiuam. Cice. lib. 1. Off. Latrocinari, fraudare, adulterari, est turpe. Sæpe cum datiuo. Aemilius in prolo. Populo esse spectaculo, nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini. Fab. lib. 9. Magnæ ueteribus curæ fuit, gratiam dicendi è paribus contrarijs acquirere. Sæpe, cùm pro natura prępositionum alio, & alio construitur modo. Cice. de Orat. Nihil ad hanc rem est. Terent. in Hecy. Neque enim in rem nostram est, ut quisquam amator nuptijs lætetur. Pli. lib. 7. In pedes procedere nascentem contra naturam est. Sæpe absolutè ponitur: significat autem uel conuenit, uel oportet, uel expedit, uel licet, aut quid tale. Val. Max. Non est inter patrē, & filiū ullius rei comparationem fieri. Cic. In uiam quòd te, des hoc tempore, nihil est. Verg. in Buc. Nihil est, quòd pocula laudes. Horat. Non est, quòd multa loquamur. postremò cum accusatiuo cum præpositione, ad, ut uos geritis arma. quod est ad milites, idest, quæ res pertinet ad milites. Audio lectionem, quod est ad discipulos. Compono, quod est ad professorem linguæ. Illud naturantium est, omnium rerum principia scrutari.

Indicatiuo, Mea, tua, sua, nostra, & uestra Interest. præt. Imper. Intererat. præt. perf. Interfuit. Præt. plusquā perf. Interfuerat. Fut. Intererit. Imperatiuo Intersit. Optati. utinam Interesset. Præter. plusquam perf. Interfuisset. Fut. Intersit. Sub. cùm Intersit. præt. perf. Interesset. præt. imperf. interfuerit. præt. plusquam perf. Interfuisset. fut. Interfuerit. Infin. Interesse, præt. plusquam perfecto Interfuisse.

Interest	Intererat	Interfuit	
Refert	Referebat	Retulit	per appartenere.
Est	erat	fuit	per esser officio.

Idioma

¶ Idioma secundum.

Secundus ordo Impersonalium à fronte pro supposito infinitum exigit, à tergo datiuũ: ut ludere placet pueris. uobis præstat uirtuti uacare. Non licet seni scortari. Hæc uerba dicuntur acquisitiua, propter datiuum. Omnia hæc uerba, & reliqua his similia, si nominatiuum à fronte, & datiuum habebunt à tergo, personalia sunt; & declarantur per numeros, & personas: ut literæ placent religiosis. Superbia displacet Deo. Sententia tua sedet animo meo. Sunt autem hæc,

Placet placebat placuit, & tum est, per piacere.

Adolescẽtibus pueros mixtos sedere mihi non placet. per contentare, & agradare, ut mores senum lasciuis non placent iuuenibus. pro secundo, Et si stomachum hactenus tibi feci, at quandoque placebo. per schiuare, ut hoc edulium non placet patri. per non uolere, undulata uestis mihi non placet.

Libet libebat libuit, & libitum est
Lubet bat lubuit
Sedet bat sedit per piacere.

Humanitas tua in animo mihi sedet. Sarcinaque hæc animo non sedet apta meo. per contentare, & satisfare, in quo sensu sedet idem sonat, quod est cordi; ut lusus pictarum chartarum in animo sedet. Colum. lib. 5. cui arbustum nouũ instituere cordi est. Idẽ, quod in animo sedet.

Displicet bat displicuit, & displicitum est, per dispiacere.

Per stare supra il core. ut latrunculorum, uel legionis buxeæ usus usque adeò mihi displicet, ut ne quidem manibus attrectare audeam. per donar pena, ò dolore. filij parentibus displicere conantur. per far dispetto. Discipuli plerunque magistro displicere perperam student.

Dolet bat luit, & dolitum est, per dolersi.

Vt uirtus tua mihi dolet. per fastidirsi. dolet animus non uacare. per hauer compassione. Natura condolet nobis, uel nobiscum. per saper forte, ut mors fratris, heu, quantùm dolet.

Licet bat licuit, & licitum est, par essere lecito.
Apparet bat ruit per apparere.
Liquet bat c.p. per esser manifesto.
Quale Vergilium mendosè de Didonis pudicitia collegisse liquet. Author est Ausonius.
Stat bat stetit per deliberare.

Ouid. Stat nece matura tenerum pensare pudorem. per impedire. per me stat, quo minùs tuam arripias uiam. Stat sententia nostra tibi morem gerere. per te mihi non licet, uel non stat.

Cõstat bat stitit, uel stitum, uel statũ per esser manifesto.

Vt quàm amata sint nouissima hominis omnibus ferè constat. per esser composto. Homo constat ex quatuor elementis. Fides nostra ex auditu, non ex uisu constat. per quello, che ni sintendi, non uidi.

Prodest	erat	fuit	per giouare.
Expedit	bat	iuit	
Confert	bat	tulit	per essere utile.
Obest	erat	fuit	
Officit	bat	offecit	
Nocet	bat	nocuit	per nocere.
Conuenit	bat	conuenit	per conuenire.

Vt conuenit mihi tecum. i. sine controuersia est inter nos, quod ipse dico. Mores conueniunt. Cæsar, & Pompeius conuenere, idest simul uenere. Conueniam patrem, idest inueniam, & colloquar.

Restat bat stitit per restare.

Quale illud, cui nasci contingit, mori quidem restat. à che accade nascere, che resta morire certo.

Accidit	bat	accidit	
Euenit	bat	euenit	
Obtingit	bat	obtigit	per accadere.
Contingit	bat	contigit	
Obuenit	bat	obuenit	per succedere.

Per toccare in parte. quale. Neptuno sceptrum pelagi, aeris Ioui, Plutoni inferni obuenit imperium.

Occurrit bat rit per uenir'incontro.
Vacat bat uit per dar'opera.

vt vaco literis, per star disopra, Mors omnibus vacat. per preuedere, ut graue malum tibi vacat. per hauer commodita, o tempo. Verg. in primo Aen. Et vacet annales nostrorum audire laborum.

Satiusest satiuserat satiusfuit per esser migliore.

Vt, Satiusest legere, quàm saltu, vel globo missili ludere. Quid satius est iacuisse toro, in Hero.

Meliusest meliuserat meliusfuit per esser migliore

Opusest opuserat opusfuit per esser necessario

Vsuuenit vsu ueniebat usu uenit per interuenire.

Vt in cuiusque rei principio diras uideri facies vsuuenit. per uenire nelle mani, o per cadere in taglio: o per lasciarsi trouar in vanella, che non spunta. Si frater usuuenerit, non ibit impunis.

Benè tibi uertit, benè tibi uertebat, benè tibi uertit per uenir bene per te.

Malè tibi uertit, malè tibi uertebat, malè tibi uertit per uenir male per te.

Superest supererat superfuit per auanzare, so uerchiare.

Sufficit	ebat	sufficit	
Satisest	satiserat	satisfuit	
Suppetit	ebat	suppetijt	per bastare.
Patet	bat	patuit	per esser manifesto.

Dies mortis omnibus patet. Cui humanæ miseriæ non patent? Te magni fore cuilibet patet. Verg. in vj. Aene. Bis patet in præceps tantùm, tenditque sub umbras, quantus ad æthereum cœli suspectus olympi. In sacris literis, Eiusque confusio omnibus patebat. In parasceuen, usque modò.

¶Tertium Idioma.

Tertius ordo impersonalium cum Accusatiuo patiente, & infinito agente. vt Nos oportet honestè uiuere. Dedecet virum grauem vti moribus illiberalibus. verum cũ nominatiuo agente, & Accusatiuo patiente fiunt personalia. vt quenque suum delectat studium. Medicina iuuat valetudinarios.

Iuuat bat iuuit per giouare, o esser vtile.

Delectat bat uit per dilettare.

Quale, præſentia tua mirum in modum me delectat. la preſentia tua molto mi conſola.

Decet bat cuit per eſſer decente, ò conuenire.

Chriſtianum ſemel in anno cōfiteri peccata ſua decet. Com'è l'huomo, coſi lo tratta A pochi Santi, pollit pater noſtri. paruum parua decent. per eſſere al ponto à propoſito. Hæc veſtis te decet. fit nanque perſonale uerbum decet, ut authorum probat authoritas, licet rarò; plerunque cum Datiuo.

Dedecet bat cuit per diſconuenire.

Sacerdotem acturum rem diuinam ad uomitum uſque commeſſari dedecet. Senem ſcortari dedecet. Circundutæ comæ dedecent honeſtas matronas. Virum fœminarum amicitia dedecet. licèt rarò.

Oportet bat tuit per eſſer biſogno.

Regem diſſimulare oportet. per forzare. Iudicem tota perlecta lege ſententiam dicere oportet. Beneuolentia ſeptum eſſe ciuium, non armis oportet. Oportet Rempub. in perditos animaduertere. nunquam recedit ab infinito; impersonale nanque eſt. Ad illud vulgare, Ho biſogno di dinari. Sic, libri, uel nummi opus ſunt mihi. Vel Egeo nummis. Terentius tamen in Andria dixit. Quæ aſſolent, quæque oportent ſigna ad ſalutem eſſe, omnia huic eſſe uideo. Et Quintilianus, oportent, dixit. Quandoque non admittit infinitum, Author eſt Phocas: vt Pamphilũ conuenias oportet. Inimicos diligas oportet. libros iam nunc abiicias oportet. Parentes honores, magiſtro auſcultes oportet. Subit, quomodo differant Decet, & oportet, recenſere. Illud enim dicit aptum eſſe, cōſentaneum, & idoneum tempori, æuo, & perſonæ. Hoc autem muneris, perfectionemque officij demonſtrat.

Latet bat tuit per eſſer naſcoſto.

Vt nouiſsima hominis quenque ſua latent: nulla res latet Deum. Lucanus tamen cum Datiuo.

Præterit bat iuit

Fugit bat fugit per eſſer naſcoſto.

Offendit bat dit per offendere.

Per nuocere, ut crapula offendit stomachum. per far male, ut tussis offendit pectus.

Lædit bat læsit per nuocere, ò offendere.

Est potiùs corporis. ut seruare ieiunia lõga lædit molle corpus. Cuius modi sunt Hæc. ut loqui patefacit hominem. Alcia. Stultitiæ est index, linguaque, uoxq; suæ. fœnerari occidit animam.

Quærat Tyrunculus, quare addiderim huic classi verba, offendit, lædit, & alia. Quia inquam possunt habere præ se infinitum loco nominatiui, post uerò accusatiuũ. vt decet, iuuat, delectat. pulchrè dices, scribere lædit stomachũ. Bibere merum persæpe offendit cerebrum. Quare quæcunque uerba infinitum ante se loco nominatiui habere possunt inter impersonalia profectò censeri, ac connumerari possunt: vt legere facit me multùm scire. Multis obest amittere tẽpus. Studere mihi uerò profuit, & cætera talia. Virg. Sæpe etiam steriles incendere profuit agros. Horat. In Arte. Scribendi rectè, sapere est, principium, & fons. Verg. Aen. Nec adeò me fallit veritam te mænia nostra, suspectas habuisse domos Carthaginis altæ. Horat. In Epi. Res gerere, & captos ostendere ciuibus hostes, Attingit Solium Iouis, & cælestia tentat. & Mille id genus.

¶Idioma quartum.

Quartus ordo Impersonalium cum Accusatiuo personæ reique affectæ, à tergo cum Genitiuo personæ reique afficientis. ut Me pudet morum tuorum. vel cum infinito, Me pudet mendicare. Quemque suæ pœnitet fortunæ.] ogniuno sta mal contento dela sua sorte. pœnitet me salutasse. mi pẽto hauer detto bon giorno. dictitãtur hæc uerba sur passiua; quippe quæ Idiopathiam, hoc est innatã, propriamque passionẽ adsignificant. Quid enim est hoc, me pœnitet, tædet, pudet, piget, nisi pœnitentia, pudore, tædio, pigritia afficior? Suppositum igitur patiens habeant, necesse est. prætereaque horum verborum ea vis, idque ingenium, accusatiuo anteriore personam exprimant, in qua fit passio: genitiuo, eoque posteriore rem,

personamve, unde illa paſsio prodit, oſtendant. Cicero Ad Appium. Video planè fore, ut inimicos tuos pœniteat intemperantiæ ſuæ. Idem ad Ponti. Vt me non ſolùm pigeat ſtultitiæ meæ, verum etiam pudeat. Fab. Quintil. lib. 3. Neminem didiciſſe pœniteat. Notent autem hic pueri, eum, quem pudet, tædet, pœnitet, piget, miſeret, po ni in accuſatiuo; eum uerò, cuius pudet, tædet, pœnitet, piget, miſeret, in genitiuo; ut nos pœnitet peccatorum, me tædet tui. Eruditus Aldus, in hoc me pœnitet tui, tale vulgare cenſet; io mi pento di te. me tædet tui. io ho increſcimento di te. Ad illud verò tu mi rincreſci, variatur conſtructio, me tædet tui. At quia me tædet tui. non hoc eſt, tu mi ricreſci. Sed hoc, io ho rincreſcimẽ to di te. dicẽdum ergo, Tu me afficis tędio. Inde obnunciant plerique hæc uerba recipere genitiuos primitiuorum, Mei, tui, ſui, noſtri, ueſtri, Sunt ſemper imperſonalia: licèt Plautus dicat, Plerique homines, ubi nihil refert, pudent. Lucan. lib. vij. Semper metuit, quem ſæua pudebunt ſupplicia. Terent. In Adel. Mirum in modum facere videtur, Non te hæc pudẽt? vide quo minus abuſus vſus fiat. Non enim vna, ſed multæ roſæ. nõ hirundo, ſed multæ uer oſtẽdunt.

Pœnitet bat tuit per pentirſi.

Per rencreſcerſi, Cic. in Catone. Num ſi ad centeſimum vixiſſet annum, ſenectutis eum ſuæ pœniteret? i. tæderet. Significat etiam parum videtur. Terent. In Heaut. Me quantum hic operis fiat pœnitet. ideſt, parum videtur. Plaut. in Sticho. Si duarum pœnitebit, addentur duę, Cic. de Repub. ipſa terra ita mihi parua videtur, vt me imperij noſtri pœniteret. ſignificat pudere. præſentiæ tuæ me pœnitet. Per ſaper male. Te nunquam didiciſſe pœnitebit. Per ſaper forte. Humanarum miſeriarum me pœnituit. Per far penitentia. Mariam Magdalenam ſuorum pe nituit peccatorum in eremo. pe. pro.

Tædet bat duit, vel pertæſum eſt, per rincreſcere.

Verg. 5. Aene. Quos pertæſum magni incæpti eſt. Cic. In Ver. Sunt homines, quos libidinis, infamiæque ſuæ neque pudeat, neque tædeat. Per sdegnarſi, Tædet fratrem hæc audire. per hauer dolore, o diſpiacere. Tædet patrem nuptia-

nuptiarum. tædet me viuere. tædet me uitæ meæ. la uita mi e'à fastidio.
Pertædet. bat duit, uel pertæsum est, p hauer piu dolore.
Pertæsum est Pompeium mouisse arma. Belli intestini pertæsum est Romanos. Catilinam coniurationis.
Distædet bat duit per dolersi diuersamente.
Distæduit Catilinam Cicerone consule, in patriam coniurasse. verùm hoc sapit antiquitatem.
Piget bat guit, vel pigitum est, per dolersi.
Tempus amittere id ætatis neminem piget. Viros non piget laboris. Per saper à malè, ò forte. vt me piget, id agere non posse. Quandoque pro eo, quod esset, non surgit mihi animus. Quale illud Plinianum lib. 9. Pigeret referre, ni Mecænatis esset literis mandata. Nec desunt, qui Magno Calepini errore, datiuum pro accusatiuo interdum regere autument. Illud habent Ouidianum 2. Met. Pigetque actorum sine fine mihi, sine honore laborum. verùm datiuus ad participium actorum refertur, vt sit sensus, actorum laborum mihi, pro à me. Hęc dixi; quo minùs nostra erret censura.
Pudet bat duit per vergognarsi.
Per hauer' à scorno. vt pudet patrem uitæ filij. filiũ non pudet contumaciæ. Ad illud uulgare. tu mi faj vergogna. Tu me dedecoras. Tu afficis me dedecore. Sic, afficio te tædio tribus verbis eff.
Dispudet bat duit per piu affrontarsi.
Depudet bat duit per lasciar la vergogna.
Per essere sfrontata, per non hauere rispetto all'honore, vt Margaritam depuduit, aut quid tale.
Miseret bat misertum est per hauere misericordia.
Terent. in Hecy. Me miseret mulieris. Me miseret pauperum. Misertum est omnes calamitatis tuæ. Aliorum me miseret, me autem mei minimè. Tu, cuius Deum misertum est, denuò peccasti.
Miserescit miserescebat caret præterito per hauer compassione.
Terentius in Heaut. Atque inopis te miserescat mei. rectiùs tamen mei, qui sum inops. legitur etiam Misere-

scot.Verg.2.Aene.His lachrymis vitam damus, & misere scimur ultro. Item legitur impersonale pas. vo. Cice. Vt maioribus assurgatur, ut supplic antium misereatur. tamen rarò.

¶Idioma quintum.

Quintus ordo impersonalium, cum Accusatiuo ad præpositione præposita à fronte, à tergo verò cum infinito agente. Ad pauperes non spectat vxorem ducere. Cum nominatiuo agente, & accusatiuo patiente eadem præpositione præuia fiunt personalia; ut. Hic honor ad lectorem spectat.

Pertinet bat nuit per appartenere.

Huius verbi multiplex intellectus. Est igitur, vbi officium significat Titus Liu.li.5. Dies dicta erat trib. pleb. biennij superioris à Virginio, & Q. Pompeio, quos defendi patrum consensu, ad fidem senatus pertinebat. Est, cùm vtilitatem, idem lib.1. si secum congressus sit, satis scire ea se allaturum quæ nihilominùs ad rem Romanā, quàm ad Albanam pertineant. Est, cùm æstimationem; Idem lib.26. Ad rem pub. pertinet, ne acta mea rescindendo, alios ĩ posterũ segniores duces faciatis. Est, cũ aptitudinem dicit, & conuenientiam. Quin.lib.1. Cur non pertineat ad literas ætas, quæ ad mores iam pertinet? Est, postremò cùm significat pertingo, peruenio, de quibus satis Hadrianus Cardinalis. Item, breuiloquium. pertinet ad uiros graues. Cachinnus non pertinet ad virum cordatum. Per confinare, Rus tuũ pertinet ad meum. Quò Hæc uerba pertinent? doue vanno à cadere?

Pertinet bat nuit per appartenere.

Vt, ad quenque virum attinet benè sese gerere in magistratu. Dicit, esse opus. Brutus ad Ciceronem, de Apuleio quid attinet ad me scribere? i. quid refert, quid opus est? Quintilianus lib. 5. Ego verò ista non dico, quid enim attinet illa bis dici? hoc est, quid opus est?

Spectat bat auit per appartenere.

Ad bonos liberos spectat imitari parentes. Dicit esse contra. Sacca ad Cosyram spectat. Dicit officium, Ad parentes

rentes ſpectat inſtituere filios bonis diſciplinis. Dicitq; rem haud comparabilem. vt Magiſter tuus eruditus ſanè vir eſt, ſed nihil ad meum. tum uerbum ſupprimitur. Dicit rem pronam, a ſeque alienam. vt quò ſpectat animus veſter diſcipuli? Ad lances, à mangiare.

Facit ebat fecit per eſſer vtile.

Medicina facit ad morbum. Per appartenere, ò conuenire. Turcino more equitare facit ad ſummos imperatores. Per non eſſer à propoſito. Verba tua non faciunt ad rem noſtram. Quint. lib. 2. ſi iã collidere manus, terræ pedem incutere, fæmur, pectus, frontẽ cædere, mirè ad pullatum circulum facit. ideſt conuenit. multa de hoc uerbo dicenda forent, ſed hoc aliàs.

¶Idioma ſextum.

Sextus ordo imperſonalium actiuæ uocis cum Ablatiuo agente, poſt ſe cum datiuo patiente. Vt à nobis ſatisfactum eſt tempori. Cum Nominatiuo agente, & datiuo patiente ſunt perſonalia. Ego ſatisfeci mandatis tuis. A` Deo benefit omnibus. Deus benefacit omnibus. Sunt autem hæc.

Benefit ebat benefactum eſt] per farſi bene.
Malefit ebat malefactum eſt] per farſi male.
Satisfit ebat ſatisfactum eſt] per ſatisfarſi, farſi lo debito.
Fit ebat factum eſt] per farſi.

Abſte imprudenter factum eſt. A` Magiſtro benefit ſedulis diſcipulis. A`me benefit pauperibus.

¶Vltimum Idioma.

Hæc uerba, incipit, ſolet, deſinit, poteſt, debet, & id genus; defectiua per genus, quia ut arbitror, per ſe genus non faciunt; id autem eſt, neque actiua, neque paſsiua, neque neutra, neque communia, neque deponentia ſunt. teſte Lanciloto; Quare? Nimirum quia nec determinatam habent ſignificationem, nec determinatam ſtructuram. Sed pro qualitate infinitorum, quibus famulantur

nunc personalem, nunc impersonalem referunt structuram, eorundemque naturam haud secus, quàm (vt aiunt) Cameleon proximumquenque colorem, reddentia. Vnde Cameleontina dictitantur uerba. Triuiales autem famulatoria, vel famularia pędagogi dixere, quorum plurima turba est. ea ratione persuasi, quòd eius generis sunt, cuius est infinitum, & à fronte eos exigunt casus, quos eorum infinitum requirit à fronte: quoniã autem sic, seruilia dicunt. Ex quibus (Volo) excludatur, quo minus in triuialium incidamus deliramenta. Nullibi etenim volo amittit rectum: est.n. vis libera in hoc uerbo, non igitur à scriptoribus dicetur, Mei vult tædere Franciscum.

Incipit bat cœpit per cominciare.

Ouid. lib. 2. de Remed. incœpit dominæ quenque pudere suæ. Item, Me incœpit pœnitere morum tuorum.] Nostra incipit interesse bella odisse ciuilia.] Abste incipit satisfieri creditori.] Ad me incipit spectare legere. Quid ita? infinita impersonalia sunt. Res incipit meliùs ire] Nos incœpimus philosophari.] Duces incipiunt bella gerere.] incipio amare Deum. Quid ita? infinita nanque personalia eorum structuram seruant. Nota, verbum incipio vix sine infinito saltem subintellecto, ponitur. & differt ab inchoo. Nam dicitur, inchoo opus; sine infiniti intellectu, non autem incipio opus, nisi subintelliges infinitum. dicitur etiam liber incipit. non tamen liber inchoat. hoc enim mendum censent: Inchoo lectionẽ, incipio legere, sed Verg. vj. Aene. Nocturnas inchoat aras. Inchoo legere nusquam, Author est Lancilotus; quem hic noster habet vsurpatur Absolutè. Verg. 3. Aen. Vix prima incœperat ætas. Quint. lib. j. Optimè institutum est, ut ab Homero, atque Virgilio lectio inciperet. Idem libr. 9. Optimè incipitur à longis. Liu. prælium incipit.

Potest erat fuit per potere.

Cicero de Arusp. Repu. Cuius authoritatis neminem posset pænitere. Plin. in Epist. Huic uitio occurri uno remedio potest. Idem; potestis efficere, ut malè moriar; ne malè moriar, non potestis.] Discipulorum potest interesse stude-

ſe ſtudere. Noſtra referre potuit opus compegiſſe.] Homines poteſt peccatorum pœnitere.] Item, Calumniatores nō poſſunt mihi honorem tollere meum.] Iuuenes ultra triginta doceri ab uno præceptore non poſſunt.] bona fortunæ poſſunt prodeſſe multis.] à me poteſt benefieri tibi.] poſſum amare.] potes currere] poteſt ſeruire.] poſſumus, poteſtis, poſſunt animi gratia proficiſci.

Deſinit bat ſiuit per ceſſare.

Titus Liu. lib. 23. Non deſiuiſſe pœnitere belli, nec deſiturum eſſe. Sen. Epiſt. 40. Si te pudere deſierit. Me deſinit infamiæ pudere.] Tua deſiuit intereſſe morigerari mihi.] à nobis deſinit ſatisfieri parentum muneribus.] Iam deſiuit à uobis ſtuderi.] At Deſino, is, it, mus, tis, unt, legere. Deſino benefacere.

Debet bat buit per douere.

Cæſar lib. 2. de bello Gal. Pugnatum ab hoſtibus ita acriter eſt, ut à uiris fortibus pugnari debuit. Homines debet ſuorum errorum pœnitere.] Me debet tædere triuiſſe tempus.] Mea miſerere eius intereſt, quem debet infamiæ pudere.] Noſtra debuit referre benefieri egenis.] At nos debemus lucrari tempus.] Debent conſulere omnes honori ſuo. Hoc idem interim actiuum eſt, interim paſſiuum. Neutrum interim. Actiuum, ubi ſoluendæ pecuniæ, aut alterius cuiuſq; rei debitum oſtendit, atq; paſſiuum: Plaut. In Bacchi. Ducentos philippos attulimus aureos Epheſo, quos hoſpes debuit noſtro ſeni. Ouid. in Heroidibus. Quæ dare debueras, accipere ille negat. rarò tamen cum infinito niſi more Græco, concinnius ſubauditur. Cic. pro Sylla. Perſolui patriæ, quod debui, reliqua iam à me meæ perpetuæ naturæ debentur. Horat. in Epiſt. ni memoria fallitur, Debemur morti nos, noſtraq;. Quint. lib. v. Non debui tibi pecuniam, nunquam me appellaſti. Cic. ad Sena. Omnia dijs immortalibus debeamus. Subaudi, exhibere. Neutrum uerò, cum accepti beneficij obligationem ſignat. Cic. Ad Cur. Eſt animi ingenui, cui multùm debeas, eidem uelle plurimùm debere.

Solet bat ſolitum eſt per ſolere.

Te ſolet miſerere eorum, quos poteſt pœnitere peccaſ

se.]Me solet pęnitere laboris.]A nobis solitum est satisfieri didascalo.]Omnium interesse solet studere saluti.]Ego diligi soleo abs te.] Patritij solent delectari equitare.] Deo solet, debetque ab omnibus inseruiri.] Regi solet à subditis obediri.] Sal. lib.2. Neq; subsidijs uti soluerat compositis.Cic.Ad Att.Lib.8.Solet eum,cùm aliquid furiosè fecit,pœnitere.Volo autem,ut superior pagella canit, eiusdem farinæ esse haud supputarim, uel hæc duo, Nolo,& Malo;In his enim persona uolens,nol.& mal.In nominatiuo semper ponitur.ut uellem, me pœnitere peccatorum, at uerò non potest.] Deus vult, se miserere nostrum omnium.] Tu non uis pudere,uel te pudere uxoris tuæ.] Dicitur etiam (Authore Prisciano) Ego uolo à me legi.] Tu uis à te curri.]Ego uolo legere]tu uis currere.] Priscianus vult,peccatorem se pœniteat.] Nos uolumus, à nobis satisfieri tempori.] Vos vultis, à uobis benefieri pauperibus.] item Curtius lib.4.Malo me fortunæ pœniteat,quàm uictorię pudeat.Cicero pro Ligario,A te ignosci nemini uellent.Terent.in And. Malo mihi,quàm alteri.Cic.Ad Att.xvj. Sed tamen ei satisfieri quoque planè uolo. Idē primo de Orat.Mihi ignosci uolo. Terent. Vis taceri,uera dicito] impersonale est taceri uocis passiuæ. Tametsi Poetaster Netinus (Taceor,eris)dicat,quod Musa latina non recipit,nec(ut nostra fert opinio)latinitatis fornacem sapit,Taceor:Hoc enim,atq; alias huiusce ineptias,uti pręrancida renuncianda mihi censeo;quidquid ipse latret.Sed unde abij,redeo,Hæc uerba,uolo, & Malo carent imperatiuo, quia uoluntas est libera. Cui tamen futurum optatiui præstat.Terentius.Quæso ædepol Carine:quoniam id fieri non potest, quod uis, uelis id, quod possit. Hortantis, non Imperantis.

Declinantur hæc duo uerba sic.Indicatiuo Nolo,nonuis,nonuult:Nolumus,nonuultis,nolunt. Nolui,noluisti,noluit.Noluimus,noluistis,noluerunt,uel ere. Nolueram,nolueras,noluerat:Nolueramus,nolueratis,noluerant. Nolam,noles,nolet:Nolemus,noletis,nolent. Imperatiuo,Noli,nolite,nolito,nolitote. Optatiuo,Nollē, nolles,nollet.Nollemus, nolletis,nollent. Noluissem,noluisses,

luisses, noluisset: Noluissemus, noluissetis, noluissent. Nolim, nolis, nolit, Nolimus, nolitis, nolint. Coniunctiuo, Nolim, Nollem, Noluissem, Noluerim, Noluero. Infinitiuo, Nolle, Noluisse. Significat non uolo. Indicatiuo, Malo, mauis, mauult; malumus, mauultis, malunt. Malebam, Malui, Malueram. Malam. Imperatiuo caret. Opt. Mallē, Maluissem, Malim. Coniunctiuo, Malim, Mallem, Maluerim. Maluissem, Maluero. Infinitiuo, Malle, Maluisse. Cæteris caret, significat magis uolo. Vt in ore omnium est.

Postremò illud animaduertendum, actiuæ impersonalia literaturæ, quæ hactenus recensuimus, etiam ijsdem seruatis intellectibus cùm fiunt personalia, tertias uoces utriusq; numeri tantùm in usu habere. non enim legitur, deceo, es. His tamē exceptis. Est, Placet, Displicet. Prodest, obest, officit, præstat, iuuat, delectat, affert, miserescit, & reliqua id genus, quibus uoces insunt omnium personarum tam singulares, quàm plurales.

D. VITI CHIAPPISII, SACCENSIS,

Grammaticarum institutionum LIBER SECVNDVS.

De Impersonalibus pas. voc.

QVONIAM autem de impersonalium actiuæ literaturæ constructione pro ingenij nostri paruitate locuti sumus: reliquum est, ut etiam de impersonalium passiuæ literaturæ, eorundemq; constructione breuiter agamus. Verùm priùs de uerborum impersonalium inuētione meminisse est obuium, quàm falcem in reliquam messem ponamus. Eius autem rei triplicem caussam ex frequenti scriptorum lectione Lancilotus colligit; primam ornatus, subinde uarietatis, necessitatis tertiam. Mox igitur ornatus caussa inde patet, Cùm dicit Terentius in Eun. pro Gnatone Ad Parmenonem; Quid agitur? Respondens ait Parmeno, Statur. Cùm ille quid agis? hic sto, dicere potuisset. Item Cicero in Epist. fam. Ad Lent. Vehementer eius orationi ab omnibus reclamatū est. Vbi maximè dicere potuisset, omnes reclamauerunt. Varietas autē ostenditur, quia cùm dico, à me seruitur tibi est, Ego seruio tibi. Abs te itur. est, tu is. Sicut ego amo te, quod tu amaris à me. Idem significant, conueniunt in sensu, sed uarietatis caussa differunt in modo enunciationis, hoc.n. alio, illud alio modo dicitur. Necessitatis uerò caussa duplex. aut enim naturæ est significationis. Aut consuetudinis,

consuetudo

consuetudo est, quia aliqua omisere authores, nec eis usi fuere, misereo ueluti, & huiusmodi. redeo & similia necessariò habentur, uti est. Prætereaq; dicitur, nocetur, seruitur, itur, & mille id genus; at uero estur, abestur, potestur, gaudetur, & his paria, nequaquam: eam igitur consuetudinis caussam dictitant. Natura est ipsamet elocutio: ea etenim dupplex, aut finita, aut infinita. si finita quinq; generibus circunscribitur, qualia personalia. Si infinita, hoc quidem est, cùm pars sensus deest, & imperso naliter enunciatur. ut seruitur, itur, curritur. Nulla deter minata est persona, nisi subaudiatur, uel à me, uel à te, aut ab illo, uel ab omnibus. Mox autem cùm ita, curro, tu curris, Priscianus currit, finita est personæ ratio.

Actutum properemus illò, ut magnū doctrinæ studium impendentes curiosorum, argumentaq; cerebrosorum fa cilè cum eodem Authore refellamus, eorundemq; disputationibus occurramus. Primò igitur quærunt, quare si actiua uox passiuam præcedit, quid (bone Deus) caussæ est, quòd non itidem actiuæ uocis impersonalia non præ ponantur his, quæ passiuæ sunt literaturæ? licèt nostra censura ordine usa retrogrado, præposteroq; hæc illis subiecit. Respondetur argumento. Impersonalia literaturæ passiuæ (Diomede & Prisciano testibus) agentis significatum tantùm habent, hoc est uocem tantùm passiuitatis habent: cæterùm actionem semper adsignificant, ut à me curritur, dempta pasiuitatis uoce. hoc sonat, ego curro. Impersonalia uerò actiuæ uocis ut plurimùm contra, ut me tædet. quid hoc? nisi tædio afficior. uerùm id nominū impositio expressiùs aperit, quare enim hęc impersonalia nuncupātur passiuæ uocis uel literaturę? quia uox aut tan tùm literatura passionem sapit, ergo nil tale significatio. Sic illa impersonalia sunt actiuæ uocis, quid ita? quia uox tātùm actionem sapit, significatio utrunq; plerunq;. Ex quibus liquet, hæc significationem tantùm, illa uerò uocem solùm actionis habere. Non abs re igitur pasiuæ uocis, & significationis actiuæ impersonalia præponuntur, actiuæ uocis, passiuæq; significationis Impersonalibus. Quare? quia siguificatio est prior natura, & tempo-

re ipsa uoce: qui probas? Ita, Est Scipio Aphricanus, Hic enim priùs Carthaginē deletam funditus oportuit, quàm hoc cognomen Aphricanus, sibi vendicaret: ergo præcessit huius uocis significatio multò antè, q̃ ipsa vox. Sat.

Mox curiosiores quærunt, si impersonalia passiuæ literaturæ sunt agentis, vel actionis, quare casum passiuæ actionis ferant? Is.n. ablatiuus est; obliqui profectò nullam ferè naturam, recto modo significandi actionem, habent. Responsio euidens. Cùm uerum sit, Impersonalia numeris personisque carere finitis, ut patuit, necessario rectum habere nequeunt, qui est personæ certæ ac finitæ enunciatiuus. Alij autem casus ablatiuo excepto, non habent naturam recto modo actionem significandi, vnde latinus casus est. Is enim solus, qui nominatiuo æquipollet, eorum namq; alter alterius uicem gerit: quoniam autem cùm dico, à me curritur. quid? Ego curro. A me amatur Deus, quid? Ego amo Deum. Abs te itur. quid? tu is. à Petro curritur, quid? Petrus currit. Cæterum triuialia hæc docti indoctique nouerunt. eam obrem aliò appropero, non enim mora libera nobis.

Quibus explosis, negotium altioris intellectus illis adhuc instantibus subit. Hæc uerba Authore prisciano, Metuo, Timeo, formido, cum trepido, & id genus, passiuam uim habent, & tamen impersonalia passiuæ literaturæ ex sese formant; ergo quid passiuæ significationis impersonalia habebunt? Id supra refellimus. probatur, Ait Tacitus, lib. 11. Trepidabatur à cæsare. Idem alibi. Trepidatur à circunstantibus. Idem, Metuitur trepidatione uulgi. Respondetur, Significatio duplex, aut enunciatiua, aut Intellectus. Enunciatiua pertinet ad Grammaticum; quale, amo Deum. Timeo magistrum. & dicit actionem semper. sin autem intellectus, ad philosophum hoc munus spectat. eadem manente oratione, Amo Deum, timeo magistrum: tunc.n. in rei veritate, passio amoris in me est, & timoris intrinsicè, quamuis enunciatiuè vis ea in alium transeat; nam qui agit, agit & patitur. Si philosopho credimus. Sic ergo intellectu aliqua uerba contemplando cognoscimus in uoce actiua uim habere passiuam, & contra.

contra, In passiua uoce actiuam vim habere, ut metuitur, Impersonale.

His ita constitutis, è quibus uerbis passiuæ impersonalia literaturæ proficiscantur, ac quot modis formentur, & qua polleant structura, edisserendum est. Vnde igitur formantur impersonalia passiuæ desinentiæ? testibus Diomede, Phoca, priscisq; Grammaticis figurantur à uerbis neutris absolutis & transitiuis, quæ datiuum casum in serie orationis admittunt, ut sedetur, pugnatur, certatur, ambulatur, statur, itur, studetur. Verum Donato, atq; Prisciano placet etiam ab actiuis impersonalia fieri: quę nullum casum regunt, ablatiuum dumtaxat, sed sine accusatiuo absolutè capiuntur: quid ita si roges? pro ratione est uoluntas, ac contrarius vsus doctissimorum virorum, unde longè errant triuiales dicētes, à me legitur Matthæum. amatur Deum. et id genus, de quibus supersedeo modò. Ergo impersonalia passiuæ desinentiæ de usu fiunt à uerbis in o, terminatis tantùm, actiuæ significationis, habentibus nominatiuum agentem. Quare de usu dicis? quia etiam à neutris terminatis in o, passiuæ tamen significationis nonnunquam exorta reperiuntur. Plaut. In Capt. Cùm caletur, cocleæ occulto latent. Erasmus in Paneg. Tam ex æquo gaudetur ab omnibus, quàm tu æqualiter omnibus redisti. Apule. li. 4. Met. Mæretur, fletur, lamētatur. Quia etiā à neutris terminatis in, o, sed nō habētibus nominatiuū agentē. Plaut. in Pseud. Quid agitur Callidore? amatur atq; agetur acriter Pli. lib. 10. Nisi cùm p̄sidio earū indigetur. Quia etiā à cōibus, & deponētibus. Sall. In bel. Iug. uti ex libris Punicis interpretatū est nobis, quàm paucissimis dicā. Rursus, Ab ijsdem regis fautoribus summa ope enixum est, ne tale decretum fieret. Hæc autem usq; adeò rara sunt, nec in regulam coaptari debent; neq; ea mēte à nobis relata sunt, ut usui sint, sed ut euitāda cognoscātur.

Formantur duobus modis, nempe aut à secunda persona præsentis indicatiui prioris numeri, Author est Diomedes, sublata nouissima litera, S, & addita, tur, ut amo, amas, amatur. Eo, is, itur, Seruio, is, seruitur. Aut à tertijs personis singularibus admota, ur, ut currit, curritur. Legit,

git, legitur. Seruit, seruitur. & cętera talia. Sed prętcritum fit à primo supino nulla litera dempta, & uerbo substantiuo, sum, es, eiusdem temporis, ut amatum est, seruitum fuit. Itum fuit, & huiusmodi: hoc autem in vna proferunt dictione ne passiuè sonet. Cæterùm super hoc disputatur à Grammaticis; An præterita impersonalium passiuæ desinentiæ constent de uerbo substantiuo, & participio, ut passiua, amor, & docéor, amatus est, & doctus est. Ita amatur, docetur, Itur, amatum est, doctum est, Itum fuit. Hoc enim mendum censent nonnulli dicentes, Dicitur pulchrè nocetur, itur, curritur, & mille id genus, quæ liquidò constat non habere in tus participia. Quomodo igitur, nocitum est? Itum est? cursum, seruitum est? & id genus sexcenta participia dicentur? quibus hæc quoq, conferunt. Præterea participia ab actiuis formata in tus, significant passionem non actionem, sed impersonalia passiuæ uocis expertia sunt omnino passionis, quia lectum est à nobis. hoc est enim, Nos legimus. Non erunt ergo, seruitum est, itum est, & huiusmodi participia. Omnia uerba seruant hanc regulam, præter benefit, malefit, satisfit. Nota est regula, ubi facio mutat a, in compositione in i, passiuũ est, ut efficio, efficior. Sìn autem seruat a, passiuum est à fio, ut pinguefacio, pinguefio, & similia.

Syntaxis impersonaliũ passiuę desinentię quę? Hæc; omne verbum impersonale passiuæ literaturæ præter casum sui uerbi ablatiuum habet pręeunte prępositionis nota A' uel ab, rei agentis, uel datiuum loco illius teste Prisciano, Accusatiuũ verò nullo pacto regunt, nisi mediante præpositione. Verg. Itur in antiquam syluam. A' me itur ad forum. à me sedetur. à te curritur, vel tibi, pro à te. à nobis dormitur. Cice. In Epist. sed nihil est à me inserui tum temporibus. Idem Ad Lent. Eius orationi vehementer ab omnibus reclamatum est. Mart. Nõ benè, crede mihi, seruo seruitur amico. Cic. In off. Occuritur nobis, & quidem à doctis, & eruditis. Cæs. In Com. Cùm ab hostibus constanter, & non timidè pugnaretur. Præterea impersonalia uerba, author est Diomedes, accomodantur loco, tempore, personaque. de loco, Benè illo loco studetur;

de tempore. Benè illa hora ſtudetur. de perſona, Apud Platonem bellè ſtudetur. Hæc ille.

Quare refellenda & Alexandri opinio dicentis. Matthæum legitur. Socratē amatur, Errorq; Syntaxeos triuialium exhibilandus omnino, ut dicatur, à me Deum. Hoc autem etſi dici poſſit, tamen vſq; adeo rarum eſt, ut concinnius, commodius, ac conuenientiùs per paſſiuum loquar. Amatur Deus. & ſi Georgius Valla, Alexander, atq; alij multa exempla ſuſpecta afferantt, amen ipſe dicā, Latinitas, ut nummus, nulla re alia magis, q̃ uſu probatur; quare huiuſmodi locutiones, tanquam his omnibus uiduæ, quibus muniri fulciriq; ſol, & quæcunq; latina oratio, ne nobis profectò admittendæ, quin potiùs barbaræ ſint. Nimirum illa tantùm apud bonos authores de uſu reperta ſunt. vt Verg. in primo Aene. Hic iam ter centum totos regnabitur annos. Idem ibidem, Conueniunt, ſtratoque ſuper diſcumbitur oſtro. Idem in iiij. Aen. Anna uides toto properari littore circum. Idem in vj. Itur in antiquam ſyluam ſtabula alta ferarum. Idem in x. Macte noua uirtute puer ſic itur ad aſtra. Idem in xij. Nunc totis in vulnera uiribus itur. Idem in vj. Stant belli cauſſæ, pugnatur cominus armis. Idem in x. Certatur limine in ipſo Auſoniæ. In eodem, Ilicet in muros tota diſcurritur urbe. Idem in 3. Geor. Heu malè tunc Libyæ ſolis erratur in agris. In iiij. Georg. Poſt ubi iam thalamis ſe compoſuere ſiletur innoctem. Hor. lib. ſerm. Saty. j. Quid enim concurritur horæ momento. Val. Flac. lib. viij. Argona. Gramineis aſt inde toris diſcumbitur olim. Idem primo. Paretur, molli iuuenes funduntur in alga. Iuuen. Curritur ad uocem iucundam, & carmen amicæ. Thebaidos. Idem, Clamato nullo, gemit hic tibicina, cornu. Idem, Surgitur, & miſſo proceres exire iubentur Conſilio. Statius in Theba. Summiſq; inſiditur aſtris. Terent. Quid fit? quid agitur? Statur. Iuuen. Stat contra, ſtariq; iubet. Ouid. primo Meta. Viuitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus. Perſ. Velle ſuum cuiq; eſt, nec uoto uiuitur uno. Claud. Viuitur exiguo meliùs. Cic. In Epiſt. Ad Lent. Laboratur uehementer. Quint. Sed compoſitione peccatur.

Aliàs hæc.Cicero.Nihil mihi noceri poteſt.Apul.de Philo. His rebus nocetur, quæ ſunt uiliores. Idem, Cùm noceri alteri malorum omnium maximum eſt. Ouid. In Heroidibus, Dido ad Aen. Nec mihi tu parcas, puero parcatur Iulo. Idem primo Metam. Vix nunc obſiſtitur illis. Sene.In Epiſt.85.Sapienti nocetur non à paupertate; non à dolore. Dolobella Ciceroni, Satisfactum eſt à te. Cic. Ad Att. Mihi uerò deliberatum eſt. Idem, Quanquam à te quidem cumulatè ſatisfit mihi. Idem lib. de nat. Deo. Intelligat cui præſit, & cui parcatur. Brutus Ad Cicer. Succlamatum eſt à militibus. Cic.in Tuſcu. Primo die à nobis cadere, quam tu ex omnibus max.probas, diſputatum eſt. Item Tacitus lib.xxj. Procurſum eſt ab hoſte. Cicero in Ver. Non eſt ab iſto perſeueratum. Plin. In Epiſt.v. Legitimæ poſtulationi à quibuſdam reclamatum eſt. Titus Liu.lib.j. Roma frequenter migratum eſt à parentibus. Brutus ad Cic. De conditione ſeruiendi recuſatum eſt à nobis. Tacitus lib.5. Relatum eſt ad patres à Quintiliano de libris Sibyllæ. Titus Liu.lib.8. Ceſſatum eſt à milite. Cæſ.lib.4.Gal.bel. Pugnatum eſt ab utriſque acriter. Suet. In Cæſ. Conſpiratum eſt in eum à ſexaginta. Titus Liui. Ad pedes deſcenſum ab Romanis eſt. Terent. Nunc primùm quid de illo ſit factum audio. Candidum eſt, benè mecum, tecum, ſecum, nob. uob. agitur. Hæc eſt catholica Imperſonalium paſſ.liter. ſtructura.

Pleraq; cùm ſint uerba actiua, quæ ſi ſine poſteriori caſu ponantur, efficiuntur quodammodo neutra abſoluta, ex quibus imperſonalia paſſiuæ uocis deflectuntur. qualia ſunt, Agitur, diſputatur, quæritur, docetur. Hinc docet doctiſſimus Aldus, rectè ſecundum accuſatiuum regere imperſonalia uerborum, Doceo, peto, & id genus non ergo perpulchrè dices, Docetur Priſcianum. Bellè quidem ſic, Docetur Grammaticam; linguam latinam. Petitur nummum, non tamen petitur dominum. A Chiappiſio docetur Grammaticam, & cætera talia. Item uerba, timeo, uindico, credo, quæ etiam neutra eſſe ſupputant: nam timeo te actiuum eſt. timeo tibi, neutrum. Hinc timetur tibi, dicimus, quatenus neutrum eſt. uindico te, actiuum.

actiuum. uindico in te neutrum. ex quo Salustius habet, uindicatum est in noxios. Item, Credo tibi pecuniam, actiuum, idem quod fidei tuæ committo. Sed credo tibi, idest fidem habeo, neutrum est. à quo Iuuenalis ait. Hæc eadem nobis licet, & laudare, sed illis creditur. Item, Hęc uerba, Interdico, Inuideo, Iubeo, Impero, Ago, Fio, Lego, & reliqua id genus, queis hæc quoq; adiungam, Consulo, Suadeo, Persuadeo, Obijcio, Prouideo, & à facio composita, ut Maledico, Benedico: hæc enim in actiua specie etiam datiuo latiniùs iunguntur. quia (ut ait Diomedes) hæc omnia in persona patientis non rectè dicimus, Maledicor à te. Inuideor à te. aliter tamen sentit Priscianus, Et Hora. Contra Diomedis præceptum in Arte. ait, Ego cur acquirere pauca si possum inuideor. Pro inuidetur mihi, teste etiam Acrone. Verùm Horatius nouo more protulit. Dicam igitur, Interdicitur à te mihi aqua, uel igne. Iubetur, Imperatur à te mihi. & contra. Maledicitur, & benedicitur à te mihi: quamuis sacræ literæ secus habeant. ut benedicat uos omnipotens Deus. Benedic domum istam. Benedic hanc creaturam aquæ, & salis. Benedicite gentes Deum nostrum. Benedicta filia tu à domino. Secus, Benedicite omnia opera domini domino. Benedicite fontes domino, Benedicite Maria & flumina domino. Nec id mirum, nam Grammaticæ leges quandoq; ecclesia spræuit: tu uiuendo bonos, Scribendo sequare peritos. Sic Consulitur mihi. Obijcitur mihi. Suadetur mihi. Inuidetur mihi. Sicut nocetur, seruitur à te mihi. Noceor eris. non dicitur, Hæc uerba passiuam naturam non habent. licèt lyricus dicat, Inuideor, & Imperor. pro inuidetur, & imperatur.

Refellenda modò subit Diomedis, & Nebrissensis opinio supra modum iudicio meo pertinax. Hi etenim authores manibus pedibusq; obnixè acriterq; contendunt, Omnia Impersonalia passiuæ quidem terminationis generalitatem quandam semper præseferre. ut cùm dicimus, legitur, seruitur, curritur, omnes tum legere, omnes seruire, omnes seruire, magno eorum errore, intelligamus: Prætereaq; his nunquam ablatiuum agentem appo-

 nendum,

nendum, ni generalitatē ipsam explicet, ceu termini uniuersalis ablatiuus sit, ut omnibus uniuersis. Quod genus Tullianum illud. In Epist. ad Lent. Eius orationi uehemēter ab omnibus reclamatum est. Tacit. lib. 1. Accuritur ab uniuersis. uerùm quid ipse dicam? quæ quibus antè ferā? O cæca hominum pectora. ò quantùm uanitatis in hominum corde. At homines sunt. An tanti uiri Tullianæ maiestatis authoritati suam præferant uanitatem? Cicero enim, ac optimi cæteri authores utrunq; Diom. & Ant. Neb. turpissimi erroris conuincant. Ecce, Cicero, lib. 1. Acad. Nunciatū est nobis à Marco Varrone, uenisse eum à Roma. Idem lib. 2. Libri duo Philonis, de quibus dictū à Catulo est, erant allati Alexandriam. Idem lib. 5. Tuscul. Primo die est à nobis eadem re, quam tu ex omnibus maximam probas, disputatum. Idem Pro lege Agraria, Consulibus legem curiatam ferentibus, à Tribuno sæpe plebis intercessum est. Idem ad Balbum, Nihil est à me inseruitum, temporis caussa. Sal. In Bel. Iug. Sylla, cuius facundiæ, non ætati, à Manlio concessum est, uerba huiusmodi locutus est. Titus Liu. lib. 2. Ni maturatum ab dictatore Romano esset. Plin. In Epi. Pariter à te necessitatibus eius subuentum est. Sed quid ultra ego ineptus; Receptui igitur canam. Ex quibus liquet Impersonalia, nedum generalitatem, sed & particularitatem præ se ferre contra Diomedem, & Anto. Illud postremò nec obliterādum, quare utraq; impersonalia gaudent obliquo casu? Casus obliqui indirectè; hoc est obliquè actionem adsignificant, uel passionē. eam ob rem nec inter quinq; uerborum genera connumerantur impersonalia: Illa enim uerborum genera, scilicet Actiuum, passiuum, neutrum, commune, & deponens, actionem uel passionem directè significant, iure etiam nominatiuum sibi asciscunt, quippe qui cùm rectus dicatur substantiam in rectitudine significat. Illud quoq; obseruetur, ut Diomedes & Phocas aiunt, Impersonalia passiuæ literaturę futuro imperatiui deficere, nec minùs infinitiuo, licèt ambiguū sit, desunt quoq; illis gerundia atq; supina. Impersonalibus passiuę uocis debet ablatiuus exprimi, ut uolo à me amari, doce-

ri,

ri, seruiri; At uolo amari, & doceri, infinita sunt. flecte.

¶Indic. Amatur. ¶ Indic. Itur. ¶ Indic. Seruitur. Si ama, si anda, si serue. Amabatur. Ibatur. Seruiebatur si seruiua. Amatum fuit. Itum fuit. Seruitum fuit. si è stato seruito. Amatum erat. Itum fuerat. Seruitum erat. si era seruito. Amabitur. Ibitur. Seruietur. si seruirà.

¶Impe. Ametur. ¶Impe. Eatur. ¶Impe. Seruiatur, seruirsi.

Opt. Vti. Amaretur. ¶Opt. Iretur. ¶Opt. Seruiretur, si seruisse. Amatum esset. Itum esset. Seruitum esset. si fusse stato seruito. Ametur. Eatur. Seruiatur.

¶Subiu. cùm Ametur. ¶Subiu. Eatur. ¶Subiu. Seruiatur. si serui. Amaretur. Iretur. Seruiretur. si seruissi. Amatum sit. Itum fuerit. Seruitum sit. si habbia stato seruito. Amatum esset. Itum fuisset. Seruitum esset. si fusse stato seruito. Amatū sit. Itum fuerit. Seruitū sit. si hauerà seruito.

¶Infin. Amari. ¶Infin. Iri. ¶Infin. Seruiri. seruirsi.

Legitur legebatur lectum est, per legersi. Auditur, Audiebatur, Auditū est, si odi. Maledicitur, Maledicebatur, Maledictum est, si maledice. Consulitur consulebatur cōsultum est, si prouede. Creditur Credebatur Creditum est si crede. Placetur Placebatur Placitum est, si piace. Seruitur Seruiebatur Seruitum est, si serue. Transitur Transiebatur Transitum est si passa. Imperatur Imperabatur Imperatum est, si commanda. Cænatur Cænabatur Cænatum est, si mangia. Statur Stabatur Statum est, si sta in piè. Aratur Arabatur Aratum est, si ara. Itur Ibatur Itum est, si anda. Curritur Currebatur Cursum est, si corre. Reclamatur Reclamabatur Reclamatum est, si contraria. Fauetur Fauebatur Fautum est, si fauorisce. Hactenus.

D. VITI CHIAPPISII, SACCENSIS,

Grammaticarum institutionum LIBER TERTIVS.

¶De uerbo infinitiuo.

QVONIAM autem Infinitum magnam latinitatis partem complectitur: nulla namq; est oratio, nullus sermo latinus, quin per infinitum enunciando concinnior, ac dilucidior fiat. petis dulcissime lector huiusce etiã operis ordinationem confieri. quòd autem à me petis, ut rationibus petitionibusq; tuis inseruiam, facis medius fidius, quod nostræ summæ beneuolentiæ coniunctionis interest. Nec cesso dies ac noctes tum ut hic labor noster quandoq; (Deo auspice) deferueat, tum etiam nequid de nostra necessitudine remissum factum putes, nèue optimam meam erga te uoluntatem aliqua ex parte refrigeratam esse susceperis: quã nulla locorum longinquitas, nulla temporum interpellatio, nullaq; consuetudinis intermissio interrumpere potuit, nec summa hæc immutare tentabit. Cælesti ut arbitror auspicio, dexteraq; harundineo armata calamo currente obsequijs monitisq; tuis libenter adhæreo.

Tractaturis de natura modi infinitiui, ab eius diffinitione cum magistro latinitatis Cicerone incipiẽdũ nobis est. Maximè, sed priusquàm ea de re disputemus quid rei est diffinitio, dicas uelim mi Author. Perhercle deuo-

tus mandatis tuis, ac libenter parere non grauabor. Diffinitio, uel (ut aiunt) Definitio est oratio, quæ id, de quo quæritur, apertè scribit & determinat, & datur caussa innotescendi. De qua Cicero ad Brutum ait, Diffinitio est oratio, quæ quid sit de quo agitur ostendit quàm breuissimè. Capella autem, Diffinitio est cùm in uoluta uniuscuiusque rei notitia apertè, ac breuiter explicatur. In ea tria sunt euitanda; ne quid falsum, ne quid minùs significetur. Hæc enim si philosophiæ Principi credimus Aristo. fit per genus, differentiamque, ut Homo, est animal rationale mortale, ex quibus uerbis accipitur, quæ aliter procedunt, prorsus descriptiones, non diffinitiones dici. Verùm hoc opus per se exigeret, estque satis abunde in frequenti dialecticorum usu. Sed unde abij redeo; at peto Infinitum quid in Grammaticorum republica? Verbum est indeterminatum, carens numeris & personis, suapte natura delumbe, alterius uerbi bacilio innitens. Vnde autem dicitur Infinitum? Ab in, idest non, finitum, quasi nō finitum, ore omnium rotundo est. Quid ita, an quia iam diffiniri nequeat? Minimè id quidem, diffinitum etenim est: sed quod non habet determinatos numeros ac personas: Nam utriusque numeri esse potest, & indeterminatè cuiusq; personæ; sed certum numerum personamq; finitam à supposito accipit, quam ex sese nec ullam determinare ualet. Sic ergo in prima persona singularis numeri dicimus, Me docere, In secunda. Te docere. In tertia, Illum docere. Item in plura. In prima persona, Nos docere. In secunda, Vos docere. In tertia, illos docere. Quibus alterum subijcitur uerbum, ut perfectum significent sensum. ut me docere, laudabile est. Aliud quidem de infinito meminisse est, de quo philosophi disputant, hoc autem diffiniri nullo modo potest, nisi per partes negatiuas, quod nondum nostra censura docet. Claret igitur ingeniose lector infinitum carere numeris tum personis absolutè, uerùm cum pronominum additione utrisque instituitur non sui, sed eorum ratione: ut amare, docere, uidua sunt. Me amare, te docere, admittunt utrunque.

Constat, quòd bona diffinitio alteri à diffinito competere nullo modo debet: hanc autem etiam impersonali uerbo conuenire liquidò patet. utrunq; namq; numeris, personisque deficere dudum dictum est. Nota, Defectus ille numeri, atq; personæ uerbo infinito secus atq; impersonali contingere in animum inducas oportet. Caret his accidentibus Impersonale, caret quoniam casu recto: quæ si admitteret (ualente usu) utiq; & illa quoq;. Imò sub specie quadamque figura tertiæ personæ, priorisque numeri complectitur: ut tædet. Infinitum uerò naturam penitus; erit ergo Amare nec figura primæ, nec secundæ, nec tertiæ, quia ferè nullius. Aliàs Infinitum alterum sibi uerbum adiungit ut sit alicuius intellectus: ut Hominem carere uoluptatibus bonum est. at hoc, Hominem amare, nil consequente, claudicat. Impersonale sine alterius uerbi adminiculo ponitur, sensumque adgenerat perfectum in animo auditorũ. ut me miseret pauperum. Abs te curritur: quo percepto nil aliud quærit intellectus pro sensu rei. Aliàs Impersonale flexile est per omnia tempora perq; omnes modos; Infinitum autem per tria tantùm distincta tempora, perq; unum postremum eundemque imperfectiorem alijs modũ uariabile. Quid delumbe? Quia alteri necessariò iungitur uerbo. Sine alterius adminiculo ponitur? peregregiè uerùm apud poetas, cùm aliquid subintelligitur tale, Verè ne ita est? Aut æquum est? Aut tolerabile est? oportet, decet, licet, oporterne, decetne? aut simile. Quale Vergilianum illud in primo Aene. Mene incœpto desistere uictam? Subaudi, decet, aut tolerabile est. Est Aposiopesis. i. reticentia (ut ait Cicero) aliquid uel affectus uel iræ, furorisque ostẽdẽtis. Rursus in eodem, Mene Iliacis occumbere campis. Nõ potuisse tuaq; animam hanc effundere dextra? Terent. Seruon fortunas meas cõmisisse futili. Sed plura recensenda forent.

Infinitum duplex, personale, & impersonale, atqui secundo membro reiecto, primum modò uentilemus. infinitum personale in quinque genera discernitur in Actiuum, Pas. Neu. Com. Dep. Horum autem vnumquodque tria tempora continet, verùm in his tribus illa quinque

verbo-

verborum communia includuntur; sunt enim, Præsens cũ præt.imp.] præteritum perfectum cum pręt. plusquam.] postremo futurum.] Vox præsentis temporis infiniti modi unde & quo modo formatur? A prima voce imperatiui in quauis coniugatione, addita, re, ut ama, doce, lege, audi. Amare, docere, legere, Audire. vel à secunda persona præsentis indicatiui singularis numeri dempta, S, & addita re, ut amas, ama, amare. Ecce,

[Amare. [Amare, che ama, che amaua.]
[Docere. [Insegnare, che insegna, che insegnaua.
[Legere. [Legere, che lege, che legeua.
[Audire. [Vdire, che ode, che udiua.

Natura infinitiui modi ea est, quòd omnis infinitiuus uerbi personalis construitur ante se cum accusatiuo, in actiuis pro agentis nominatiuo, in passiuis uerò pro patientis nominatiuo; à tergo non recedit à sui uerbi Syntaxi. ut discipulum honorare magistrum decet.] Magistrum honorari à discipulis, placet mihi] Me inseruire amicis, uenerari Deum, obliuisci iniuriarũ, philosophari, bonum est. discat hic puer orationem infinitã conuertere, Triuiales, aut pædagogi ea in re tribus utuntur particulis, quòd, quò, ut. Itaq; (ut inquit Plazo) si caussa est efficiens; potest infinitum resolui cum hac coniunctione, quòd, per indicatiuum & per coniunctiuum. ut Gaudeo, uel Gratulor, te proficere in literis. Hoc autem est, quòd proficis, siue proficias. Hinc liquet Gaugeo cũ suis caussam efficientem admittere, nõ instrumentalem, quidquid latret noster grammatista. Sin autem caussa est finalis, resoluitur per, quò, uel ut, per modum coniunctiuum tantùm; ut Pręceptor hortatur discipulos amplecti virtutem. hoc est, quò, uel ut amplectantur. Hæc ille.

Hæc uox infiniti sumitur multipliciter. Primò pro natura sui. ut seruire Deo summa est gratulatio mihi. Secundò, pro præterito imperfecto, Terent. In And. Omnes laudare fortunas meas, qui natum haberem tali ingenio prędítum. pro laudabant. Sal. in Iug. Milites arma capere, timoremque perculsi alij sese abdere, pars territos confirmare. Fit autem, ut oratio maioris sit asseuerationis, atq; velocitatis

uelocitatis maturę, in qua est uidere motum quendã frequentem, aptum dari rebus bellicis, & rectũ præseposcit, ut omnes inuidere, pro inuidebant; conuenit pulchrè Hystoricis, nobis autem uon crebrò utenda. Tertiò, est pro Appellatione. ut scire tuum mihi cognitum est. Furari est pessimum. Operari molestum pigris. Deambulare me delectat. i. deambulatio. Dominus dedit nobis sapere. i. sapientiam. Deo seruire regnare est. hoc ideo fit, quia (ut ait Priscianus) rem significat, quam ipsam continet uerbum, ut sapere, sapientia est. Currere, cursus est. amare, amor est. Quartò, loco gerundij, ut Hora est cænare, pro cænandi. quale illud Vergilij in Buc. Et cantare pares, & respondere parati. pro cantandi, & respondendi, uel ad cantandum & respon. Idem in 2. Aen. Sed si tantus amor, casus cognoscere nostros; Et breuiter Troiæ supremum audire laborē. pro cognoscendi, & audiendi. In Euang. Nescis quia potestatem habeo dimittere te, & potestatem habeo crucifigere te. pro dimittendi, & crucifigendi. Qui uenturus est cum gloria iudicare uiuos & mortuos. pro ad iudicandũ. Non enim ueni soluere legem, aut prophetas, sed adimplere: pro ad soluendum, & ad adimplendũ. Ouid. in Heroidibus. Certus es Aenea cum fędere soluere naues. Certus es ire tamen, miseramq; relinquere Dido. pro soluendi, eundi, & relinquendi. Hoc autem quoniam Græco è fonte manat, imitandum nobis haud putem. Postremò pro participio ponitur. Vergil. in Buc. Phyllida amo inter alias, nam me discedere fleuit. hoc est discedentem.

Hæc, & similia famulantur infinitiuo, scilicet, Nolo redire.] Placet seruire Deo.] Cupio, Opto, Desidero, Habeo, Debeo, Iubeo, Audeo, Queo, Nequeo, Possum, Teneo, Scio, Moneo, Incipio, Propero, Vrgeo, Pazo, Disco, Malo, Affirmo, Cogito, Nego, Instituo, Sentio, Iudico, Existimo, Dubito, Puto, Dico, Ostendo, Timeo, Suadeo, Aio, Impero, Rogo, Gaudeo, Cesso, Perseuero, Desino, Pergo, Nitor, Dignor, Inficior, Reor, Arbitror, Opinor, Veneror, Molior, Hortor, Tento, Precor, Gratulor, Vereor, Confido, Ominor, Suspicor, Flagitor, Opus est. Necesse est. Speto, quod semper iungitur futuro: Spes enim de futuris cō-

tin-

tingentibus est. Licet, Solet, Oportet, Iuuat, Delectat, Pudet, Tædet, Piget, Pœnitet, Expedit, Præstat, Conuenit. Et Adiectiua, Sanctum, Iustum, Vtile, Iucundum, Operæ pretium, nobile, Fas, Nefas, Est, Dignus, Paratus, Timidus, Aptus, Audax, Bonus, Malus, Celer, Indignus, Facilis, & cætera talia, quorum nonulla suauiùs gerundijs aptantur. Hortor te ad respondendum, Paratus ad canendum; sed hæc duo, Soleo, & Spero uix unquàm ab infinitiuo seperantur. Soleo legere, Spero uisurum Deum.

Supprimitur plerunq; infinitum. ut Scio Latinè, Græcè, Hebraicè, Barbarè, In quibus subauditur bellè infinitum loqui. Item Hæc; Scio fidibus, Cythara, ubi subauditur perpetuò canere. Item plerunq; subauditur particula ut. Quale, Rogo uenias. Volo mihi scribas. Nolo cuiquã dicas. Quæso quàm primùm facias. Caue cadas. Amicum bonum qui nactus fuerit, uoluptate afficiatur necesse est. Malo uenias, quàm scribas. Vbicunq; sis, me rogo certiorem facias. proo vulgus diceret, Rogo te facere me certiorem. Ita locutos authores inueni. Catul. Nam magnus ex matre & nato gignatur oportet, Si uera est Persarũ Impia religio. Prop. Multa priùs dominæ delicta queraris oportet. Decimus Laberius. Necesse est, multos timeat, quẽ multi timent. Terentius. Nolo mentiare, apertè ista, vt res est, enunciato. Mar. B. Rescribas nobis ad omnia, rogamus. Idem, Petimus à te, facias nos certiores tuæ uoluntatis in nos. C. Cassius, Citò fame pereat necesse est. C. Asinius Pollio. Si qui lætantur in præsentia, tamẽ postmodùm necesse est doleant. Quint. Necesse est sibi nimiũ tribuat, qui se nemini comparat. Cicero, Velim ita statutum habeas; me tui memoriam summa cum beneuolẽtia tenere. Idem, Tu, uelim ita tibi persuadeas, nullam rem esse minimam, quæ ad te pertineat, quæ mihi nõ charior sit, quàm meę res omnes. Idem, His de rebus quid acturus sis, si tibi non est molestum, rescribas uelim. Idem, Tu ad me velim literas crebriùs mittas. Idem, Tu, velim desinas iam nostris literis vti, & nos aliquando reuisas. Idem, Me tamen uelim quod ad tempus expectemus, certiorem facias. Idẽ, Eius negotium sic uelim suscipias, ut si esset res

-nea. Idem, nolim me iocari putes. Vsitatiùs sic dices.

Nota quoq; uerba, quibus datiuus aptè conuenit infinito, accusatiuum etiam admittere. ut iubeo tibi legere, Et iubeo te legere. Præcipio filijs uenerari parentes, Et præcipio filios uenerari parentes. Illic à uerbo finito, hic verò ab infinito regitur casus. Candidum illud est, Habeo iter ad patriam. Hoc est ire habeo, uel debeo. Iter habemus ad Deum; ubi pulchriùs infinitiui uox supprimitur.

Studia haud segniter qui studuere, iuuentuti studiosæ ad poliendam linguam id utile non ignorant, ut ubi infinitum cum negatione præcedēte occurrerit, rectiùs per coniunctiuum sermo fiat. Quale hoc. Non legere, nō scriuere, nō currere, nō retornare, et similia, Ne legas, ne scribas, ne curras, ne redeas. Vbi vulgus diceret, ne lege, ne scribe: modus enim est imperandi. uerùm Honoratus Seruius nō probat in illo Vergiliano carmine in vj. Aen. Ne sequi magna Sacerdos. Propter duo imperatiua, neq; enim imperandi (inquit) uim habet, cui nostra maximè astipulatur opinio. Item hæc vulgaria, non so che fare, non so che dire, nō so che parlare. Quid faciam, dicam, & loquar nescio. Illud etiam commodè dicitur. Non posso far che non ti uoglia bene, non posso far dimeno. Non possum non amare te. non posso far che non mi marauiglia. Non possum non satis mirari. Non posso far dimeno di che comandi. Non possum non parere tuis mandatis. Non possum non surgere cœlo stellato.

Dicto de præsenti, de uoce præteriti agamus necesse est; ea quidem uox fit uel à prima persona numeri singularis præteriti plusquàmperfecti modi optatiui amota ultima litera m, ut Amauissem, Docuissem, Legissem, Audiuissem. Fuissem, Tulissem: Amauisse, Docuisse, Legisse, Audiuisse, Fuisse, Tulisse. Vel à prima persona prioris numeri prçteriti perfecti indicatiui modi addita sse, ut Amaui, Docui, Legi, Audiui, Fui, Tuli. Inde est, Amauisse, Docuisse, Legisse, Audiuisse, Fuisse, Tulisse.

Amauisse, [haueramato, che haueua amato, che ha amato, che habbi amato.]

Docuisse, [hauereinsegnato, che haueua, che ha nsegnatio

gnato, che habbi.]

Legisse, [hauer letto, che haueua letto; che ha letto, che habbi letto.]

Audiuisse, [hauer udito, che haueua, che ha udito, che habbi.]

Cupedinarios uendidisse olera placet olitori. Apes se-
disse super thymo Rex inaculeatus præcipit. famulos in-
seruiuisse dominis fideliter experientia rara probat. Auri
gam compescuisse equum iussit pater familiàs. Conuer-
te, Quòd auriga compescuerit equum: licèt hoc insipi-
dum insuaueque ferant.

Idem gallicinium futuri reliquias compilauit. fit au-
tem futurnm infinitiui à priori supino remota m, litera,
& addita rum, ut Amatum, Amatu, Amaturũ; Id enim no-
lim à posteriori fieri supino breuitatis gratia, tunc pro-
fectò passio actionis caussa esset, quod repugnãte natura
absurdum est. Pleriq; uocem simul conglutinant præsen-
tis infiniti à uerbo substantiuo deductam (esse) ut amatu-
rum esse, quod satis non probo; uerùm citra repræhensio
nem. ut Populos occisurum, uel occisurum esse Regẽ Tyr
rannum iura sinunt. Imperatores instructurum militum
acies, atque equitum turmas decet. Regem hortaturum
milites ad bellum placet omnibus. Contendunt recentio
res amatum ire, vocem esse futuri infinitiui modi, nam in
quiunt indigentes futuro circunloquimur per hoc uer-
bum ire, & primum supinum propter indigentiam atque
penuriã linguæ: uerùm hoc ipse in medio relinquo alijs
dijudicãdum. Attamen Despauterius, & Lancilotus, & Ca
pharus, pleriq; alij, quos breuitate gaudens nõ alligaui,
aliter sensisse uidentur. Nam Amatum ire, lectum ire, &
huiusmodi, orationes sunt pręsentis temporis, significant
in uia, esse ad amandum, ut Scio te lectum ire librum, nil
est, nisi quod Scio, quòd tu is amatum. altera mens est iu-
dicio meo loquentis per futurum, ut Amatum esse, res est
futura. Si igitur id concedis, per supinum non possumus
circumloqui futurum infinitiui, quia tum ineptè, Credo
Deum Iudicatum ire uiuos, & mortuos. Item, Credo An-
tichristum prædicatum ire contra legem domini. Neuter.
enim

enim eſt in uia iudicij, uel prędicationis: Dic ergo, Deum Iudicaturum. Antichriſtum prædicaturum. utrunq; futurum, hoc eſt in tempore ſuo; ſecundum unius Dei beneplacitum, cui humiliter me commendo. Inſuper Fab. Quintilianus dixit, commoueri ultum ire ſcelera; pro ulciſci ultum ire, & mille id genus.

Amaturum. [Douer amare, che habbi d'amare: che amerà, che ſia per amare.]

Doctum, [douere inſegnare, che habbi; che inſegnerà, che ſia per.]

Lecturum eſſe [Douer legere, che habbi da legere; che legerà, che ſia per legere.]

Auditurum eſse [Douere udire, che habbi: che udirà, che ſia per.]

Verbum indefinitum in rum, quod Græci Aparemphaton, hoc eſt infinitum, appellant ſine generis, numeri, caſusque diſcretione rectè ponitur. vt credo inimicos meos hoc dicturum. Spero hanc rem mihi præſidio futurum eſſe. Quadriga. Dum hi conciderent hoſtium copias ibi occupatas futurum. Idem, Speremus Deos bonis benefacturum. Val. Antias, Aruſpices dixerunt omnia ex ſententia proceſsurum. Plaut. Etiamne habet Caſina gladium? Habet, ſed duos, quibus altero te occiſurum ait, altero uillicum. Nec deſunt, cum accidentium diſcretione quoq; infinitum dici aſserere, ut rectè dicatur, inimicos dicturos rem futuram, & cętera talia. Suffragantur Gellius, Aldus, Lancilotus, Deſpauterius, nec non & Argutus Grammaticus conſultiùs hoc. Dices (ait) Gallos oppugnaturos Britannos, quàm Gallos oppugnaturum Britannos.

Num (modò quæram) uerba defecta ſupinis, carent futuro infinitiui? Negatiuè reſpondeo; uerùm illa compoſitio quatrupliciter dicetur, Aliàs (ut ab ignobilioribus ad nobiliora procedam) conuertetur per particulã quòd, ſeruato tempore. ut quòd timebo mortem, ſcitur. Aliàs per nomen uerbale & cum uerbo ſubſtãtiuo, ut quòd ero timens mortis, ſcitur. Aliàs per nomen verbale à verbo ductum cum aſsumpto futuro infinitiui uerbi ſubſtantiui fore, uel futurum, manente eadem infiniti ſtructura præter

ter casum uerbi, qui tum erit patrius. ut Aurigam fore cõpescentem equi, placet patrifamiliàs. Homines fore timentes mortis, credo. Animaduertendum, ne uerbum sequens uocem futuri infinitiui, sit temporis etiam futuri, ut candidum non sit, Te uenturum ego sperabo. rectiùs spero, dicam; quanquam aliter sæpe poetas locutos inuenimus.

Infinitum ubi ponitur pro præterito imperfecto, ut apud Historicos à fronte à sui uerbi syntaxi necubi recedit, ut omnes laudare fortunas meas, pro laudabant. Ego studere, pro studebam. Item ubi hæc uerba infinito famulantur, Credor, Dicor, Inscribor, Appareo, Videor: ut dicitur Imperator esse uenturus in Italiam. Euasurus doctus credor.] Videris maiorum tuorum mores imitari.] Cæsar multas domuisse prouincias inscribitur. Mulieres parituræ esse filios summo cum dolore creduntur. Credor tẽpus lucrari. Videris tempus amittere. Dicuntur discipuli docti esse à me. Dicitur discipulos doctos fuisse à me, ratò legitur Impersonaliter.

Vsurpant præterea latini eandem infiniti structuram cum his uerbis, atqui in tertijs tantùm personis. Qualia, Scribitur, Legitur, Fertur, Speratur, Censetur, Putatur, ut legitur, Alexandrum fuisse uinosum. Fertur, Catonem potasse. Scribitur Cæsarem gloriosè triumphasse. Fertur, Pompeium uoluisse parem. Cornelius speratur aucturus patriam dignitate. Nota uerbum (legor) in prima, uel in secunda persona non rectè dici: quoniam hoc uerbum fugit in actiuo patientem, & in passiuo pariter animatum. ut non dicatur, lego te, nec ego legor. Infinitum passiuũ accusatiuum præseposcit patientem, post se autem seruat syntaxim uerborum; uox igitur præsentis temporis formatur à prima imperatiui voce prioris numeri, addita ri, ut Ama, Doce, Audi: Amari, Doceri, Audiri. Verba autem tertiæ coniugationis indidem recipiunt uocem infiniti modi, nihil addito ri, uerùm ultima litera conuersa in i, ut Lege, Coge, Sperne: Legi, Cogi, Sperni, & cætera talia. Vulgaria præsentis temporis sunt hæc.

Amari. [Amarsi, che si ama. esser amato, che si amaua.]

Doceri

Doceri [Insegnarsi, che s'insegna, esser insegnato, che s'insegnaua.]

Legi [Legersi, che si lege, esser letto, che si legeua.]

Audiri [Vdirsi, che si ode, esser udito, che si udiua.]

Magistratus appreciari à patricijs, placet Curię. Credo amicos meos doceri à me hæc. Stoici omnia fato fieri dicunt. Summum bonum amari ab omnibus naturale est. Virtutes magno labore acquiri, claret. Natura iubet uiros præponi fœminis. Lectionem audiri tibi à magistro, gratulor. Bona animi desiderari à uiris cordatis creduntur. Ipse amari ab omnibus dicor, ut modò.

Vox præteriti perfecti & plusq̃ perfecti fit à primo supino cum infinito uerbi substantiui esse, uel fuisse. ut Amatum esse, Doctum esse, Lectum, Auditum fuisse. Dic vulgaria præteriti.

Amatum esse [Essere stato amato, che si ha amato, hauersi amato, che si habbi amato.

Doctum esse [Esser stato insegnato, che si ha, hauersi insegnato, che si habbi.]

Lectum esse. [Essere stato letto, che si ha letto, hauersi letto, che si habbi letto.]

Auditum esse. [Essere stato udito, che si è stato, hauersi udito, che si habbi.]

Accepi Rhetoricam declaratam esse discipulis à magistro. Herbas spinosas extirpatum ab agricolis noui. Pecuniam antepositam esse à vulgo uirtuti uerum est. A Marte populum Romanum generatum legimus. Omnes lenones expulsum esse ab urbe decet. Matres amant, filias suas uisum esse. Laudo, uxores honestas amatum esse. Tu diceris doctus esse à me Grammaticam. Dicuntur bonæ personæ laudatæ esse ab omnibus. Creditur pro nobis Christus in cruce passus esse. Verba, quorum supina desiderantur, carent uoce infiniti temporis præteriti; nisi uerbum simile suppleat, aut actiuè construantur. ut Mortem formidatum esse ab hominibus, me non latet. uel quòd homines timuerint mortem, non me fugit. eandem normam seruant Disco, Posco, Metuo.

Futurum mox infinitiui modi uerbi passiui (secundum aliquos)

aliquos) circunloquimur per uerbum iri, & primum supinum sine discretione generis, numeri, & casus. ut credo Deum amatum iri. Et peccatores damnatum iri. Aut per participium in dus, & uerbum esse cum discretione accidentium. ut spero, te amandum esse à me. uirtutem colendam esse. hoc dicendum esse. libros uoluendos esse. uirtutes fouendas esse. Hæc colenda esse. Hac autem circunlocutione (inquiunt) utimur aut propter penuriam, futurum etenim infinitiui non habemus, præterquàm in hoc uerbo defectiuo forem, quod habet fore, pro futurum esse, aut propter consequentiam: nam qui amatum it, non uerè amat, sed amaturum sperat se. Alij uerò amatum iri non accipiunt pro amandum esse: uerùm cùm hæc frigidiora nobis sint, quàm quod maximè, alijs diiudicanda relinquo. formatur igitur uox futuri infinitiui in prima & secunda coniugatione à tertia persona secundi numeri præsentis indicatiui, remota litera t, & addita dum, ut Amant, Docent, Amandum, Docendum esse: In tertia autem & quarta coniugatione à tertia itidem persona posterioris numeri futuri indicatiui seruata eadem mutatione. ut Legent, Audient, Legendum, Audiendum esse.

Amandum esse. [Douersi amare, che serà amato, che si amerà, che si habbi di amare.

Docendum esse. [Douersi insegnare, che sarà: che s'insegnerà, che si habbi.

Legendum esse. [Douersi legere, che sarà letto: che si legerà, che si habbi da legere.]

Audiendum esse. [Douersi udire, che sarà, che si udirà, che si habbi.]

Spero hostes fundendum esse à nobis. linguam latinã instruendum uos esse à Præceptore audiui. Nemo supputat relinquenda esse à uobis studia. uxores amandum esse à maritis laudo. Viam uirtutum manifestandum à concionatore patet. Virgulta uerno tempore inserendum ab agricolis iubet paterfamiliàs. uirtus paucis diligenda creditur, pecuniæ appreciandæ omnibus dicuntur, & cætera talia.

Esse infinitum similes copulat casus, eundem etenim

post se casum amat, quem ante se habet. ut Deum esse pium, nemo negat. Auaritiam malorum esse matrem, probat experientia. Mihi licet esse taciturno. Te decet esse plagosum. exemplum nominatiui, Ego uolo esse bonus. Tu cupis esse doctus. De Genitiuo, Miseretur dominus peccatoris uolentis esse boni. De Datiuo, licet Sacerdoti esse casto. De Accusatiuo, De decet esse uirum probum. De Ablatiuo, utor familiarissimè Petro cupiente esse literato. talia effingunt exempla Grammatici. nos autem hæc. Quoties uerbum substantiuum esse, uel fuisse, præcedit casus rectus, sequitur nominatiuus eiusdem rei, & non alius casus. ut Spero esse tibi bonus amicus, non bonum amicum, si Laurentio credimus. Ouid. de Po. Me tamen excepto, qui precor esse tuus. Quoties autem præcedit Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, uel Ablatiuus, sequetur idem casus, aut præsertim accusatiuus. ubi tamen præcedit Genitiuus, uel Datiuus, ut Miserere illius cupiẽtis esse amici: rectiùs (licet nonnulli pernegent) amicum. Inseruio tibi cupienti esse amico, & amicum; vtrunq; rectè dices. Quint. lib. iij. An illi accidat uiro bono esse, uel malo? Idem, Cui esse diserto uacet. Plaut. in Epi. Per hanc curam quieto tibi esse licet. Ouid. de Trist. In caussa facili cuius licet esse diserto. Claud. Natura beatis omnibus esse dedit; si quis cognouerit uti. Horat. lib. 1. serm. Atqui licet esse beatis; subauditur nobis. Mart. lib. vj. Et satis est pigro, scilicet esse mihi. Idem, nobis nõ licet esse tam disertis. Attamen non dicitur, uideor mihi esse docto, sed doctus, quia subauditur ego, Author est Valla. Aliquãdo tamen non respondent Datiuo, sed implicito, uel subaudito Accusatiuo. Quintilia. lib. vij. An huic procuratorẽ esse liceat? Idem lib. iiij. Procuratorem tibi esse non licuit. Cæsar in Com. lib. vj. Quibus iam licet esse fortunatissimos. In Esaia xj. Nunquid parum uobis est, molestos esse hominibus? Ouid. Meta. lib xj. Si quidem Iouis esse nepotem. Contingit haud uni. Idem, in Hero. Hyper. ad Lin. Quo mihi cõmisso, non licet esse piam. Horat. lib. 1. Serm. Saty. iiij. Primum ego me illorum dederim quibus esse poetas Excerpam numero. Ioãnes in Euan. Quot

quot

quot autem receperunt eum; dedit eis potestatem filios Dei fieri. Terentius in Heaut. Expedit bonas esse, uobis. Hinc liquet iam, quòd propter Datiuũ Accusatiuus præcedẽs satis intelligitur. ut mihi licet, me esse bonum. qui tamen pulchriùs ac uenustiùs subauditur, quàm usquam exprimitur. Plerunq; propter Datiuum non Accusatiuus, rectus bellè subauditur. quale illud Terẽtianum, Hei mihi disce esse pater ab his, qui uerè sciunt. ubi nominatiuus tu, subintelligitur in uerbo disce. Idem in And. Quæ se inhonestè optauit parare hic diuitias, potiusquàm in patria honestè pauper uiuere. ut sit ordo, quàm ipsa optauit uiuere pauper in patria. Infinitum, uiuere eiusdem putem farinæ, ut esse, qualia hæc pariter euadere, credi, haberi, fieri; vt tibi placet euasisse diuiti, & diuitem. Gaudeo te euasisse doctum. modò uides euasisse non habere casum uerbi sui euado, hoc est nominatiuum; sed accusatiuum potiùs, quoniam & præ se similem casum habet, idest accusatiuum. cui non illud simile, præcipe illi esse amicus. Placet mihi esse doctus. Iube Petro esse familiaris. Vbi nominatiuum ne quidem secundum locum habere nostra docet censura; nec doctiores ita uix unquam locutos crediderim. Dic ergo, licèt aliter Valla, Pręcipe illi esse amico, aut amicum mihi, nõ amicus uerè. Placet mihi esse docto, aut doctũ. Iube Petro esse familiari, aut familiarem. Ne libeat tibi esse intimus, apud probatum authorem nõ reperitur (teste Mancinello) at, ne libeat tibi esse intimo, uel intimum. tale illud Ouid. Meta. lib. viij. Vobis immunibus huius esse mali dabitur. Hoc autem usitatè, Incipe esse mihi familiaris, Noli esse illi intimus, Petre incipe esse doctus, non docte. quia ita loquimur, Petre esto bonus, esto magnanimus. uerbum substantiuum similes copulat casûs, ad eandem rem spectantes; qui hic similes non sunt; præcedente enim uocatiuo nominandi sequitur casus. Dicunt hic pleriq; subaudiendum pronomen tu ante uerbum: quod equidem ipse non inficior. quoniã nec uocatiuus ab Imperatiui uoce regitur, sed à subintellecto uerbo (audi) aut quid tale. uerùm pro eius congruitate rei po no hanc regulam ex Vallæ elegãtijs. Quotiescu nque

cunque uerbum substantiuum, uel eius participium expressum, uel subintellectum præcedit vocatiuus, sequetur nominatiuus eiusdem rei, non alter uocatiuus; at sine verbo substãtiuo, uel eius participio plures uocatiui ad idẽ pertinentes benè cohærent. Exemplum primi. Petre uis esse mihi amicus? non amice, nec amicum. Aue Cæsar summus Imperator. Domine dominus noster. In quibus participium ens, subauditur, ut dicetur in figuris. Exemplum secundi. Proper. Lentule delicias facte beate meis. Verg. in 3. Aen. Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo. i. digne habite.

Dum infinitiuus esse, uel fieri est suppositum uerbi personalis trahit secum accusatiuum non nominatiuum; tunc enim unico hæret casui, isque esto accusatiuus. ut operæ pretium est esse Philosophum. Miserrimum est, esse indignum. Præstat, esse odiosum, quàm miserabilem. Melius est, esse pauperem perinde fidelem; quàm diuitem & infidelem. Præstat esse sanum, quàm locupletem. Cicero in Parad. Non esse cupidum pecuniæ, non esse emacem uectigalis. Contentum uerò suis rebus esse, maximæ sunt, certissimæque diuitiæ. Boet. Miserum est, esse magistrum, qui non se nouit esse discipulum.

In infinitis similium copulatiuorum (vt est verbum substantiuum, uerbum uocatiuum, & uerbum horum uim habens) si nominatiuus præcedit, sequitur nominatiuus: Sin autem obliquus, sequitur accusatiuus. Sed primum omnium dic, quod verbum, substantiuum, uocatiuum, habensque uim horum, appellas? Verbum substãtiuum propriè & primò Sum, verbum appello. Quid est? Multis diffinientibus, est quiddã generale per quancunq; rem specificabile. Aperi terminos. Ideò. n. quiddam generale, quia de quacunque re demonstrata uerè dici potest. ut demonstrãdo quodcunq; dicam hoc Deus est; hoc homo est, hoc lapis est, hoc liber est, & id genus. Cùm autem ita, illud generale specificatur per uerbum est. ut hoc est domus, factum est speciale scibile, quod ante nominis appellationem (quæ fit per est) non erat. Probè, sed unde substantiuum dicitur? Inde sic appellatum, quòd cæteris omnibus

 uerbis

uerbis perinde subſtet, atq; ſubſtantia ipſa omnibus accidentibus; ut enim accidentia nullo modo eſſe poſſunt, niſi ſubſtantiæ, hoc eſt rei per ſe exiſtenti quantisper adhæreſcunt: ſic uerba, quæ Græci Categorematica, nos ſignificatiua appellamus, nullo pacto (ut aiunt) uerba eſſe queunt, niſi quatenus ſubſtantiuum uerbum, hoc eſt uim illam copulandi ſuppoſitum cum appoſito, includant. Eo namq; excluſo nil penitus, ſola nominis ſignificatio remanet. Itaq; nullum erit eorum, quod per ſum, & participium, uel potiùs nomen non reſoluatur. ut Amo, Doceo, Lego, uniuerſa Grammaticorum Schola docente, ſum amans, ſum docens, ſum legens. Sic per totam uerbi declinationem. Plato legit. Plato eſt legens. Sol lucet, eſt lucens. Et carentia participijs ſeruant eandem regulam, ut memini, ſum memor. Intereſt, utile eſt. Oportet, neceſſe eſt. Nullum erit igitur uerbum ſignificatiuum, in quo ſubſtantiuum uerbum non includatur, atq; ea parte uerbum ſit tantùm, qua parte & cum tempore adſignificat, & uim habet copulandi ſuppoſitum cum appoſito, quod eſt ſuum uerbi munus. Prætereaq; ſubſtantiuum uerbum cũ ſit omnium & principium & fons uerborum nullo in genere determinato conſtituendum uelim; quandoquidem Authore Seneca, nusquàm eſt, quod ubiq; eſt. uerùm pontificia quadam eminentia excellens, liberum, ac ſui iuris cenſendum eſſe putem.

Quid eſt verbum vocatiuum? Eſt quiddam generale ſpecificabile per denominationem, hoc eſt per impoſitionẽ nominis. Eſt ergo quiddam generale, quia de qualibet re demonſtrata dicere poſſum, hoc uocatur. nã utrumquodque aut uocabulum habet ab homine primo inſtitutum, aut poteſt imponi. Tunc enim illud generale ſpecificatur, ubi dixero, hoc uocatur homo. hoc lapis. Quot ſunt? uerè quinque, ac propriè, vt Dicor, Vocor, Nuncupor, Nominor, & Appellor.

Quæ dicis tum uerbi ſubſtantiui, tum uerbi uocatiui uim habere? Omnia uerba, quæ regunt poſt ſe nominatiuum ſubſtantiui uerbi uim dicuntur habere, quæ poſſunt aliquo modo in ipſum uerbum ſubſtantiuum reſol-

ui, qualia in omni uerborum genere reperiuntur. Aliàs in Actiuo. Horat.in art. poet. Qui ſtudet optatam curſu contingere metam; Multa tulit, fecitque puer, ſudauit, & alſit. Cic.de Senect. Inuitus quidem feci. Ita quoq; dicimus, quod audiui puer, ſenex loquor. In paſſiuo, ut effi-cior doctus. In neutro, Verg.in 3. Aen. Viuite fælices, qui bus eſt fortuna peracta Iamq; ſua. Idem in Primo, Aſt ego quæ diuum incedo Regina Iouisq; & ſoror, & coniux. Plaut.in milite. Aperitur foris, hilarus exit. Sene. Viuite læti, dum fata ſinunt. Item, venit primus. abijt vltimus. In cedo triſtis. Euado doctus. Ambulo lætus. Sedeo curuus. Iaceo pronus. Dormio ſupinus. ſurgemus incorrupti. Stertit nauta ſupinus. In Deponenti. ut Alloquor prior. Nudi, & pauperes naſcimur. Incolumes, aut reduces patriam ingredimur. Sol oritur. In uerbo communi, ut Experior bonus. Stephanus, Corona; Ieſus, ſeruator. Maria illuminatrix. Sapiens interpretatur Philoſophus. Vnctus interpretatur Chriſtus.

Vim hæc uerbi uocatiui habere noſtra docet cenſura. ut Salutor, Scribor, Habeor, Prędicor. Iudicor, Exiſtimor, Cenſeor, Putatur, & ſimilia, quæ etiam à quibuſdam uocatiua, à quibuſdam uerò reciproca non abſurdè dicuntur, quòd in uoce paſſiua reciprocantur. hoc autem eſt, quoniam cum eodem caſu poſt ſe conſtruuntur, cum quo ante ſe conſtruebantur, ut Inſcribor hęres. Salutor poeta. Horat.in arte. Cur ego ſi nequeo, ignoroque, poeta ſalutor? Idem, in Car. Scriberis uario fortis, & hoſtium uictor. Habeor doctus. Sal.in Cat. Virtus clara, æternaque habetur. Prædicor ignarus. Iudicor ſapiens. Putatur demens. feror ſublimis. Quare dicis ſubſtantiuum uerbum, atque hæc regere nominatiuum poſt ſe eiuſdem rei cum nominatiuo etiam præcedente?

Quia uerbum ſubſtãtiuum plerunq; alios caſus regit; cùm maximè non ſunt eiuſdem rei cum nominatiuo tantùm præcedente. ut Ego ſum bonus, ſum magnæ laudis, ſum magno animo, ſum tibi honori. quanti eſt liber? nuptiæ ſunt cordi? diſcipuli eſt honorare magiſtrum. Oneri mihi eſt hæc res.

Idem

Idem igitur ualet infinitum similium copulatorum, proinde dic; Philosophi in minimis habent esse pauperes.] Malim haberi sapiens, quàm esse diues.] Ille studet uideri elegans.] Doleo Camillam uiuere uiduam.] Discrutior, Lucretiam dormire solam.] Aegrè tibi est uiuere pauperi; & pauperem.] Ego uelim esse cordatus.] Tu studes uideri facetus.] Alexander scribitur fuisse uinosus.] Cæsar dicitur vixisse ambitiosus.] Legitur Fabritius fuisse pauper.] Mater tua fertur secuta esse sanctimoniam.] Speratur Illustrissimus Ioannes in summum uirum euasurus.] Creditur Marius breui de hoste triumphaturus.] Legitur Cornelia fuisse literata.] Dicitur Cæsar debellasse inimicum.] Dicuntur hostes populati esse patriam.] Pater apparet esse prudens.] Ille erubescit uocari bonum, non bonus. [Ille cupit, aut timet uocari bonus.] Speratur Illust. Scipio pontifex euasurus.] Si aũt adhęret Interest, aut refert, semper accusatiuum sequi necesse est. Vt Sortis interest esse doctum. non docti.] Vestra non interest esse superbos, non superborum.] Discipuli refert esse attentum, non attenti.] Petri interest esse peritum.] Fœminarum interest esse iustas.] Aliud enim esto, Authore Lanciloto, est in re Petri esse boni ab eo, quod est, est in re Petri esse bonum, uel utile est Petro esse bonum, diuersa sermonis est significantia. Aldus admittit utrunque. Hinc liquet, si toti Grammaticorum Reipub. credimus, falsam esse doctrinam Pharaonij docentis, Petri interest esse periti: Personarum interest esse iustarum. dicit etiam mea Petri: bis igitur peccat, cui reclamat usus.

Mox uerum hoc, uerbum infinitum absq; uerbo finito perfectum sensum non admittere. Obiter sciendum, si duo cõnectantur uerba, quorum altero infinito tantùm, eosdem casus asciscentia, fit amphibologiæ dubitatio, quale illud, Miserere tui eget animus mei: cum enim vtrunque uerbum genitiuum admittit, dubium insurgit, cuius animus misereatur, aut cuius animus egeat. Item per duos datiuos, Maledicere tibi placet mihi. per Actõs, Cupio te uincere me. Per Ablatiuos, dignum est, dignos gloria, potiri laude. dubium est enim cum utrique casus

sint similes, atque utriq; uerbo congruè aptari possunt, quis eoru , eorum cui reddatur. uerùm illud frequentius priori casui primum inhærere aerbum. Ita respondisse fertur Apollo Pyrrho Regi Epirotarum, teste Plin. Iun. Aio te Aeacida Romanos uincere posse.

Fore, & futurum esse, douer essere, hauer ad essere; Cōmodè uerbo substantiuo inseruit, pro futuro infinitiui, iungitur nomini tantùm non participio. ut sperat pater fore literarum studiosum, non bellè dices, Spero te amaturum fore, uel futurum. Sperat magister discipulum fore honori sibi. Sperant parentes filios fore sibi otio, quieti, utilitati, uel futurum, aut per participium, futuros. Speramus Illust. Ioannem uictorem fore. Nec discedit, ut frequens authorum lectio monstrat, à uerbis puto, credo, spero. Vt spero fore, ut certum me tibi aliquando probē amicum. Nunquàm credidi fore, ut à me tam breui discessurus esses. Putabas fore ut te quandoq; uiserem. Ange. Polit. Sperauitque fore, ne minor inter uos amicorum, quàm studiorum coniunctio diceretur. Idem, Spero autem fore, ut quandiu sub umbra tui nominis recubuero, ita ab omnibus uel in commoditatibus, quas uita humana fert, uel languoribus molestijsque exoluar. Aulus Gel. Spero fore, ut eductus, eruditusque abs te, dignus exi stat. & nobis, & rerum istarum successione. C. Asinius Pol. Nunquàm fore credidi iudices, ut reo Scauro, ne quid in eius iudicio gratia ualeret, precarer. Cic. Spero fore, ut contingat id nobis. Idem, Tu fac animo forti, magnoque sis; Speresque fore, ut fracto impetu leuissimi hominis, tuam pristinam dignitatem consequare. Val. Max. Carthaginensium dux Amilcar cùm obsideret Syracusas, inter somnium uocem exaudiuisse credidit, futurum nunciantem, ut proximo die in ea Vrbe cænaret. Verùm pro fore futurum dici multò rariùs legitur.

Verba famularia, quæ nuper impersonaliter sumpta Cameleontea appellauimus, personaliter accepta modò cum huiusmodi infinitis uerbi substantiui utrinq; cum nominatiuo construuntur. ut Ego incipio esse doctus. Fieri doctior. Tu desinis apparere tristis. Hic solet esse

modestus.

modestus. Nos possumus uiuere læti. Incipio esse, fieri, uiuere inglorius. Desinit iste euadere sublimis. Potes uideri elegans. Volo esse bonus. Nolo esse superbus. Malo fieri literatus, uerùm usurpatione dignum censeri id potest, quod multò receptioris authoritatis exemplo firmatum sit: Cuiusmodi illud est. Cum uerbo posse, infinitum passiui sæpius, actiui perrarò adiunctum inuenias, nisi in primis, aut in secundis personis, ceu dudum meminimus. At nunc. ut ex amicitiæ integritate utilitas multa quæri potest. Ab uncto corio canis absterreri non potest. Res autem ea citiùs nunciari non potuit. Sic Plat. Totum, quod super terram, quòdue sub terra aurum est, cum uirtutibus æquis lancibus compensari non potest. Terent. Non potest cælari nostra diutiùs audacia. Idem, non satis pro merito ab illo tibi potest referri gratia. Lactant. Nihil est humanis uiribus laboratum, quod non ab humanis æquè uiribus destrui possit. Plin. Iun. Quid homini potest dari maius, quàm gloria, & laus, & æternitas? Quint. Tradi omnia, quæ ars efficit, non possunt. Idē, natura tenacissimi sumus eorum, quæ rudibus annis percepimus: ut sapor, quo noua imbuas, durat: nec lanarum colores, quibus ille simplex candor mutatus est, elui possunt. Idem, in pueris oratio perfecta nec exigi, nec sperari potest. Idem, nec semper est desperandum illis aliquid, quæ dicta sunt meliùs posse reperiri. Idem, turpiter desperatur quidquid fieri potest. M.Cic. Ad omnem rationem Teucri uox accommodari potest. Patria est, ubicunq; est benè. Idem, Animi labes nec diuturnitate uanescere, nec manibus ullis elui potest. Idem, tanta oblectatio est in ipsa facultate dicendi, ut nihil hominum aut auribus, aut mentibus, iucundius percipi possit. Dic, Possum, uel potes esse bonus.

Admoneri te præterea illud uolui; post uerba uolo, nolo, malo, sæpiùs, ac multò consultiùs in persona quauis infinitum passiuum, quàm actiuum collocari. ut amicitiā tuam comparari uolo. damnum ea ex re suscipi nolo. Abs te uirtutem, quàm diuitias comparari malo. Sic Quintilianus, nec mihi unquàm tanta fuit cura breuitatis: ut

sint similes, atque utriq; uerbo congruè aptari possunt, quis eoru , eorum cui reddatur. uerùm illud frequentius priori casui primum inhærere aerbum. Ita respondisse fertur Apollo Pyrrho Regi Epirotarum, teste Plin. Iun. Aio te Aeacida Romanos uincere posse.

Fore, & futurum esse, douer essere, hauer ad essere; Cómodè uerbo substantiuo inseruit, pro futuro infinitiui, iungitur nomini tantùm non participio. ut sperat pater fore literarum studiosum, non bellè dices, Spero te amaturum fore, uel futurum. Sperat magister discipulum fore honori sibi. Sperant parentes filios fore sibi otio, quieti, utilitati, uel futurum, aut per participium, futuros. Speramus Illust. Ioannem uictorem fore. Nec discedit, ut frequens authorum lectio monstrat, à uerbis puto, credo, spero. Vt spero fore, ut certum me tibi aliquando probē amicum. Nunquàm credidi fore, ut à me tam breui discessurus esses. Putabas fore ut te quandoq; uiserem. Ange. Polit. Sperauitque fore, ne minor inter uos amicorum, quàm studiorum coniunctio diceretur. Idem, Spero autem fore, ut quandiu sub umbra tui nominis recubuero, ita ab omnibus uel in commoditatibus, quas uita humana fert, uel languoribus molestijsque exoluar. Aulus Gel. Spero fore, ut eductus, eruditusque abs te, dignus exi stat. & nobis, & rerum istarum successione. C. Asinius Pol. Nunquàm fore credidi iudices, ut reo Scauro, ne quid in eius iudicio gratia ualeret, precarer. Cic. Spero fore, ut contingat id nobis. Idem, Tu fac animo forti, magnoque sis; Speresque fore, ut fracto impetu leuissimi hominis, tuam pristinam dignitatem consequare. Val. Max. Carthaginensium dux Amilcar cùm obsideret Syracusas, inter somnium uocem exaudiuisse credidit, futurum nunciantem, ut proximo die in ea Vrbe cænaret. Verùm pro fore futurum dici multò rariùs legitur.

Verba famularia, quæ nuper impersonaliter sumpta Cameleontea appellauimus, personaliter accepta modò cum huiusmodi infinitis uerbi substantiui utrinq; cum nominatiuo construuntur. ut Ego incipio esse doctus. Fieri doctior. Tu desinis apparere tristis. Hic solet esse modestus.

modestus. Nos possumus uiuere læti. Incipio esse, fieri, uiuere inglorius. Desinit iste euadere sublimis. Potes uideri elegans. Volo esse bonus. Nolo esse superbus. Malo fieri literatus, uerùm usurpatione dignum censeri id potest, quod multò receptioris authoritatis exemplo firmatum sit: Cuiusmodi illud est. Cum uerbo posse, infinitum passiui sæpius, actiui perrarò adiunctum inuenias, nisi in primis, aut in secundis personis, ceu dudum meminimus. At nunc. ut ex amicitiæ integritate utilitas multa quæri potest. Ab uncto corio canis absterreri non potest. Res autem ea citiùs nunciari non potuit. Sic Plat. Totum, quod super terram, quòdue sub terra aurum est, cum uirtutibus æquis lancibus compensari non potest. Terent. Non potest cælari nostra diutiùs audacia. Idem, non satis pro merito ab illo tibi potest referri gratia. Lactant. Nihil est humanis uiribus laboratum, quod non ab humanis æquè uiribus destrui possit. Plin. Iun. Quid homini potest dari maius, quàm gloria, & laus, & æternitas? Quint. Tradi omnia, quæ ars efficit, non possunt. Idẽ, natura tenacissimi sumus eorum, quæ rudibus annis percepimus: ut sapor, quo noua imbuas, durat: nec lanarum colores, quibus ille simplex candor mutatus est, elui possunt. Idem, in pueris oratio perfecta nec exigi, nec sperari potest. Idem, nec semper est desperandum illis aliquid, quæ dicta sunt meliùs posse reperiri. Idem, turpiter desperatur quidquid fieri potest. M.Cic. Ad omnem rationem Teucri uox accommodari potest. Patria est, ubicunq; est benè. Idem, Animi labes nec diuturnitate uanescere, nec manibus ullis elui potest. Idem, tanta oblectatio est in ipsa facultate dicendi, ut nihil hominum aut auribus, aut mentibus, iucundius percipi possit. Dic, Possum, uel potes esse bonus.

Admoneri te præterea illud uolui; post uerba uolo, nolo, malo, sæpiùs, ac multò consultiùs in persona quauis infinitum passiuum, quàm actiuum collocari. ut amicitiã tuam comparari uolo. damnum ea ex re suscipi nolo. Abs te uirtutem, quàm diuitias comparari malo. Sic Quintilianus, nec mihi unquàm tanta fuit cura breuitatis: ut

sint similes, atque utriq; uerbo congruè aptari possunt, quis coru , eorum cui reddatur. uerùm illud frequentius priori casui primum inhærere uerbum. Ita respondisse fertur Apollo Pyrrho Regi Epirotarum, teste Plin. Iun. Aio te Aeacida Romanos uincere posse.

Fore, & futurum esse, douer essere, hauer ad essere; Cômodè uerbo substantiuo inseruit, pro futuro infinitiui, iungitur nomini tantùm non participio. ut sperat pater fore literarum studiosum, non bellè dices, Spero te amaturum fore, uel futurum. Sperat magister discipulum fore honori sibi. Sperant parentes filios fore sibi otio, quieti, utilitati, uel futurum, aut per participium, futuros. Speramus Illust. Ioannem uictorem fore. Nec discedit, ut frequens authorum lectio monstrat, à uerbis puto, credo, spero. Vt spero fore, ut certum me tibi aliquando probē amicum. Nunquàm credidi fore, ut à me tam breui discessurus esses. Putabas fore ut te quandoq; uiserem. Ange. Polit. Sperauitque fore, ne minor inter uos amicorum, quàm studiorum coniunctio diceretur. Idem, Spero autem fore, ut quandiu sub umbra tui nominis recubuero, ita ab omnibus uel in commoditatibus, quas uita humana fert, uel languoribus molestijsque exoluar. Aulus Gel. Spero fore, ut eductus, eruditusque abs te, dignus existat. & nobis, & rerum istarum successione. C. Asinius Pol. Nunquàm fore credidi iudices, ut reo Scauro, ne quid in eius iudicio gratia ualeret, precarer. Cic. Spero fore, ut contingat id nobis. Idem, Tu fac animo forti, magnoque sis; Speresque fore, ut fracto impetu leuissimi hominis, tuam pristinam dignitatem consequare. Val. Max. Carthaginensium dux Amilcar cùm obsideret Syracusas, inter somnium uocem exaudiuisse credidit, futurum nunciantem, ut proximo die in ea Vrbe cænaret. Verùm pro fore futurum dici multò rariùs legitur.

Verba famularia, quæ nuper impersonaliter sumpta Cameleontea appellauimus, personaliter accepta modò cum huiusmodi infinitis uerbi substantiui utrinq; cum nominatiuo construuntur. ut Ego incipio esse doctus. Fieri doctior. Tu desinis apparere tristis. Hic solet esse modestus.

modestus. Nos possumus uiuere læti. Incipio esse, fieri, uiuere inglorius. Desinit iste euadere sublimis. Potes uideri elegans. Volo esse bonus. Nolo esse superbus. Malo fieri literatus, uerùm usurpatione dignum censeri id potest, quod multò receptioris authoritatis exemplo firmatum sit: Cuiusmodi illud est. Cum uerbo posse, infinitum passiui sæpius, actiui perrarò adiunctum inuenias, nisi in primis, aut in secundis personis, ceu dudum meminimus. At nunc. ut ex amicitiæ integritate utilitas multa quæri potest. Ab uncto corio canis absterreri non potest. Res autem ea citiùs nunciari non potuit. Sic Plat. Totum, quod super terram, quòdue sub terra aurum est, cum uirtutibus æquis lancibus compensari non potest. Terent. Non potest cælari nostra diutiùs audacia. Idem, non satis pro merito ab illo tibi potest referri gratia. Lactant. Nihil est humanis uiribus laboratum, quod non ab humanis æquè uiribus destrui possit. Plin. Iun. Quid homini potest dari maius, quàm gloria, & laus, & æternitas? Quint. Tradi omnia, quæ ars efficit, non possunt. Idē, natura tenacissimi sumus eorum, quæ rudibus annis percepimus: ut sapor, quo noua imbuas, durat: nec lanarum colores, quibus ille simplex candor mutatus est, elui possunt. Idem, in pueris oratio perfecta nec exigi, nec sperari potest. Idem, nec semper est desperandum illis aliquid, quæ dicta sunt meliùs posse reperiri. Idem, turpiter desperatur quidquid fieri potest. M.Cic. Ad omnem rationem Teucri uox accommodari potest. Patria est, ubicunq; est benè. Idem, Animi labes nec diuturnitate uanescere, nec manibus ullis elui potest. Idem, tanta oblectatio est in ipsa facultate dicendi, ut nihil hominum aut auribus, aut mentibus, iucundius percipi possit. Dic, Possum, uel potes esse bonus.

Admoneri te præterea illud uolui; post uerba uolo, nolo, malo, sæpiùs, ac multò consultiùs in persona quauis infinitum passiuum, quàm actiuum collocari. ut amicitiā tuam comparari uolo. damnum ea ex re suscipi nolo. Abs te uirtutem, quàm diuitias comparari malo. Sic Quintilianus, nec mihi unquàm tanta fuit cura breuitatis: ut

non

non ea, quæ credibilem faciunt expositionem, inseri nelim. Idem, Ante omnia ne sit uitiosus sermo nutricibus: quas si fieri posset, sapientes Chrysippus optauit: certè quantùm res pateretur, optimas elegi uoluit. Idem, se quoq; præceptores intentè ac modestè audiri uelint. M. Cic. Pluribus nominibus unam rem declarari uolo. Attamen post alia quoq; vocabula infinitum passiuum nō incommodè collocari ex his etiam claret. Vt amicitiæ nostræ fines protendi longiùs dabo quidem operam. Publicam rem negligi turpe est. Bellerophonteas literas fert is, qui exitium à se exportari nescit. Plato, Verus est Priscus ille sermo, ab æqualitate amicitiam procreari. Pli. Ritu naturæ capite hominem gigni mos est, pedibus efferri. Quint. Socrates iam senex institui lyra non erubescebat. M. Cic. Sera gratulatio repræhendi non solet.

Infinita uerborum impersonalium à fronte, & à tergo casus uerborum suorum admittunt. Nominatiuus uerò tantùm mutatur, quem impersonalia non admittunt. Vt uerum est, boni pastoris esse tondere pecus, non autem deglubere. Mulierum interesse manere domi supputant omnes. Mea interesse refragari malis, uideo. Gaudeo tibi accidisse studere bonis literis. Lætor plurimùm te iuuare uirtuti incumbere. Omnes tædere laboris, certum est. Me miserere sontium lex Dei admonet. notum est cunctos suæ uitæ pœnitere. Audiui te pertæsum esse profectus. Honestum est, nos incipere peccatorum pœnitere. Te solere pauperū miserere, satis gaudeo. Ad me spectare uideo tibi semper adesse. A Deo benefaciendum omnibus, nō dubium est. Operæ precium est à debitore satisfieti creditori. Abs te posse benefieri egenis, non latet. Item, uolo à me amari, impersonaliter dictum. Abs te incipit legi. hoc idem. At uirtutem amari à discipulis uelim, passiuè dictum; Quid igitur interest inter infinita impersonalium, & passiuorum? Hoc. Infinitis impersonalium, pati aliquid haud significamus. ut amari à me uolo. idest ego uolo amare. Abs te incipit legi. idest, tu incipis legere. Taceri à me uolo. idest ego uolo tacere. hic enim nulla res patientis uicem gerit. Infinitis autem passiuorum aliquid

pati

pati significamus. ut uolo te amari à me. quia hoc, uolo quòd tu ameris à me. Quado igitur Accusatiuus, & Ablatiuus adiunguntur infinito sine dubio passiuum est: nam impersonali Accusatiuum tribuere non possumus; unde liquet impersonale actiuam habere significationem cum passiua literatura etiam in infinito. Atq; ibi eam personam agere ostẽdimus, quam per Ablatiuum proferimus. quia taceri à me uolo; hoc innuit, ego uolo tacere. Volo abs te taceri; quòd ille taceat. Infinitis uerò passiuis eam personam pati ostendimus, quam per casum accusatiuum proferimus. vt doceri te velim à me. Hinc patet, ꝙ passiuorum infinitis Ablatiuum licet adiungere, uerùm ita ut consequatur Accusatiuus. Impersonalium infinitis uerbum alterum & ablatiuum adiungere necesse est. At si solum uerbum ponatur, passiuè stat, ut uolo amari; Author est Priscianus, cui applaudit Lancilotus dicens, Infinitum passiui solo uerbo indiget ad perfectam significationem. ut amari uolo, probari curo. At infinitum impersonalis non solùm uerbo indiget, sed opus est insuper addere ablatiuum, ut à me amari, uolo. hactenus ille.

Plato, Scientia, non multitudine iudicari oportet id, quod rectè iudicandum est. Idem, fieri non potest, ut diuitijs quisquam simul, & probitate præstet. Terent. Hãc oportet incruciatum abripi. Idem, iam scribi potest. Idẽ, non hercle uerbis Parmeno dici potest, tantùm quàm re ipsa nauigatio incommodum est. Quintil. Pueriles animos onerari non oportet. Idem, uix dici potest, quantò libentiùs imitemur eos, quibus fauemus. Idem, quæri solet, an etiam si discenda sunt, sint hæc, eodem tempore tradi omnia & percipi possint. Aul. Gel. Quæri solitum est in philosophorum disputationibus, an semper inque omnibus iussis patri parendum est. Cice. Negat Epicurus iucundè posse uiui, nisi cum uirtute uiuatur. Idem, Naturæ obsisti nullo modo posse. Idem, dici nihil potest uerius. Idem, Premit enim atque instat, nec resisti potest. Idem, uiuendumque hoc loco est, ne quos nos ob benefacta diligi uolumus, eorum laudem atque gloriam, cui inuideri solet, maximè nimis efferre uideamur. Idẽ, Ho-

ræ

ræ quidem cedunt, & dies, menses, & anni; nec præteritum tempus unquam reuertitur, nec quid sequatur, sciri potest. Ennius, Mihi ausculta nate: pueros cremari iube. Plaut. Quid deportari ad nos iubet? Cic. Num ne hunc in uincula duci, num ad mortē rapi, num summo supplicio mactari imperabis? Quintil. Silent leges inter arma, ne se expectari iubent. Item, quanta sit amicitiæ nostræ magnitudo, credi non potest. Ab eo, qui habitus amicus est, negligi; inofficiosum esse dici solet. Duobus dominis seruiri non posse legimus.

Innotuit esse, & fuisse infinita pro sua multiplici natura, nunc hac, nunc illa florere structura. Est autem ea regula uera semper, nisi uel possessiuè, uel acquisitiuè, uel affectiuè, uel absolutè constructa fuerint: Nam & si omnibus istis modis accusatiuum anteriorem petunt, possessiuè tamen à tergo genitiuum: acquisitiuè datiuum: effectiuè se primum casum: Absolutè uerò casum cum præpositione sibi requirunt. Terent. In Eun. Apparet seruum hunc esse domini pauperis. Aemilius in prologo. Populo esse spectaculo, nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini. Cice. Ad Lentu. Hac me mente fuisse, Senatus ex me, consule te audiuit. Idem ad eundem. Scis Pompeium temporibus illis non sæpe fuisse in Senatu. Atque de huiusmodi infinitis usque modò.

Plerique sunt literarum professores, docti quidem illi, uerùm in declinandis infinitis nonnunquàm hæsitantes; eam obrem Catholicam declinandorum infinitorum cæterorum uerborum recensitam breuiter oportuit. Et quoniam de actiuis atq; passiuis satis dictum puto; reliqua tantùm percurrere obuium est. Et primùm de neutro possessiuo, Abundare, Abundauisse, Abundaturum.] De neutro acquisitiuo, Seruire, Seruiuisse, Seruiturum.] De neutro transitiuo, Arare, Arauisse, Araturum.] De uerbo exemptæ actionis, ut ait Priscianus, Pluere, Pluisse, uix plura.] De uerbo effectiuo. Gaudere, Gauisum esse, Gauisurum.] De uerbo neutro passiuo. Vapulare, Vapulauisse, Vapulaturum esse.] Significatio passiua. De absoluto neutro, Ire, Iuisse, Iturum esse.] Communia in actiua significatione.

Hospi-

Hoſpitari, Hoſpitatum eſſe, Hoſpitaturum.] Communia in ſignificatione paſſiua. Hoſpitari, Hoſpitatum eſſe, Hoſpitandum eſſe.] Poſtremò cuncta deponentia hanc ſeruant declinationem. Imitari, Imitatum eſſe, Imitaturum eſſe.] Imperſonalia actiuæ deſinentiæ ſub prima regula continentur: reliqua autem non, ut iri.

Infinita imperſonalium actiuæ literaturæ carent uoce futuri, quæ reſarcitur eleganter per fore, cuius hoc vulgare. So per coſa certa, che l' homo ſi pentirà della uita mala. Certè Scio fore, ut hominem pœniteat malæ uitæ. Scio fore, ut Deum miſereat peccatorum. uel ſine particula ut, ut pro certo ſcio fore: Deum miſerebit ſcelerum noſtrorum. Puto equidem fore, ut quenq; tædeat temporis amiſſi. Credo fore, vt mercatores miſereat pauperum. Spero fore, ut uos huiusce pigeat amicitiæ. Idem uerbis, quorum ſupina deſiderantur, contingit. Ex uerbis tuis cognoſco fore, ut mortem timeas. fore puto, ut ſtudeas iuri ciuili, uel pontificio, uel quòd ſtudebis, uel fore ſtudentem iuris: quia nõ participium, nomen eſt. Vel libentiùs quoq; per uerbum perſonale actiuæ deſinentiæ, quod eſt afficio, is, cum nomine uerbali, quale miſericordia, pœnitentia, pudore, pigritia, atque tædium. ut me affecturum eſſe amicos tædio, circunfertur. Diſcipulos affecturum tædio magiſtrum ſuorum uerborum ſcio. At licet, unumquenq; afficiendum eſſe miſericordia pauperum. Nos afficiendum pœnitentia peccatorum, fas eſt. Inter victorias non multùm interfuturum puto. Poſtremò illud admittam infinitiuum tranſire in uim nominis ſub ea, qua dictum eſt, ratione; hoc autem eſt cùm uerbo ſubijcitur, & adiungitur adiectiuo neutri generis; quale illud Perſij, Scire tuum nihil eſt. Item, uelle ſuum cuique. Scire tuum prodeſt paucis. Clam loqui ſuſpitionem affert. Latinè loqui maximum eſt. Seruire Deo eſt regnare. Quæ de infinito deſiderantur, alibi quære.

D. VITI CHIAPPISII, SACCENSIS,

Grammaticarum institutionum LIBER QVARTVS.

¶De Gerundijs.

NONDVM finieram infiniti naturam in medium trahere, ecce quàm adeò impetuo sè ocio paulisper indulgenti (nec mirum, namq; & si Iupiter ignes iaculando fatigatus est, id quidem de me scribente generis humani quilibet poterit arbitrari discretus) diræ uirùm facies occurrũt, quàm stricti enses? quàm sæuus tubarum, armorumque horror ingruit? Heu quàm horrida bella sopitum ambiunt. Verùm paululùm moratus animaduerti totius latinitatis principes, suis agminibus instructos acria bellaque ciere intestina. Cernere autem erat, comitum aliquos huiusce ducis partes defendere, alios aliùs castra tueri; Cùm necquidem certa uersarentur sententia; alter alteri diffidebat; neuter utri conueniebat: omnes deniq; omnium studia, iudiciaque obnuntiabant. Porrò uidere uidebar Chaos illud antiquum, de quo poetæ satis abunde, atq; uno omnium pleno ore fabulantur; in cuius cæco (ut aiunt) aceruo frigida pugnabant calidis, humentia siccis: Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus. Intellecta postremò tantæ diffidentiæ, tantique tumultus caussa; quòd pro Gerundio circunuentus distinctis aciebus esset: mente hactenus distractus sensi medius fidius instaurari uires, quas Pridianus labor obtuderat; meque ad cæptum reuocari iter (duce nescio

quo)

quo) tenui; quam ob rem omiſſo toro quaſi futuri itineris non immemor, ſumptis armis procedo, ac eius inuocato numine, qui inſipidas aquas ſuaue uinum factum in Chana Galileæ tradidit Architriclino, omnibus ſubinde deficientibus inhoneſtè, ipſe unus euaſi.

Laborioſam prouinciam, remque controuerſam, ac plenam diſſentionis aggredimur: hic enim inſurgent præter alios Priſcianus, & Laurentius mutuò dimicantes, inauditasque fabulas commiſcentes; quare utrum eis præſtanda fides ſit incertum eſt. Ipſe autem, cui ratio amica magis eſt, quàm obſtinata horũ proteruia, quibus potero, prout fragilitas humana conceſſerit, rationibus quidquid hi, cæteriq; ſomniauerint retundã, ac turpi nota eorum ſententiam labefactari conabor; Amicus profectò Priſcianus, amicus Laurentius, ſed magis amica ueritas. Vereor tamen ne, dum nugis, eorumque cauillationibus reſpondere ſtuduerim, in longum nimis protenderetur oratio, & multitudo uerborum nimia, ut perſæpe conſueuit, animos vacuos, & ocioſos offendat; eam ob rem, ne longiore ſermone uos traham, quidquid id eſt, breuiter colligam, ſingulaque ſummatim attingam. In ea igitur re ſolertem imitabor agricolam, qui priùs radices, & herbas nocuas ex agro ſuo auellit, quàm ſemina conſerat; atq; ea etiam mihi ſcribendi intentio, expulſis ab animis iuuenum erroribus uniuerſis, ueritatem inſerere. Hoc ergo auſpicio inter literatorum manus libellus prodeat.

Diu quęſitum eſt, quid ſit gerundium; atq; in eo Grammatici mirum in modum ſtudia diuerſa ſectantes, ſeſe torſere, nec modum hactenus ſtatuere. Sunt autem Gerundia (ſecundum aliquos) nomina, quia declinantur per caſus: id enim mihi non ſit ueriſimile; nullus mamq; eſt, qui tantam eſſe naturæ diſſociationem inter nomen & uerbũ non ſupputet, quanta profectò maxima inter ullas alias partes orationis eſſe poteſt. quod enim ſuum eſt unius, id alterius commune eſſe nequit. Proinde cùm nihil æquè repugnet, nihil atque aduerſetur naturæ nominis, atque ipſa uerbi tranſitiua conſtructio: id ne recipit ratio, an natura patitur, ut gerundia nomina ſint, & caſus uerbo-

rum

rum admittant? Cùm igitur dimidiatam quoq; uerbi naturam referant, exprimantque, Gerundia qui nomina esse possint, non satis mihi liquet.

Sunt Gerundia (ut aiunt alij) quæ uerbis annumerantur; quia casus regunt transitiuè. quod sic repugno; Primùm quia per casus declinantur sicut nomina. præterea uerba determinata temporis uarietate significant: nam si dicam, Amo, Amabam, Amaui, Amaueram, Amabo. Iā vides, ut singulæ uoces suum quæq; tempus per se distinctū adsignificēt: Gerundium uerò nedum temporum differentias, uel minimam eorum umbellam per se designat. Mox qui gerundia esse uerba asserere conati sunt, ipsa etiam participia uerba esse fateantur necesse est. Hoc enim sic determinant. Nam si cui minus è uerbo communicatur, id uerbum est censendum; iam quantò magis id uerbum diiudicandum, cui è uerbo ampliùs communicatur? Id autem uerum, quia multòplus naturę uerbi participio attribuitur, quod tamen non est uerbum; quantò igitur minus gerundium censendum est uerbum, cui minùs tribuitur? Nam in illo duplex eademq; manifesta natura extat uerbi, nimirum consignificatio temporis, & constructio. In hoc autem sola constructio. His Priscianus reclamat, qui gerundia quòd ab utrisq; aliquid acceperunt, modò nomina, modò uerba esse contendit eo argumento fortasse uerba dici posse confirmat, quòd in o, terminata, eā syllabam, ut uerba habeant communem. quod etiam obstat his, qui nomina gerundia dici contenderunt. Ex quibus liquet turpi nota sententiam eorum damnari, qui gerundia nomina participalia esse dicunt, quibus Netinus militabat ineptulus; neutra enim ex parte significant cum tempore.

Ab hac nostra Grammatices segete illud reijciendum non sit; in gerundijs duplex extat natura, nempe nominis, & uerbi; attamen quomodo mera nomina sint, aut mera uerba me fugit, sed tertium quiddam mixtum. At hoc mixtum partem supputant orationis per se distinctā ab illis octo, quæ communiter ponuntur à Grammaticis, cùm nec inter nomina, nec inter uerba, nec inter partici-

pia

pia recipi nostra censura doceat. Habent enim gerundia aliquid nominis, uerbi, & participij; uerùm hęc non euincunt, ut aut nomen tantùm, aut uerbum, aut tantùm participium dicatur, tot naturis inuicem sese impedientibus. Ac ueluti color rufus ubi alijs alijsve admiscetur coloribus, alia illico atq; alia uocabula sortitur. Nec numerus partium obstat; nil mirum plures poni partes orationis, cùm ipsi authores prisci de numero earum inter sese parùm plenè conueniant. fuerunt enim qui plures, quiq; pauciores quàm octo posuerunt, Author est Quintilianus. Alij uerò rectiùs hasce ineptias abijcientes, alibi rei ueritatem statuentesq; respondere consueuerunt pro Gerundio illud Horatij in arte poetica de uersibus elegis. Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est. Alii enim nomina, alij uerba, alij participia, alij uerba, uel participialia nomina, alii infinita, partem orationis per se, alij gerundia obnixè conantur asserere: Queis horum tutò adhærendum sit, non satis liquet; alijs igitur dijudicandum censeat lector æquus.

Quid igitur est gerundium? Est pars orationis per se declinabis cum casu sine tempore, seruata uerbi sui structura, agendi uel patiendi significatiua. Qua diffinitione, quatenus Gerundium ab alijs partibus differat, paucis absoluam. Differt à nomine & pronomine structura uerbi. A uerbo, & participio temporis priuatione. A supino & à cæteris omnibus, casuali declinatione. Item differt à supino gerundium, ceu actus a potentia, amandum gerit, necessitatemque ad amorem importat. Amatum uerò actum adsignificat in potentia, hoc est principium ad ipsum amorem. Hinc dictum (ut ait Varro) gerundium, quòd inuolucrum dubiosæ uocis & significationis gerat.

Differt à participio in dus, gerundium nomen. Primò gerundium (teste Laurentio) significat rei administrationem sine tempore, uel si mauis, rei actionem præsentis, præteriti, Futuriq; per modum habitus vel officij absq; ulla temporis differentia, ut tenet me occupatio iuris dicē di. Tempus non significat futurum, sed rei administrationem, hoc est formam rei gerendæ, unde gerundium di-

ctum est, quasi illud sit in iure dicendo. Participium uerò longè aliter, nam rem tantùm significat futuram: ut amādus, idest qui amabitur. Item tenet me cura dotis numerandæ, idest quæ numeranda est. Participium est futuri tēporis significatiuum sine rei administratione. Gerundia enim nomina per casus declinantur, sicut participia in dus, quale apud Mar. Aen. lib. 7. Turne quid optanti diuū promittere nemo auderet: uoluenda dies en attulit ultro. Voluenda, non quæ uoluetur, aut volui in futuro debeat, sed uolubilis, & quæ tum uoluebatur, quia gerundium. Rursus, Gerundium vna eademque voce, tam actiua quàm passiua usurpatur in significatione. sunt autem sic vsurpata gerundia, quæ descendunt à uerbis transitiuis, idest ab actiuis. ut amandi, amando, amandum. à neutris transitiuis: ut arandi, arando, arandum. & à cōmunibus. ut osculandi, osculando, osculandum. actionem hęc & passionem sub una uoce gerunt. quæ uerò ab alijs uerbis oriuntur, eorum significationem admittunt. Pro gerundio genitiui casus actiuè significante. Horat. lib. ij. Ser. Sed si tantus amor scribendi me rapit. Passiuè, Iustinus, Athenas quoq; erudiendi gratia missus. i. ut erudiretur. uerùm id rarò apud doctiores. De gerundio in do actiuè significante, Verg. in Buc. Cantando tu illum uinces. ut sit sensus, dum cantas. Passiuè idem, Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. idest ut ait Honoratus Ser. dum ei incantatur. De gerundio in dum actiuè significante, ut ad intelligendum venio. i. ut intelligam. Passiuè, Sal. Cùm ipse ad imperandum assiduè uocaretur. Ordo autem est, ut ei imperaretur. Hinc dicta uolunt gerundia, à duplici. s. significatione gerenda. Participia uerò nunquam non passiuam significationem retinent. Postremò gerundia, quæ adiectiua sunt, ea ferè in substantiua conuertuntur. ut amanda est uirtus. amandum est uirtutem. Caussa legendi Vergilij, Caussa legendi Vergilium. & sic de cæteris; At hæc commutatio participijs ullo modo co ntingere nequit. Habent etiam Gerundia nomina casus omnes, sicut illa; sed nullum regunt casum, illa uerò sic; uerùm reguntur cum substantiuis suis in eodem casu, ut ait Doctissimus

Badius

Badius apud Laurentium, reguntur inquam cum suis sub stantiis, ceu cætera adiectiua: ipsa enim tum adiectiua sunt, ut Dies uoluenda attulit nobis. Habemus rationem diei uoluendæ. Accommodemus nos diei uoluendæ. Obseruemus diem uoluendam. O dies uoluenda quid attulisti nobis. Terremur à die uoluenda. Sic, occupatio dicendi iuris tenet me; atque de alijs.

Quam cōstructionem seruant gerundia? Ante se (ut præ tactum est) nullum regunt casum: unde in conueniendo populos in unum. In cōuertendo dominus captiuitatem Syon, facti sumus sicut consolati. & similes, non latinæ sunt locutiones. Græca enim ibi figura (ut putant) decipiē te, sicut & in aliis multis, interpretem. Græci profectò in finitum hoc in loco habent, quod ante se accusatiuum ha bet, quasi conuertere dominum, quod multis modis trāsferri poterat. uel sic, Dum conuerteret dominus captiuitatem Syon. uel sic, Conuertente domino captiuitatem Syon. Nec illud dices, scribentem habendum est calamū. Sed scribenti opus est calamo. Post se uerò casus regunt suorum uerborum, quæ actiuam habent significationem, ut studio uidendi matrem oblectatus sum. Inter numeran dum oues, uel numerando oues. Nam in passiua significa tione nullum regunt casum, sed semper absolutè ponuntur. Licèt ergo rectè dixeris, Vruntur mares uidendo fœminas. Item, urunt fœminæ uidendo. non tamen urunt fę minæ uidendo à maribus. Ita dixeris, res difficilis ad intel ligendum, fit facilis sæpe repetendo. i. dum sæpe repetitur. Non tamen dices, Res difficilis ad intelligendum ab hominibus, fit facilis sæpe repetendo ab eis. eius autem ratio rei est usus, & consuetudo loquendi, nam tale genus constructionis nullibi lectum est.

Quot casus habent gerundia? Tres, genitiuum, accusa tiuum, & ablatiuum, modò nomina sint. Aliqui gerundiū quinque casus, plerique quatuor habere disputauerunt: quibus congruit opinio nostra. Gerundij tres sunt termi nationes in di, in do, in dum. formantur autem (ut ait Pri scianensis) à persona prima præteriti imperfecti prioris numeri remota ultima syllaba bam, uel bar, addita lite-

ra n,cum particula di,pro primo,uel n,cum do,pro secũdo. Vel n,cum dum,pro ultimo,ut amabã,amandi,amando,amandum. Sequebar,sequendi,sequendo,sequẽdum. Excipe eo cum suis,tunc enim à tertijs personis fiunt gerundia præsentis indicatiui numeri pluralis,reiecta ultima litera t,& addita di,do,dum:ut eunt,eundi,eundo,eũdum . Præter ambiendi ab ambio, quod est circundo, uel lustro . Praui facio igitur Diomedis traditionem in Epithomatibus Prisciani , qui quòd gerundia participialia uocat à participio præsentis temporis, illa oriri putat,ut amans,amandi.Ex quibus liquidò apparet, quatnor defectiua,uerbaque ecliptica gerundijs uidua,ut Odi,Noui, Cœpi,Memini,Pepigi,queis tria hæc subiunge,sum cum suis,uolo cum suis,& fio.nam (authore Laurentio) essendi,essendo,essendũ,nõ inuenitur:ita uolendi,atq; fiendi.

Qua de re inuenta sunt gerundia ? Author Badius est, ut plures actiones uni supposito sine coniunctione media attribuantur.Nota tamen quòd quidquid de gerundio dictum est,hoc idem pro participio assertum contendit author.ut Socrates primus moralis philosophiæ præceptor repertus nõ scribendo,sed docendo memoratu, scriptuq; digna,plurimùm moribus profuit bonis. Hic duæ actiones scribendi atque docendi sine pręporitionis additione uni connectuntur supposito. non scribens,sed legens doctus euasi, & cætera talia .

Gerundia in di (quæ genitiui sunt casus) hunc sensum habent. Docendi,de insegnare,per insegnare,& per esser insegnato. Pro primo igitur reguntur à nominibus substantiuis præsertim cum uerbis affinitatem habentibus. Qualia, amor,studium,caussa,desiderium,occupatio,defectio,copia,potestas,facultas,tempus,locus, ratio, gratia,opportunitas,ars,mos,consuetudo, uenia, uoluntas, mens,animus,cupido,licẽtia, libertas, hora,& alia,quæ uerbis rite maritantur.Et à quibusdam adiectiuis regentibus genitiuum. Sunt enim; cupidus,auidus,doctus,peritus, imperitus, gnarus, ignarus, certus, & mille id genus. ut cura,tempus,locus, gratia, opportunitas discendi.Amor,ratio,causa,studium habendi.Mos,consuetudo, facultas

facultas uiuendi. Copia,poteſtas,ars,uenia loquendi. Voluntas, deſiderium poſſidendi. Libido, cupido, auiditas, uindicandi. Licentia,libertas,occaſio peccandi. Item timens,cupiens,doctus, peritus,auidus fallēdi. Promptus, cupidus,conſuetus,timidus cantandi. Habeo mandatum conueniendi te. Hæc cum gerundio nomina cenſentur; uel nomina participialia, quæ participia eſſe deſiuerunt temporis amiſſione: uerùm cum infinito participia uideri poſſunt. Atqui in his conſulendi ſunt authores: ne nos noua mōſtra fingamus. dic ergo perpulchrè nimis. Alius nemo facultatem habet decipiendi nos. Stoicorum autē non ignoras, quàm ſit ſubtile, uel ſpinoſum diſputandi genus. Spes rapiendi, atque prædandi cæcat animos. Magna eſt procreandi uoluptas. Exercitatio dicendi linguā acuit. Breuitas autem laus eſt in aliqua parte dicendi, in uniuerſa eloquentia laudem non habet. Demoſthenes audiendi Platonem cupidus fuit. Quoties enim gerundium pendet à uerbo, ſicut recordor, obliuiſcor, egeo, timeo cū ſuis, puto cum ſuis, tento, gaudeo, lætor, doceo, moneo, impersonalia, pudet, pœnitet, piget; paſſiua, cogor, impello r. uel ab his nominibus ſubſtantiuis, opus eſt, fas eſt, nefas eſt. Concinnius profectò infinito utimur, quàm gerundio. ut mihi non uacat reſpondere, non reſpondendi. Oblitus fui uenire, non ueniendi. Pudet mendicare, non mendicandi. Pœnitet riſiſſe, non ridendi. Cogor ita facere, non ita faciendi. Item quid opus eſt diſcere? non diſcēdi. Mihi fas eſt diſcedere, non diſcedendi. Mihi iuſſa capeſſere fas eſt. nefas eſt fauere malis. Dic quoq; Aude negare, non negandi, aut conſumandi, aut tale.

Quoniam autem gerundiua nomina nihil differunt à gerundiis ſignificatione; pulchriùs loquimur per gerundiua nomina, quàm per gerundia ſubſtantiue accepta. Quomodo id fieri cōtingit? Sic, ubi ſubſtantiuum illud, quod alioqui gerundio apponeretur, ſibi gerundiua aſſumunt quicum & in genere, & numero, & caſu, cōueniant. ut ita inter ſeſe differant, quòd illa ſubſtantiua ſunt: hæc adiectiua. Aliàs, quòd illa ſuorū caſus verborum regunt: Hæc uerò nullum regunt, recipiunt tamen cum genere

numeroque diuersas terminationes. Exempla; Sum cupidus patris uidendi, matris uidendæ, templi uidendi. Parẽdum uidendorum, sororum uidendarum, uidendorum spectaculorum. Doleo, te tantam omnibus irridendi tui facultatem dare. Non te fugit, laudandarum artium omniũ procreatricem quandam, & quasi parentem philosophiã esse. Cicero, Initum est consilium à P. Sylla inflammandæ ciuitatis; huius extinguendi imperij, delendæ urbis. Illud hic notandum censui, Gerundium in di cum genitiuo plurali (aiunt) sine uitio construi, licèt uideatur contra præceptum concordantiæ: ut librum composui instituendi puerorum gratia. Plau. Nominandi istorum tibi erit, magis edundi copia. Cicero, de diuinat. Dolebas autem Stoicos nostros Epicureis irridendi sui facultatẽ dedisse. Liui. lib. xxj. ab ur. con. Nõ enim uereor, ne quis hoc me uestri adhortandi caussa magnificè loqui existimet; ubi genitiuus sui primitiuus pluralis; quia ad Stoicos refertur: uestri, à uos, uestrum, uel uestri. Ipse tamen, quidquid triuiales garriant, longè aliter sentio. Venustiùs igitur per gerundium loquemur; At si relatiuum interueniat, potiùs gerundio utimur. ut hæc dies attulit initium dicendi quæ uellem, non dicendorum eorum, quæ uellem. Et ad euitandam syllabę coincidentiam, non ineptè dixeris, uidendi seruos, uidendi spectacula. Descendunt gerundiua nomina ab omni uerbo transitiuo: parcendæ pęnæ igitur latinitatis fornacem non sapit.

Si uerò passiua fuerit significatio adiectiuo præcedente, eleganter dicetur per relatiuum Qui, quæ, quod. quale, io son degno di esser amato, non dignus sum amandi; At dignus sum, qui amer. Dignus es, cui auxilientur. Dignus est, cui famulemur. Senes omnes difficiles sunt, quibus quispiam blandiatur. Commoda erit Grammatica, quam pueri doceãtur. Resoluitur semper gerundium per particulam ut, tempusque subiunctiui modi: ut Hora est cœnandi, idest, ut cænem: tempus est eundi i. ut eam. Passiuè, dignus sum, ut amer. Deos dignus est, ut colatur. Vterq; igitur dicendi modus commodè per relatiuum, uel ut, efferri potest: ut paratus, idoneus, utilis, qui respõdeat.

deat. Aptus, timidus, ut seruiat. Dignus, indignus, qui ad belluas mittatur: Iucundus, ut audiatur. Peritus ut nauiget, Peritus, qui nauiget, Imperitus, qui doceat, uel ut doceat.

Pro secundo, comitantur gerundium hi ablatiui; Caussa, studio, titulo, gratia, amore, prætextu, aut simili. ut iuit Athenas docendi caussa Rhetoricen. Huc accessi, studio uidendi matrem. Sum hic salutandi titulo fratres; seu salutandorum fratrum, adiectiuè. Præstolor hic audiẽdi gratia lectionem à magistro; seu audiendæ lectionis. Lucrandi amore nummos, uel lucrandorum nummorum studio, quisq; laborat. hoc est, ut lucretur. Item Gerundiũ in di negatiuè non ponitur cum caussa, quia non latinè dicetur; quisque caussas comminiscitur caussa non laborandi, at ne laboret. Aegrotus, ne moriatur, potionem exhaurit. Præterea Gerundium nominatiuum non admittit, ut prætactum fuit; qua propter perperam loqueris, deambulandi caussa solus, nulli irascor. At ut solus deambulem; uel quia solus deambulo non irascor ulli. Ita tu, ut mercator fieres, animam debes. Ego, ut comitatus studerem, magnum mihi damnum contraxi. Pater, ut diues fieret, omnem (ait) mouebo lapidem. Atque in eo mendũ putant, currendi caussa calceos detriui; quia defectus sequens præcedentis obstat. quod cõgruè dicetur per gerundium in do; Currẽdo (putà) calceos detriui, & talia.

Tertium, quandoquidẽ passiuè tenetur; absolutè utrinque ponitur. ut Missus est Athenas prætextu docendi. i. ut doceatur. Vrbs est in periculo capiendi. i. ut capiatur. quod Mancinellus Iustini confirmat authoritate, dicentis, Athenas quoq; erudiendi gratia missus; de regio quodam puero. Verùm secundum aliquos potiùs resoluetur. ut Mulieres erunt ad sacram ædem, ut uideantur. Pecunia non est cumulanda, nisi ut adiuuemur. Nec latinè dictum censeo; liber emitur caussa legendi à magistro. At ut legatur à magistro. Quare? Sicut enim in actiua significatione nominatiuum excludit; eundem in passiua significatione in ablatiuum conuersum non recipit. dic, sto hic caussa audiendi lectionem abs te.

Gerundium in do ablatiui casus habet hunc sensum, Amando, amando, per insegnare, cùm exprimit effectum, amandosi, & essendo amato. ut ego docendo, uitam ago. Legēdo sæpe poetas, ipse poeta euasi.] Con lo legere spesso li poeti, io son douentato poeta. Adolescentes uidendo pulchras mulieres, amant.] Li gioueni con lo ueder belle donne, si inamorano. Item currendo franguntur calcei.] Per lo correre si rompino le scarpe. Studendo lumen amisi.] per lo studiare ho perso la uista. Vel studio per nomen uerbale. Ponitur etiam passiuè. Anguis cantando rūpitur, idest dum ei incantatur. Memoria augetur excolendo. i. dum excolitur. Euangelium rectè recitando mouet affectum. i. mouet affectum dum recitatur. Vrit uidendo fœmina. i. dum uidetur. Alitur uitium, crescitque tegendo. i. dum tegitur. Boni authores legendo ab iuuenibus, prosunt. non latinè dicitur: ea etenim ratione, de qua prę tactum est, plerunque additur præpositio, ut canes in alendo fiunt optimi. Cespes in eximendo soluitur.

Gerundia in do, quandoquidem uenustiùs interdum utimur gerundiuis nominibus, quàm gerundijs: frequenter construuntur ante se cum his præpositionibus de, e, ex, pro, præ, a, ab, abs, cum, & similibus. frequenter etiam sine præpositione more ablatiuorum absolutè positorū. Interdum etiam sine casu ponuntur, tum cum præpositione; tum sine præpositione. Cum præpositione, & casu. ut in retribuendo suum cuiq; iustitia seruatur. Cic. in Tuscul. quæst. His præsertim cognitis, quæ de nihil sentiendo paulò ante dicta sunt. Cum præpositione sine casu. ut in nauigando, uentorum flatus resedit. Fab. Quintil. Cùm præcipere de aptè dicendo cœpimus. Cicero ad Att. Tu quid cogitas de transeundo in Epirum, scire sanè uelim. Idem, ex quo ardescit siue amor, siue amicitia, utrunque enim dictum est ab amando. Plin. Iun. Sermonibus dies transigebat, cùm à scribendo uacaret. Quintil. Sed ratio rectè scribendi iuncta cum loquenda est. Item ex defendendo, quàm ab accusando uberior gloria comparatur. Sine præpositione, & casu. ut hos occidendo, illos accusando, totam labefacit ciuitatem. Item hæc; hic horret à

pugnan-

pugnando. Ab impediendo repelluntur. Vix iam miser ex gratulando eminebam. Senex pro uapulando hercle ego abs te mercedem petam. Peripatetici eloquentes, & in dicendo suaues, & ornati fuerunt. Corpora quidem defatigatione ingrauescunt, animi se exercendo leuantur. Magnam laudem consequebaris equitando, iaculando, omnia tolerando. Alia animalia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt. Hominis mens discendo alitur. Maior acquiritur gloria ex defendendo, quàm ex accusando. In excogitandis his regulis, magnum accepi laborem. Hic de ludendo, ille de comedendo loquitur. Poetæ de amando, Oratores de orando scripserunt, Chiappisius uerò de rectè loquendo. Pro euoluendis libris, docebo te arma tractare. Gerundia nomina construuntur ante se cum eisdem præpositionibus, in numero etiã plurali. Exempla primi: ut abstineas te à republica offendenda. Sermo fuit de accusatore constituendo. De filia collocanda. De prædio emendo. Sudant coloni in agro colendo. In fodienda uinea sitiunt. Horat. lib. ser. Saty. x. Et in uersu faciendo, sæpe caput scaberet uiuos & roderet ungues. Exempla secundi. In legendis Authoribus bonis, parantur bonæ literæ. In uersandis pagellis multa discũtur. In legendis scriptis nostris facies orationem tuã pleniorem. In colendis agris, in fodiendis uineis ingens labor. Occupatus sum in meis scriptis emendandis. Cato, de Cataplasmis bibendis. Ex aluo lauanda abstine. Sed cauendum, si Laurentio credimus, ne id uerbum significet motum de loco, quicum gerundia, uel gerundiua nomina construantur. Quale esset, Reuertor ab atando, uel ab arando aruo. redeo à spectando, vel à spectandis ludis. Commodiùs per nomen uerbale, quàm per gerundiũ loqueris; ut reuertor ab aratione, uel ab aratione arui. Redeo à spectaculis, uel à spectaculis ludorum. Per prępositionem cum, uix locum habet talis oratio, quin participium sit potiùs, quàm gerundium. ut sedeo cum uiro coronando. idest, qui coronabitur. non autem qui coronatur. Item in capiendo consilia. In gerendo bellum. rarò dicitur. Sed per gerundiuum nomen, aut sine præpositione.

ne. ut in capiendis consilijs. In tractando bello. Aut capiendo consilia: tractando bellum. Auxiliando pauperibus bona consumpsisti. Agemus cum populo de redimendis captiuis. literæ de componenda pace aduenerunt. de componendo pacem, dicas nolim.

Gerundia in do, in casu datiuo acquisitiuè sumi contingit; Author est Laurentius, cui usus, Grammaticorumq; respublica conclamat. attamen cum uerbis quandoque cum adiectiuis regentibus acquisitiuè. Vt da operam rebus agendis. Incumbo describendis regulis meis. Quisq; studet acquirendæ pecuniæ. Item præcoqua non sunt comedenda, vel esui. Subintellige matura. Hęc aqua non est potanda. Illum præfecerunt æstimandis possessionibus. Deditus est studendo, uel studio. Valla autem, uaco agro colendo, uineæ pastinandæ, nemori succidendo. In plurali uerò una uox trium est generũ, ut Vaco agris colendis. uineis, nemoribus procurandis. Qui casus regimen non habet. Absurdum igitur sit dicere, do operam colondo agrum, uel componendo librum. Id enim tum ueteres, tum nostræ huiusce memoriæ authores obseruant: qua propter exempla subijcio; Plaut. Lectis sternendis studuimus, mundicijsq; apparandis. Rursus, armamẽtis componendis, & complicandis studuimus. Cicero in Catil. Lentulus literis dandis proxima nocte uigilarat. Titus Liu. Consul placandis Romę Dijs, trahendoq; delectui operam dat. Plin. Vetus oleum existimatur ebori uindicando à carie utile esse. Tacit. Suillium accusandis utrisq; immittit. Iterum, uirilis toga Neroni maturata, quò capessendæ Reipub. habilis haberetur. Et postremò cum huiusmodi utimur gerundijs absolutè. Ouid. Mox apta natando Crura dat. Plin. Culici natura telum ita generauit, ut fodiendo acuminatum, pariter & sorbendo fistulosum esset. Passiuè, Plin. Nitrosa aqua utilis est bibendo. i. ut bibatur. Soluendo non sum, nunquàm patitur secum substantiuum: eam ob rem quis ambiget, an datiuus sit, an ablatiuus? Significat autem satisfacere pro eo, quo obligatus sum, ac debeo, siue pecunia, siue remuneratione. Quintilianus, Placeamus licèt uobis fortuna nostra

pater, pauperi soluendo non sumus. Cicero ad Lent. Cùm soluendo ciuitates non essent. Idem in Phil. Tu nec soluendo eras. Significat quasi soluendi potestatem non habeo uel facultatem. pro eo autem non dicam, non possum soluere, quod fornax latinitatis non patitur. Vult enim semper post se datiuum, licèt semper non apponatur, ut non sum, es, est; non sumus, non estis, non sunt soluendo. Vsq; modò hæc.

Gerundia in dum (quę accusatiui sunt casus) construuntur ante se cum uerbis, & nominibus mediantibus his præpositionibus. Ad, ob, propter, inter, ante, post, & similibus; habent hæc vulgaria. Docendum, ad insegnare, ad insegnarsi, & ad esser insegnato. post se uerò regunt casus uerborum suorum in significatione maximè actiua; in passiua porrò nullum. Actiuè, sic. Veni huc ad docendum. idest, ut doceam. Magister promptus ad dicendum. Omnis homo debet esse uelox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Oratoris officium est dicere ad persuadendum accommodatè. Locus ad dicendum aptissimus. Eo ad salutandam sororem. ad salutandum sydus. ad salutandos fratres. ad salutandas sorores. ad salutanda sydera. adiectiuè; Hoc enim elegantiùs dicitur, quàm cum regimine, ut eo ad salutandum fratres. ad salutandum sorores. ad salutandum sydera. passiuè autem sic, res est ad intelligendum facilis. idest, ut intelligatur. Lectio difficilis ad legendum. Hic locus spinosus ad percipiendum. Senes digni ad uenerandum. Cibus difficilis ad conçoquendum. Omnes suscepisti pauperes ad alendum. Per omnes præpositiones, ut literæ adiuuant ad colendam, percipiendamque uirtutem. Expetuntur diuitiæ tum ad usus uitæ necessarios, tum ad perfruendas uoluptates. Inter comedendum dens mihi cecidit. Inter cænandum uenit. Ante dormiendum lauandi sunt pedes. Tum omnem orationem traduxi, & conuerti in increpandam Cæpionis fugam, & in deplorandum interitum exercitus. Ob purgandum scelus. Quintil. Ob te liberandum ipse coniectus sum in uincula. Cic. Ad Troiam missi ob defendendam Græciam. Idem alibi, quantò illud impro-

biùs; eum, à quo pecuniam ob absoluendum acceperis, condemnare. Quintil. Non enim solùm oratoris est docere, sed plus elequentia circa mouendum ualet. uenio ob, uel propter redimendos captiuos. Inter nauigandum, inter cænandum. pro in nauigando; & in cænando. idest cùm cænaretur. aut cùm cænaremus. Verg. in Buc. Inter agendum occursare capro cornu ferit ille, caueto. Idem in Geor. Namque ante domandum, ingentes tollent animos. uerùm inter raro habet cum gerundio substantiuum. rariùs regimen, ut Valla docet.

Construuntur igitur gerundiua nomina accusatiui casus utriusque numeri, omnis generis cum eisdem præpositionibus, aut sine præpositionibus, tunc cum his uerbis, Do, loco, conduco, mando, Curo, Habeo pro debeo, existimo, censeo, puto, & similibus. ut locaui uineam pastinandam. Mandaui agros stercorandos. Conduxi domum habitandam triennium. Statuam faciendam, & in media urbe ponendam locauit. Domitori nondum equos domandos dedit. Sic mihi faciendum mandauit. Simo uinciendum Dauum mandauit. Hæc agenda, faciendaque non recusabo. Habeo discipulos admonendos. Habent agricolæ mea prædia suis bobus aranda. non ad aranda. Quæ participia in nomina transeuntia Valla supputat, cui cæteri reclamant. Multis comprobem testimonijs necesse est. Plaut. Si hercle ego te non elinguandam dedero usque ab radicibus, impero authorque sum, ut me cuiuis castrandum loces. Ser. Sulp. Vt faciendam sepulturam locarent, idest darent alteri faciendam. Cicero de diuinat. Qui columnam illam de Cotta & Torquato conduxerant faciendam. Idem in Verri. Recenti negotio ad te literas misit, mittendasque curauit. Plin. Iunior. Petis, ut libellos meos, quos studiosissimè comparasti, recognoscendos, emendandosque curem. Tranquillus in uita Cæsaris, ut consolandos eos magis Imperator, quàm puniendos habuerit. Item putaui ad te scribendum. existimaui eam rem faciendam, illud significandum. Cicero ad Plancum. Et si antea scripsi, quæ existimaui oportere, tamen hoc tempore

bre-

breuiter te commonendum putaui. Sueto. in uita Cæsa. Gladiatores ui rapiendos, reseruandosque mandabant. Complura inuenies.

Scribendum obiter censui, quòd gerundia in dum, & gerundiua nomina in quocunque genere cum uerbo constructa substantiuo, uidentur necessitatem quandam importare. Conuertetur per uerbum oportet, debet, necesse, uel opus est: & uocem infiniti passiui. ut ita faciendum est. idest, ita fieri oportet. habent post se datiuum, ut ius bellicum etiam hosti seruandum est. Mors seruituti, turpidinique anteponenda est. habent pariter hunc sensum, ut sic mihi faciendum. è bisogno far cosi, si deue fare, è necessario fare, son sforzato farlo. Legendum est tibi. idest necesse est, ut legas. natandum tibi est. idest, oportet natare. Nobis studendum est humanis literis. Cæsari utendum erat liberalitate. Maior quædam adhibenda est cura. Christianis non ulciscendæ iniuriæ. Quibus Christus imitandus est. Mihi uapulandum est. Domum nobis eundum est. Amicitia humanis rebus anteponenda est. Diogenes roganti qua ætate uxor ducenda sit; Iuuenibus (inquit) nondum, Senibus nunquam. Terent. Mos gerundus est Thaidi. Ouid. in arte. Vtendum est ætate, cito pede labitur ætas. Lucretius, Aeternas quoniam pœnas in morte timendum. Vergil. in xj. Alia arma quærenda. Quintil. Virtus, etiamsi quosdam impetus à natura sumit, tamen perficienda doctrina est. Decimus Laberius, Nimirum hoc die, uno plus uixi, mihi quàm uiuendum fuit. Prope. Est mala, sed cunctis ista terenda uia est. Ouid. Timeat maledicere pauper; Multaque diuitibus non patienda ferat. Terent. Vxor ducenda tibi est. Idem, Restat Chremes, qui mihi exorandus est. Idem, frater expectandus est mihi. Quintil. Perijsse profectò confitendum est præteritum laborem, cui semper laborandum est. Idem, si regitur prudentia mundus, administranda certè bonis uiris erit Respub.

His explosis, claret iam unam rem multis modis posse dici. Primò per gerundia, ut ueni caussa uidendi matrem,

trem, ad uidendum matrem; pro uidendo matrem, uix ausim dicere. Aliàs per gerundiua nomina, ut caussa uidendæ matris. ad uidendam matrem. pro uidendà matre. Aliàs ueni uidere matrem. quod è Græco fonte manauit, nobis non usurpandum est. Aliàs ueni uisurus matrem, per participium in rus. Aliàs per supinum in um; ut ueni uisum matrem. Deinde per uerbum in so, ut uiso matrem. Postremò per uerbum & particulam ut, quò, aut similem. ut ueni dumtaxat, quò matrem uideam, uel ut matrem uideam. Verùm pro gerundio satis hæc; literam quidem non addam, etiam si quid præterisse me, sensero. Vale.

D. VITI CHIAPPISII, SACCENSIS,

Grammaticarum institutionum LIBER QVINTVS.

¶ *De Supinis.*

SVLCANTES exiguo cortice totius ferè Grammaticæ salum, gerundiorum determinata perplexa lite; Supini naturam, aliud æquæ uis, æquique laboris negotium, in eo operis consumationem statuentes, qui populo suo Israel Iordanem aperuit transeunti; uiriliter inquirendam aggredimur. Nec mirum, namque & si principes illi temporibus suis quàm fælicissimis Grammaticorum complura circa hãc eandem artem tradidere, tamen nõ pauciora nobis quoq; uentilanda, ac diiudicãda reliquerunt. Vnde omnis post ipsos priores posteritas quid noui effingat, semper habet. Quippe cui tota sese alma nudaque ueritas interseuerit: semper quod quæratur, omittitur, uacatque. Iure hinc iustisque de causis, cuiq; pallendum, cuiq; uirtus sua in hoc monstranda, cuique tandem cursus suus est peragendus, quò omnes, singulique nouo semper fætu, recentiq; prole augere, illustrare, munitamq; Grammaticam ostendere ualeant. Ex fato enim, omnes non omnia scire; nec omnes omnia posse, datum est. Quam ob rem, quoniam idem ego ipse efficere non ualeo; quod ab alijs factitatũ cognoui, uitam non penitus amaram, acerbamque mihi putem. uerùm pro uirili profectò mea conabor, eo ductore, qui ex Sabæis tres magos ad se orandum, atq; muneribus

neribus preciosis honorandum. Stella duce deduxit in Syriam, reddamque mea inculta Minerua, intellectualia sensibilia.

Sicut enim nulla doctrina ęquè necessaria est, ceu cęterarum fons uberrimus facultatum Grammatica: sic nulla ferè corruptiùs ministrari solet. Vsque adeò cuncta plena sunt contentionibus, differta rixis, undique circumerrant acies bellatorum; Contendunt namque triuiales huius sæculi pædagogi litium non obliti priorum, de supino, sicut & de gerundio disputatum est: Numnam Supina sint nomina, an uerba, an partes orationis per se? Priscianus igitur in illustri sua epitome mordicus tenet atque alibi Supina esse nomina; ea ratione quòd à uerbalibus sensu distant, uel quòd casus habere uidentur. Esto, à uerbalibus nihil sensu differre; numnam ob id fuerint nomina? An cùm dicitur, eo uisurus fratrem. Eo ad uidendum fratrem. Eo uisum fratrem. Idem hæc erunt, quia idem significant? Insanis Prisciane; Præterea Supina neq; genus, neque numerum, neque casum more nominum habent: quod sic probo, nam indifferenter dicimus, eo scitatum oracula. Scitatum sortes. Scitatum uersus Syllinos. Quare his rationibus iam perspicuum sit, Supina esse nullo modo nomina.

Multò aliter tenet Laurentius: is enim non nomina cum Prisciano supina esse concedit, sed esse uerba contendit participialia; persuasus, credo, authoritate Quintiliani, qui Institutionum lib. 1. dictu, factuque uerba appellauit participialia; in quorum sententiam manibus pedibusque pleriq; accedunt. Ast alij nequaquam, hæc obijcientes, ne dum Laurentium redarguunt, in præstantissimum authorem quicquam obloqui uideantur. Sunt autem, in supinis duo esse inquiunt, quorum altero participijs, altero uerbis quàm proximè accedunt, habitum scilicet, & naturam. Itaq; si natura apud optimum quenq; Latinæque linguę eruditissimum fermè accipitur pro eo, unde aliquid uel ducitur, uel oritur; his ita sese habentibus, participijs, gerundijs, atque supinis, idem est fons, eademque naturæ origo: omnibus en[illegible] uerbo prouenienti-

nientibus, ac proficiscentibus. Quo fit, ut quatenus è verbis originem, initium, naturamque omnia ea ducunt, eatenus quoq; uerba appellari concesserim. At uerò si exitum, hoc est habitum, rationemque eorum significandi vlteriùs propiùsque lector attendas; nunquid non diuersa tibi protinus forma occurrerit, diuersa persona? Alia.n. est significandi ratio in participijs, alia in gerundijs, atq; alia prorsus in supinis: nempe illis cum casu & tempore significantibus, his cum casu, non tempore, ut dictũ fuit; Supinis uerò citra utrunq; igitur amatũ, amatumq; nullius cuiusquam erunt casus. Hæc ergo Latinitatis culmen perscrutans Quintilianus diligenter, uerba supina participialia dixit, nempe congeminato nomine habitũ ęquè pariter & naturam explicans eorum. Non igitur verba simpliciter intellexit author, uti supputauit Laurentius, qualia, amo, lego, doceo. Cui similiter uerbi diffinitio reclamat cum modis, temporibusque significare.

Vlteriùs progredientes, nominibus ergo supina cùm non recipiantur aiunt, nec simpliciter uerbis vt proximo capite disputatum est. ea igitur partem esse orationis per se censeri oportet. Namq; & si habent aliquid nominis, aliquid uerbi, aliquid participij, tamen horum nullius totam naturam, formamque induunt; ut uerba tantùm, aut nomina tantùm, aut solùm sint participia supina: clarum est igitur nec merè uerba, nec nomina, nec participia dici supina: mihi autem, quid in hoc dicendum sit, nõ satis claret, alijs hoc iudicij faciendum relinquo. Pro quibus igitur diffiniamus supinum, sicut in superiori capite de gerundio factum est. Supinum est pars orationis indeclinabilis à uerbo deductum, uerbi nonnunquam cõstructionem admittens, actionis, uel passionis significatiuum. Admittens constructionem dicimus, ad differentiam nonnullarum partium indeclinabilium, ut aduersus, & aduersum, quæ sui uerbi passiui, quod est aduertor, constructionem profectò non admittunt. Præterea abiecimus, nonnunquàm propter ultimum supinum, quod cum nullo construitur casu, ceu nostra rudimenta pulchrè docebunt.

Mox id quæro, unde ſupinum dicatur; varia uarij teſte Nebris. tradunt authores; nam aliqui ſupina, quaſi ſuperantia dictitant, pleriq; ſupina dicunt, quaſi ſuprema; ultima enim ab inflexione uerbi inuenta. Quare ſupinum dicitur? Quia ſupinus a, um, dicitur qui dorſo incumbit, ita ut faciem, ac uentrem cœlum ſpectantem habeat: ſicut igitur is ſupinus iacens ſupra ſe cœlum ſpectat; ita ſupinum, cùm ſit in uerbi coniugatione ultimum, uidet, ſpectatque omnem uerbique totam coniugationem ſupra ſe. Supinum item appellant, quod in contrarium uertitur, uel quod iam uerti poteſt. Vnde Iuuena Saty. 3. Cubat in faciem, mox deinde ſupinus. Itaq; ſupinum à ſupinando, hoc eſt à conuertendo, conuerſum dicitur, eò quòd contrariam à uoce ſignificationem habeat: licèt enim uocem habeat participij paſſiui, ut amatum, conuertitur tamen in actiuam ſignificationem, hoc eſt vt amem. Vox autem ſupini in u, cùm uideatur eſſe ablatiuus quartæ inflexionis, qui actionem prorſus adſignificat; conuertitur tamen in paſſiuam ſignificationem, ut ſum dignus amatu. i. ut amer. Quoniam autem actum comparatum ad locum ſupina ſignificare uidentur, & quia circa motum localem, ſi Philoſopho credimus, duo conſiderantur, terminus putà à quo, unde motus incipit; & terminus ad quē. terminus à quo ultimo traditur ſupino; terminus uerò tribuitur primo in um, terminus inquam ad quem. Hinc liquet ſupina duo tantùm eſſe nec plura, nec pauciora, ut Saulus Alpharabium docet. Quod uerò pleriq; contendunt ſupinū per duplex p, ſcribi debere, hemiſtichio Horatius refutat lib. primo ſerm. Steteritque ſupinus: ubi ſyllaba ſu, breuis eſt, & eſt ultima dactyli, aliter produceretur. obnunciant præterea ſupinum primum, uel ultimū dici, quoniam inter duo ſuperlatio nulla profectò cadit; eam obrem conſultiùs dices prius, poſteriùs; citeriùs, ulteriusque ſupinum; ſed hoc ad eruditiores.

Duo cùm ſint igitur Supina omnium ferè Grammaticorum conſenſu, eorum etiam forma duplex ſit, neceſſe eſt. Altera in um, altera uerò in u; Supina in um unde formantur? Secundum aliquos, ſupina in um formantur à parti-

participijs passiuis præteriti temporis: uerùm quia supina in um, actionem ut plurimum significant, eam ob rem à participijs passiuis formari non credam; à passiuo actiuum descendere, componi, formarique natura repugnat, compositum namq; componentis naturam sapit. Vt euitemus hunc igitur prætactum errorem, dicamus supina in um à præteritis formari amota ultima syllaba, & addita aut, tum, aut ctum, aut ferè simile, ut amaui, amatū. Legi, lectum, auditum, doctum. ne dicas à præteritis participiorum fieri, quia participia temporis præteriti à supinis oriuntur: nonne uerba supinis carentia, uoce participij præteriti temporis etiam uidua sunt? Supina in u, unde formantur? à priori supino dempta m, ut amatum, amatu. ob id ergo supinum in u, passionem significat, quia abs re significante actionem nascitur. Nos autem de his primùm scribere exordiamur, quæ in um exeunt, quòd ordine, tempore, naturaque præcedunt. Cedendum præterea usui ac consuetudini: quare quem ordinem natura, usus, ac consuetudo præstiterint, hunc in his explicandis probè sectemur.

Priora supina, quæ in um desinunt, habent hunc sensum, Amatum ad amare, & ad esser amato; actiuamque semper habent significationem, ut eo lectum, uenatum, piscatum echinos. Ibo seruitum Cæsari. i. ut seruiam. Excipiuntur tamen illa, quæ nascuntur à verbis neutris passiui affectus. ut eo uapulatum. i. ut uapulem. Ita uænum, exulatum, nuptum, gauisum, lætatum, & alia id genus. Quale illud Plautinum. In Aul. Coctum ego non uapulatum dudum conductus sum. i. non ut uapulem, sed ut coquam. Idem in Mercat. Spem teneo, salutem amisi, redeat an non nescio, si opprimi pater quod dixit exulatum abijt saluus. Ibidem paulò post, certum est exulatum hinc ire me; Rursus, nam ibat exulatum. Sal. In Bel. Iug. Quippe cui omnia uænum ire in animo hęserat. Sciendum prę terea rectè dici uænum ire (secundum aliquos) non iri, ne duo passiua copulentur, sic uapulatum ire. At ipse rectiùs dicam uapulaturum; de quo satis dictum est. Ab hoc supino, & uerbo est, mutuatur impersonale præteriti per

circuitionem: ut pugnatum, cursum, seruitum, amatū est.

Prioris formæ supina cùm ferè significationē habeant actiuam, uerbis motum ad locum significantibus semper accedunt, eaque tamquàm propria requirunt, casusq; suorum uerborum sibi exigunt: ut eo uisum parentes. Quæ quidem præceptio, & si cęteris cum Grammaticis mihi satis constat, pluribus tamen exemplis etiam mihi corroborāda est, quò pleniùs doctis, indoctisve satisfactum eam. Plaut. in Aul. Quod in rem tuam optimum arbitror, te id admonitū aduenio. Rursus, id te oratum aduenio, vt animo æquo ignoscas mihi. Idem in Bacchi. Deos atq; amicos ijt salutatum ad forum. Terent. in Eun. Hęc est, quam miles à me nunc ereptum uenit. Cicero lib. iij. de orat. Imusne sessum? & si admonitum uenimus te, non flagitatum. Liui. lib. 4. Legati ab Roma uenerunt quæsitum iniurias, & res repetitum. Idem lib. 7. Samnites oppugnatum non ueniunt. Idem lib. 28. Gratias actum nos Saguntinus Senatus ad vos misit. Cicero in Pisonem, ad Gn. Pōpeium multi mortales oratum, obsecratumque uenerant in Albanum, ne fortunas meas desereret. Catul. Varrus me meus ad suos amores uisum duxerat. Verg. in 2. Aen. Aut Graijs seruitum matribus i bo. Rursus, Suspensi Euripilum scitatum oracula Phæbi mittimus. Idem lib. iiij. Geor. Venimus huc lapsis quæsitum oracula rebus. Terent. Missa est illico ancilla obstetricem accersitum. Nota supina in um, etiam uerbis motum latentem indicantibus adhærent, qualia, Do, Admitto, Ago, Duco, ut uænū dedisti libros tuos. Do filiam nuptum mercatori. Omnes spectatum admissi sunt. Verg. in Buc. Et potum pastas age Tityre. Sal. in Bel. Iug. Legatos ad Iugurtham de iniurijs questum misit. Idem, non mea culpa sæpe ad uos oratum mitto. Teren. Daturne illa Pamphilo hodie nuptum? Horat. in arte poet. Spectatum admissi, risum teneatis amici? Idem in Epist. vij. Tandem dormitum dimittitur. Sum admissus spectatum spectacula. Verg. Venatum Aeneas, unaque miserrima Dido in nemus ire parant. Sic propero, maturo, uisum matrem meam. ubi bellè subauditur infinitum ire: ut sit sensus, ire uisum.

Quis

Quis hic ambiget, in gerundij capite dictum est; Gerundium iungi uerbis significantibus motum, supinum in um, nuper huiusmodi uerbis quoq; iungi annotauimus; num nā Gerundium, & Supinum sint idem necesse est? Non, uerùm hoc interest; supinum in um uerbo motum ad locum significanti tantùm hæret: ut eo cubitum, Eo cænatum. Oratores ueniunt petitum pacem. Eo, tendo, uado uenatum: Gerundium uerò & uerbo motum statumque dicenti adhæret cum adiectiuis, ut idoneus ad currendum: uenisti ad exhilarandum nos. Sedeo ad cænandum. sto ad loquendum. non sedeo cænatum, sto locutum; secundam Priscianus differentiam docet inter amandum, quod est gerundium, & amatum, quod est supinum. quòd amandum necessitatem amoris significat, amatum uerò imitationem ad amorem innuit. hanc differentiam Valla reprobat contra Priscianum. de hoc finem facio.

Sequuntur modò alterius formæ supina; Hæc igitur desinunt in u, & habent semper passiuam significationem, hoc sensu. Amatu, ad amarsi, di amarsi, & di esser amato. Cadunt eiusmodi supina uerè à uerbis actiuis, communibus, à neutris, & à deponentibus raro. vt sum dignus amatu. Res miserabilis uisu. dignum factu. i. ut amer; ut uideatur, ut fiat. Quam constructionem seruant? Construuntur à fronte cum nominibus adiectiuis, uel habentibus uim adiectiuorum, nullum post se casum regunt. ut turpe dictu, optimum factu. Mirabile visu, difficile creditu. Nefas est factu, fas auditu. Hic locus est difficilis intellectu, pulcher autem scitu. Est turpe dictu, & obscænum auditu. difficile dictu, quanto in odio simus apud exteras nationes. Hæc etiam auditu acerba sunt. Difficile dictu, quantopere conciliet animos hominum comitas sermonisq; affabilitas. Vua primò per acerba est gustatu, mox matura dulcescit. Verg. 1. Aen. Infert se septus nebula, mirabile dictu. In eodem paulò ante, in breuia, & syrtes urget, miserabile uisu. Idem Geor. lib. 3. Nec uisu facilis, nec dictu effabilis ulli. Plin. Acipenser piscis rarus inuentu. Horat. serm. lib. 1. Saty. 4. Sapiens uitatu, quidque petitu sit

melius cauſſas reddet tibi. Plaut.in pen.Modus omnibus in rebus optimus eſt habitu. At ſi habuerint ablatiuum conuertuntur. non dices, tu es dignus amatu ab omnibus. uſu, ac conſuetudine reclamante. licèt rectè dixeris, Dignus es ut ameris ab omnibus. Dignus celebrari, ut celebreris, uel celebrãdus Homero. uel potiùs ablatiuus regatur ab adiectiuo acquiſitiuè, ut erit nobis turpe dictu.i.ut dicatur à nobis. Quiſq; putat hæc ſibi facilia factu. Attamen non latinè dicas, dignus amatu mihi; quia dignus non admittit datiuum. Sunt hæc mihi digna ſcriptu, uel ſcribi, uel ut ſcribantur, uel ſcriptione mea, uel ad ſcribendum. Et puer ipſe fuit cantari dignus. Verg. Et erat tum dignus amari; uel dignus es, qui amere, honorere.

Quid intereſt inter ſupina in u, & nomina quartæ declinationis, quibus in uoce ſunt ſimilia ?Hoc, quia quædam illorum ſenſus corporis ſignificant, qualia uiſu, auditu, ſimilia; præterea ſubſtantiua hæc ſunt ablatiui caſus; copulantur adiectiuis; regunt caſus; reguntur à uerbo, uel à participio interpoſita etiam præpoſitione. Supina uerò contra. neque enim alicuius ſunt caſus, neque caſus regunt; nec à uerbo, uel à participio reguntur, niſi ab adiectiuo ſine præpoſitione cum quo paſsionem ſubſtantiuo conuenire ſignificant. unde cùm dicimus, tu es dignus gubernatu, ut ſit ſenſus, ut guberneris, uel gubernari dignus. At uerò ſi nomen eſt quartæ inflexionis, & pro gubernatione ponitur. Sic, tu es dignus magno gubernatu, dignus gubernatu Reipub. gubernatu multùm proficis. receſsit ex gubernatu. In quibus omnibus conſtat gubernatu eſſe nomen, flectitur gubernatus, tus, tui. & ponitur pro gubernatione. hunc ſenſum habent cum ſtructura hæc etiam uiſu, auditu, tactu, cultu, gubernatu; & cætera talia.

Quia uerò ſupina in u, paſsiuè ſignificant; ideo ab abſolutis & deponentibus rara ſunt iuuentu; ut ſtatu, curſu, ſeſſu, dormitu. pleriq; his imperſonaliter utuntur. ut iucundum eſt hic ſeſſu; hoc eſt ut ſedeatur. dignum curſu.i.ut curratur. uerùm quia hæc doctis non legi uſurpa-

ta,

ta: nemo igitur me quidem authore usurpauerit. Sic uenatu, imitatu, quæ sic conuertuntur: ut io ho bisogno di esser aiutato dalli amici. Ego egeo auxilio amicorum; uel ut mihi auxilientur amici. Tu non es dignus consolatione mea, uel quem ipse consoler. Carminum ratio difficilis est, quam pueri doceantur. Dignus es, cui seruiamus, uel cui seruiatur à nobis. Legis præcepta facilia sunt, quæ quilibet doceatur. Et similia persæpe supina in u, à neutris, & à deponentibus apud bonos authores leguntur in actiua significatione; Liui. Est salubre, documenta intueri, unde tibi, quod imitere capias; unde fædum exitu, quod uites i. ut exeat. Rursus, eo tempore in Regia prodigium uisu, euentuque mirabile fuit. i. ut eueniat. Plin. Omnia tarda prouentu. Idem, Occursu terribilis. Vale. Opera ardua imitatu. i. ut alij imitentur. Quod ipse imitari nolim.

Contendunt Grammatici, sin supina in u, uerbis de loco significantibus motum rectè iungi queant; quod Laurentius reprobat. non rectè dixeris igitur, uenio uisu spectacula, nec de uidendis spectaculis, sed à spectaculorum uisione. nec uenio lusu, sed à ludo; quamuis Priscianus aliter sentiat. quod si legitur, usurpari non debet; talis namque sermo recessit ab usu, nec nos imitari debemus; uel potiùs sunt nomina. Cato de Re rustica; Primus cubitu surgat, postremus cubitum eat. i. à cubatione, cubitu. Stat. Nunc uenatu rediturum. i. à uenatione. ubi supinum pro nomine poni asserunt Laurentiani: at uerò nomen pro nomine situm; Dixi.

D. VITI CHIAPPISII, SACCENSIS,

Grammaticarum institutionum LIBER SEXTVS.

¶*De specie Verborum*.

DEFECERAT penè in his faucibus leuis nostræ cymbulæ impetus; quia tegi cœlum nubibus atris, solis præclarum deficere iubar, turbari flantibus aera uentis: fulminaque Iouis audiri cæptum est. Ex hoc igitur litore cymbæ prora soluenda est; vt rectiùs secundo spirante uento, eò deuehar, quò concupiscit animus: quod quidem tunc comperisse reor, dum eũ compereo, quẽ primùm ducem elegerunt priores: vt ab eo initio sumpto debito libelli huius rei quidem literariæ, possim ordine tutus in posteriora, ulterioraque procedere. labori huic igitur nostro is desuper auxilium infundat, qui omnibus charis suis abundè uelle dedit, & perficere: ipseque me de maris latinitatis amplissimi scabrosis litoribus, eiusdemque profundissimis gurgitibus eripiat, qui Petro in medijs undis mergi incipienti modicæ fidei (dixit) quare dubitasti? Ipse inquam in optatum exitum æquor immensum aperiat.

Regina dicendi consuetudo duas verborum qualitates statuit; quarum altera est (teste Lanciloto) perfecta, & absoluta: altera quæ imperfecta & non absoluta. uerborum ea perfecta absolutaque est qualitas illorum, quæ semel, perfectè, & absolutè nos aliquid aut facere, aut pati ostẽdunt. Qualia, lego, amo, frigeo, doceo, curro, seruio, & mille

mille id genus. Imperfecta autem eorum est qualitas, quę oppositum habent, qualia, frigesco, uendito, petesso, lecturio, sorbillo; quæ ab illis aliena sunt significatione. Quá differentiam graphicè Terentianus interpres Donatus expressit ibi, Lana ac tela uictū quæritans. Ait enim, quæ rit uerè, qui ad plenum, & perpetuum reponit. Quæritat autem, qui uix quotidie inquirendo uictum inuenit. Horum profectò multiplex genus; scilicet inchoatiuum, desideratiuum, frequentatiuum, meditatiuum, diminutiuum, imitatiuum, apparatiuum, denominatiuum. de quibus quid ipse sentiam, summatim edisseram. Super uerbis in sco quid certent triuiales, penitus ignoro; alij.n. hæc uerba inchoatiua, alij exercitatiua, alij augmentatiua. Verùm ueteres hæc inchoatiua appellarunt, non ꝙ inceptionem tantùm adsignificent, sed quia rem inchoatam, futuram tamen demonstrant, uimq; inchoandi habent in effectu, quæ motu sensim conualescat, auctuque ipso finem acquirat. Nam si horreo dicam, absolutum est perfectumque.i.sum in horrore, uel sum horrens, uel mę horror habet. At horresco iam finitum, uel absolutum nō est; uerùm quid hoc? nisi quòd horror sensim fit grauior? Cicero scribens ad Brutum, ingrauescit (inquit) in dies malum intestinum. quid hoc sibi vult? nisi quòd malum intestinum fit grauius in dies? Verg. Horresco referens.i. etiam referens horrere incipio. Germana etiam (secundū aliquos) ac uera istorum uerborum interprætatio est, per uerba composita à fio: ut Calesco; idest calefio, uel magis caleo. Horum uerborum duplex origo. Alia ex uerbis ut plurimùm sui passiuis, à secundis personis singularibus præsentis indicatiui, addita co, ut Caleo, cales, Calesco. Horreo, horres, Horresco. Non tamen ex omnibus; quorum enim passio innata absoluta non est natura, sed aliunde, quia dicimus gaudeo bono tuo, egeo pecunijs; ab his nulla fiunt inchoatiua, cuiusmodi Egeo, Careo, Gaudeo, Mæreo, Abundo. Ab actiuis pauca, ut augesco ab augeo, & integrasco ab integro. Alia oriuntur ex appellationibus, ut flammesco à flamma. Lapidesco à lapide. Syluesco à sylua. Sterilesco à sterile. Hæc uerba neutra sui passiua

sunt,

ſunt, tertię coniugationis, carent pręteritis, atq; ſupinis, niſi arte reſarciantur, per primitiua. Diomede authore, & antiquorum opinione, ideo inchoatiuus dicuntur cærere præteritis, quia abſurdum eſt ea, quæ inchoantur, præterito deſinere, & mox futurum inchoatiua declinando eſſe monſtrare. nec enim poteſt, cùm tota uerbi ſpecies inchoatiua dicatur, alia tum ex parte finitiua uideri; ut perfectum tempus admittat. quod Diuus Aug. in Grammatica probat; nam (ait) quæ inchoamus, adhuc perfecta non ſunt. Sed quæ? Hæc.

Caleſco	caleſcis.	Tepeſco	tepeſcis.
Frigeſco	frigeſcis.	Areſco	areſcis.
Pingueſco	pingueſcis.	Palleſco	palleſcis.
Macreſco	macreſcis.	Horreſco	horreſcis.
Miteſco	miteſcis.	Matureſco	matureſcis.
Caneſco	caneſcis.	Iuueneſco	iuueneſcis.
Seneſco	ſeneſcis.	Labaſco	labaſcis.
Obdormiſco	obdormiſcis.	Mireſco	miſereſcis.
Igneſco	igneſcis.	Contremiſco	contremiſcis.
Expaueſco	expaueſcis.	Deliteſco	deliteſcis.
Sordeſco	ſordeſcis.	Hylareſco	hylareſcis.
Rareſco	rareſcis.	Floreſco	floreſcis.
Reſciſo	reſciſcis.	Dulceſco	dulceſcis.
Sterileſco	ſterileſcis.	Adhæreſco	adhæreſcis.
Concupiſco	concupiſcis.	Augeſco	augeſcis.
Herbeſco	herbeſcis.	Grandeſco	grandeſcis.
Lapideſco	lapideſcis.	Lenteſco	lenteſcis.
Graueſco	graueſcis.	Crudeſco	crudeſcis.
Syllueſco	ſylueſcis.	Crebreſco	crebreſcis.
Increbreſco	increbreſcis.	Flammeſco	flammeſcis.
Puereſco	puereſcis.	Pueraſco	pueraſcis.
Repueraſco	repueraſcis.	Arboreſco	arboreſcis.
Reuiuiſco	reuiuiſcis.	Gemiſco	gemiſcis.
Hiſco	hiſcis.	Dehiſco	dehiſcis.
Conualeſco	conualeſcis.	Maceſco	maceſcis.
Extabeſco	extabeſcis.	Aegreſco	ægreſcis.
Tumeſco	tumeſcis.	Rubeſco	rubeſcis.
Nigreſco	nigreſcis.	Vireſco	uireſcis.

Madeſco

Madeſco	madeſcis.	Stupeſco	ſtupeſcis.
Obſtupeſco	obſtupeſcis.	Niteſco	niteſcis.
Albeſco	albeſcis.	Splendeſco	ſplendeſcis.
Ferueſco	ferueſcis.	Liqueſco	liqueſcis.
Luceſco	luceſcis.	Torpeſco	torpeſcis.
Langueſco	langueſcis.	Turgeſco	turgeſcis.
Rigeſco	rigeſcis.	Ferueſco	ferueſcis.
Deferueſco	deferueſcis.	Frondeſco	frondeſcis.
Putreſco	putreſcis.	Tabeſco	tabeſcis.
Integraſco	integraſcis.	Clareſco	clareſcis.
Torreſco	torreſcis.	Flaueſco	flaueſcis.
Glabreſco	glabreſcis.	Dieſcit	dieſcebat.
Noćteſcit.	Veſperaſcit.	Aceſco	aceſcis.
Pigreſco	pigreſcis.	Arboreſco	arboreſcis.
Obmuteſco	obmuteſcis.	Ardeſco	ardeſcis.
Euaneſco	euaneſcis.		

Sunt quædam alia uerba, quæ non ſignificatione, ſed uoce duntaxat inchoatiua uidentur.

Paſco	paſcis.	Depaſco	depaſcis.
Compaſco	compaſcis.	Quieſco	quieſcis.
Requieſco	requieſcis.	Creſco	creſcis.
Decreſco	decreſcis.	Aſciſco	aſciſcis.
Gliſco	gliſcis.	Conſciſco	conſciſcis.
Deſciſco	deſciſcis.	Aſſueſco	aſſueſcis.
Conſueſco	conſueſcis.	Deſueſco	deſueſcis.
Noſco	noſcis.	Ignoſco	ignoſcis.
Cognoſco	cognoſcis.	Agnoſco	agnoſcis.
Recognoſco	recognoſcis.	Diſpeſco	diſpeſcis.
Diſco	diſcis.	Addiſco	addiſcis.
Ediſco	ediſcis.	Perdiſco	perdiſcis.
Dediſco	dediſcis.	Adoleſco	adoleſcis.
Poſco	poſcis.	Repoſco	repoſcis.
Depoſco	depoſcis.	Pertimeſco	pertimeſcis.

Dumeſco, dumeſcis, à dumo, ideſt ſpina, inchoatiuam quoque formam habet. At mirum ſuper hoc uerbo quàm ineptiat & hallucinetur profećtò Netinus; cuius inſanis opinionibus, uel potiùs cauillationibus dicam, refellendis paſſim quid Chiappiſius tempus conterat? uerùm hęc exibilan-

exſibilanda tam puerilis, tam puerilis(inquam)ſtultitia.
Dumeſco is, legat diobolarius magiſter, per far dumi.
Equidem miratus ſum,terram illi non ſtatim dehiſcere.
Res quidem riſu dignior, quàm confutatu: peius portò
uiro huiuſmodi contigiſſe dixerim, atq; Iotario Boetij:
is enim triginta annis ignorantiam ſuam multorum phi
loſophorum in gymnaſijs tradidit inbuendam. Cùm uerò
rò dies,ut præeſſet mediocribus,aduenïſſet,cuius uxor eſ
ſet Aeneas,dubitaſſe ſe diutiùs aſſerebat, quem in uerſuũ
Vergilij ſerenitate inueniſſet. O diſciplinam igitur Neti
ni præpoſteram,O conſilium perditum,O doctrinam ui-
tuperandam,O perfidiam inauditam,O cogitationem pe
ſtiferam, O mores barbaros. Quid plura ego ineptus?
Imò ualeat,habeat,uiuat cum illa noua ſua inſtitutione
nouus Author.

Da aliquas authoritates:Verg.Animoſaque regum cor
da licèt longè præſciſcere.Teren.Hoc uilli edormiſcam.
Idẽ,Ne tu id præſentiſceres.Idem,labaſcit uictus uno uer
bo.Idem Perij,hoc malum integraſcit.M.Cic.Diuino ali
quo animi motu concupiſcat. Næuius, fames acer auge-
ſcit hoſtibus;ubi acer genere muliebri priſcè dictum.Fu-
rius Antias, Omnia noctеſcunt tenebris caliginis atræ.
Idem increſcunt animi:uireſcit vulnere uirtus.Plin.Vini
natura nõ gelaſcit. Idem,ſi contra occidentem rubeſcunt
nubes; ſerenitatem futuræ diei ſpondent. Idem, Pubeſcit
homo ſolus,quod niſi cõtingat, ſterilis in gignendo eſt.
Idem,Capræ pinguedine ſterileſcunt. Idem,Grãdeſcunt,
quò ſępius ſarriuntur.Idem,In Sicilia quidem circa Meſ
ſanam, & Milas hyeme in totum areſcunt fontes, æſtate
exundant. Idem Augeſcunt corpora dulcibus. Quintil.
Quæ ſummo ſolo ſparſa ſunt ſemina, celeriùs ſe effun-
dunt, & imitatæ ſpicas herbulæ inanibus ariſtis ante meſ
ſem flaueſcunt.M.Cice.Equidem & in uobis animaduer-
tere ſoleo, & in me ipſo ſæpiſſimè experior; ut exalbeſcã
in principijs dicendi,& tota mente atque omnibus artu-
bus contremiſcam.Item,voluptas blanda citò euaneſcit.
Morbi acerbitas incrudeſcit.Amicitia officiorum uiciſſi-
tudine iuueneſcit. Seruant genus primitiuorum, ut Ma-

desco pluuia, quia madeo pluuia. Adhæresco tibi. Sic hæreo.

Hoc sequens uerborum genus ob actum frequentem, rerumq; iterationem assiduam, quam significat, iurè tum frequentatiuum, tum iteratiuum nuncupatur. Imperfectio uerò inde ostenditur, quia quod sæpius iteratur, semel perfectè primò actum esse haud censetur. qualia factito, legito, scriptito. i. sæpius, uel iterum iterumque facio, lego, scribo. Sunt igitur iteratiua cuncta primæ declinationis, ac suorum primitiuorum genus retinentia; formantur primò simpliciter à citeriori supino, mutatis u, & m, ultimis literis in o, ut cursum, uenditum, curso as. uendito as. uel mutatis u, & m, in i, & addita to, vt sumptum, sumptito. Vel si primæ sunt coniugationis mutant a, penultimæ syllabæ supini in i, breue, & u, & m, in o; ut imperatum, rogatum, cænatum. Imperito, rogito, cænito. Vel formantur à secunda præsentis indicatiui singularis remota s, & admota to; ut ago, agis, agito as. quæro, quæris, quærito. finiunt aliqua in to, aliqua in so, aliqua in tor, aliqua in xo. Quæ si ab actiuis nascuntur ex sese passiuam uocem formant, ut ab Allicio, Allecto, inde Allector, aris. Vexo as. i. ango, seu molesto: inde Vexor, aris. Scitor autem est deponens à Scio neutro. Nec illud dissimulauerim candidissimos authores iteratiuis pro meditatiuis, uel desideratiuis nonnunquam usos. Plaut. Quid postquàm cænauimus? te dormitare aiebas, cubitũ imus. idest meditabaris, uel desiderabas dormire. Horat. lib. 1. serm. Tantalus à labris sitiens fugientia captat flumina. quid ergo? nisi quòd capere affectat desideratque sitibundus?

Curso	cursas.	Vecto	uectas.
Nexo	nexas, uel xis.	Aegroto	ægrotas.
Lapso	lapsas.	Habito	habitas.
Domito	domitas.	Increpito	increpitas.
Defenso	defensas.	Aduento	aduentas.
Ito	itas.	Scriptito	scriptitas.
Moto	motas.	Merso	mersas.
Allecto	allectas.	Allector	allectaris.

Scitor

Scitor	ſcitaris.	Sector	ſectaris
Exercito	exercitas.	Iacto	iactas.
Vendito	uenditas.	Prolato	prolatas.
Reſponſo	reſponſas.	Dormito	dormitas.
Ducto	ductas.	Dicto	dictas.
Cæpto	cæptas.	Rogito	rogitas.
Cænito	Cænitas.	Denſito	denſitas.
Actito	actitas.	Imperito	imperitas.
Volito	uolitas.	Cubito	cubitas.
Vectito	uectitas.	Hæſito	hæſitas.
Lentito	lentitas.	Curſito	curſitas.
Latito	latitas.	Sumptito	ſumptitas.
Quærito	quæritas.	Cogito	cogitas.
Fluito	fluitas.	Ferocito	ferocitas.
Amplexor	amplexaris.	Fundito	funditas.
Alito	alitas.	Agito	agitas.
Emptito	emptitas.	Factito	factitas.
Dictito	dictitas.	Defenſito	defenſitas.
Viſito	uiſitas.	Fugito	fugitas.
Noſcito	noſcitas.	Minitor	minitaris.
Sciſcitor	ſciſcitaris.	Pauito	pauitas.
Addito	additas.	Ignito	ignitas.
Reſponſito	reſponſitas.	Luſito	luſitas.
Seſſito	ſeſſitas.		

Habes ſuper his aliquas authoritates? Habeo. Cedo. Aul. Gel. Vecturaſque onerum corpore ſuo factitauiſſe. Idem comperimus autem cęteros quoque in ijsdem temporibus barbam in eiuſmodi ætate raſitauiſſe. Idem, Labeo Antiſtius iuris quidem ciuilis diſciplinam principali ſtudio exercuit, & conſulentibus de iure publicè reſpõſitauit. Idem Hermippus hoc ſcriptum reliquit, Demoſthenem admodùm adoleſcentem ventitare in Academiã, Platonemque audire ſolitum. Idem, Saturnalibus Athenis alea quadam feſtiua & honeſta luſitauimus. Val. Max. Vetiti in æde Iouis, quod priſco more factitauerant, ueſci, Tybur irati ſe contulerunt. M. Cic. Cùm his temporibus non ſanè in Senatum uentitarem, tamen ut tuas literas legi, non exiſtimaui me ſaluo iure noſtræ ueteris amicitiæ,

citiæ,multorumque inter nos officiorum facere posse,ut honori tuo deessem. Idem ipsi enim Græci magis legendi,& delectationis,aut hominis alicuius ornandi, quàm utilitatis huius forensis caussa laudationes scriptitarunt.

Idem si igitur non poterit siue caussas defensitare,siue populum concionibus tenere,siue bella gerere:illa tamẽ præstare debebit,quæ erunt in ipsius potestate,iustitiam, fidem,liberalitatem,modestiam,temperantiam, quò minùs ab eo id,quod desit, requiratur. Plin. frequenter in officinam uentitanti. Item,propè me sessitabat amicus. Amici literis non responsitaui. Venturum te mihi nuntius dictitauit. Ad audiendum Theoprastum duo milia discipulorum itabant: Verg.in multo lapsantem sangui ne nati.Quintilianus noscitarent. Cato,dolitabunt. Terentius pauitare dixit, quod noster author admittit.

Verba in so dicuntur à Prisciano desideratiua : quasi a petesso, facesso, & id genus;affectum enim ardentem, & effectum simul ostendunt.ut Cic. lib.2.Tuscul. Qui hanc gloriam petessunt,nullum fugiunt laborem. Hic petessunt,nonne ardenter qui petunt? Hæc autem Laurentius actum,notumque corporis; non mentis affectum importare opinatus, ideo potius inchoatiua uocari supputat. ut sit sensus. uiso, idest ad uidendum eo, non uidere cupio. Quale illud Tullianum ad Atticum. Cupio equidem, & iam pridem cupio Alexandriam, reliquamq; Aegyptum uisere. Hoc est(ut ait Valla)ire ad uidendum: aliter dicendum erat.uiso equidem,& iam pridem uiso.quo certè modo ne Priscianus quidem ipse loqui auderet. Vsurpamus hæc uerba (sicut de superioribus dictum est) pro primitiuis eorum;vt missi sunt legati visendi gratia, idest videndi,expone. Ita enim exponi nequit.caussa videre cupiendi : hoc verè tolerabilius, vt eant ad videndum. Sunt autem hæc verba rarissimi vsus vnicæ terminationis in sso, per duplex ss, alioqui coniugationis tertiæ, suorumque primitiuorum genus retinentior, præteritis, atque supinis non videor.

Lacesso	is	per andar à prouocare.
Capesso	is	per andar à pigliare.

Viso

Viso	is	per andar à uedere.
Accerso	is	per andar à chiamare.
Facesso	is	per andar à fare.
Leuasso	is	per andar ad alleggierire.
Petesso	is	per auidamente volere.
Arcesso	is	per andar ad accusare. ab arceo.

Probat autem author sic. Lucretius Poeta lib.3. Et similis pugnæ studio, cui dedita mens est. Corpore cum reliquo pugnam, cædesque petessat. Verg. Georg. lib.4. Haud mora, continuò matris præcepta facessit? Tacit. libro 20. periculum facessisset. Idem lib.13. Honorem capessisset. Cicero in Verrem. Negotium facessitum. Teren. Reuiso quid agant, aut quid captent consilii. Idem, Obstetricem accerso. Verg lib.6. Ille uiam secat ad naues, sociosque reuisit. Titus Liu. lib.1. facesse hinc Tarquinios, aut Corinthum. i. discede. Verg lib.viij. Nam memini Hesionæ uisentem regna sororis. ubi Laomedontiaden Priamum dixit uisentem. Cicero arcescitur Cepio maiestatis. qui enim alium accusat, à maleficijs illum arcere. i. remouere uidetur, inde arcesso ab arceo dictum uolunt, quod est remoueo. Item, mitte in Ioppen, & accersi Simonem quendam, qui cognominatur Petrus. uerbum est quartæ coniugationis; prima uerò tertiæ, & neutra nec ullam ferè formam habent; Terent. Accersi iube. est tertiæ. Idem, hic nunc facessit. ubi Lancilotus saltem implicitè mentis affectum inesse contendit, quem postmodum actus sequitur corporis. Nec ipse refragor. At uerò quærat ingeniosus lector, quid mentis affectus? quid corporis actus? paucis aduerte docebo; affectus mentis est ille, quo incitamur, & urgemur; semper ardet, & desiderat affectus, nec nisi re perfecta, unquam quiescit. Quid actus corporis? Hic nimirum, quo rem exequimur, implemusque. duo igitur his uerbis pariter significantur, & affectus mentis ardens, & effectus corporis exterior. Libuit (eruditorum dulce specimen) iustis de causis in præsenti capite de uerbis imitatiuis paucis meminisse, imperfectæ etenim sunt qualitatis. Sunt autem, quæ designant suorum primitiuorum cum quadam mutatione significa-

tum

tum. quæ imitatiua appellat Sidicinus. ut patrisso, idest more patris facio. Græcisso.i.more Græcorum facio, uel loquor. Sunt igitur.

Patrisso	patrissas.	Atticisso	atticissas.
Sicilisso	sicilissas.	Græcisso	græcissas.
Rhetoricor	rhetoricaris.	Grāmaticor	grammaticaris.
Logicor	logicaris.	Physicor	physicaris.
Theologor	theologaris.	Vulpinor	vulpinaris.
Philosophor	philosopharis.	Poetor	poetaris.
Græcor	græcaris.	Bacchor	baccharis.
Cornicor	cornicaris.	Fortuno	fortunas.
Cyathisso	cyathissas.	Pythagorisso, more philoso.	

Verba in rio meditatiua ueteres dixerunt; uerùm altior hic sensus, remotiorque, unde id nominis sibi uendicarunt, quàm pro triuialium opinione. Etenim meditari cùm discesseris à triuiali intellectu, etiam parare, ac moliri significat. ut Titus Liu. Fugam ad Romanos Demetrius meditabatur.i.parabat. Tacitus lib.4. Neq; Seianus ita Drusum fouebat, ut non in eum fęmina futuri exitij meditaretur.i.pararet, uel machinaretur. Quo sensu uerba in rio, meditatiua sunt appellata; cùm conatum quendam, molimen, apparatumque adsignificent. ut proscripturio.i.proscriptionem meditator. Laurentius autē commodiùs (inquit) desideratiua, atq; optatiua uocarentur ea, quę nominantur meditatiua, in rio; atq; hanc fuisse opinatur ueram, & germanam uerborum significationem, quam antiquitus positam posteritas deprauauit. Meditatiua à desideratiuis sic differunt. quòd illa affectum duntaxat, at hæc & affectum pariter & effectum adsignificant. quibus uel propterea imperfectio quædam significatur, quando affectus citra effectum inchoatus est. Sunt hæc uerba neutra quartæ coniugationis præteritis, atq; supinis cassa, præter Esurio, & parturio. formantur à primo supino dempta m, & addita rio, ut lectum, lecturio.i. legere cupio. studium cum uoluntate significat.

Lecturio	lecturis.	Empturio	empturis.
Micturio	micturis.	Cacaturio	cacaturis.
Syllaturio	syllaturis.	Scripturio	scripturis.

Amaturio	amaturis.	Parturio	parturis.
Esurio	esuris.	Cænaturio	cænaturis.
Nupturio	nupturis.	Proscripturio	ꝓscripturis.
Dicturio	dicturis.	Obligurio	obliguris.
Scaturio	pro Scateo.		

Cicero pro Mur. Ego togatus uobis adiutoribus, hoc quod conceptum respublica periculum, consilio discutiam & comprimam. Idem ad Atticum, Syllaturit animus eius, & ꝓscripturit. i. ut Sylla desiderat, & ꝓscriptionẽ cupit. Varro lib. 2. Re. Rust. Te empturientem in cãpos macros abducunt crebrò pedes. i. te uolentem, prop ensumq; ad emendum. Martia. lib. 2. In omnibus Vacerra quòd cõclauibus Consumit horas, & die tota sedet. Cænaturit Vacerra, non cacaturit. hoc est, cænare non aluum exonerare appetit Vacerra. Macro. li. 2. Perge Auiene, ne ultra te dicturientem retardem. Apul. Si claro nupsisset, homini rusticano, & decrepito seni iam olim nupturisse. Terent. Nos esurituros satis. Scaturio pro primitiuo ponitur scateo; quod est non solùm aquarum, sed herbarum, cæterorumque sua sponte ubertim nascentium.

Aliud uerò imperfectæ uerborum qualitatis genus, quæ ideo diminutiua dicta sunt, quòd à suis primitiuis diminutionem nescio quam adsignificant. qualia, Sorbillo, Vacillo. Sorbillo igitur exponendum, non paulatim hunc sorbillans produco diem, potum fermè cõtinuans; At uerò haustillans, uel haustillatim sorbens, & per parua interualla minutim bibens. Ea etenim horum uerborum natura, ut minutias nescio quas præ se ferant. unde Catul. Manusque mollicellas insta turpiter tibi flagella conscribillent. quid conscribillent? paruis minutisq; uibicibus manus insigniunt. formantur autem à prima persona indicatiui cuiusuis coniugationis ultima litera in illo conuersa. ut sugo, sugillo. quæ uerò à secunda coniugatione cadunt, e, & o, mutant, ut sorbeo sorbillo. i. paulatim, uel minutim sorbeo. plerunq; tamen à nomine ueniunt; ut à uento uentillo; secundùm Lancilotum, secundùm alios uerò à uento uentas. Scintillo à scintilla. Vacillo à uaco. i. incõstans sum; uel à uaccia, cui in exterio-

rem

rem partem pedes uel crura flectuntur. Sunt porrò hæc uerba primæ coniugationis,& generis retinentia primitiui,inuentuque rarissima. Refocillo enim formam quidem diminutiuamhabet, uerùm à significatione iam pridem abscessit. Suntque qui huic generi agglutinent Pitisso,quod est non haustillatim bibo,sed potiùs tentandi caussa paululum uini gusto. Quale Terentianum illud, in Heaut. Pitissando, modò mihi quid uini absumpsit? Cauillo uel cauillor] est irridere. Haustillo] minutim exhaurire. Conscribillo] est percutere paruis uibicibus. Ventillo.] est afficere uento. Sugillo] est, ex percussione carnem maculare. significat etiam deridere,detrahere,accusare,damnare,& reprehendere. Titillo]est per blandimenta prouocare tangendo sub alis. Lallo] infantium est, ubi irati mammas nolunt sugere. Cantillo] est summissa uoce canere. Nouello] est nouas uites plantare, teste Lanciloto: reliqua uerò desiderantur ingeniose puer.

Sorbillo	sorbillas.	Cauillo	cauillas.
Cauillor	cauillaris.	Haustillo	haustillas.
Conscribillo	conscribillas.	Ventillo	uentillas.
Sugillo	sugillas.	Scintillo	scintillas.
Vacillo	uacillas.	Titillo	titillas.
Cantillo	cantillas.	Nouello	nouellas.

Verba hæc apparatiua dicuntur;quæ primitiuorū suorum quandam apparentiam adsignificant.Oriuntur autē à uerbis qualitatem significantibus.Cæterùm formantur à secunda persona indicatiui secundæ declinationis postrema uocali in i,conuersa,& s,in co, ut Nigreo nigres, nigrico. Albeo,albes,albico.i.appareo niger,albus: uel sum aliquantulum niger,& albus.Aliqua uerò non apparentiam,rem ipsam significant,& formantur tertię à coniugationis uerbis mutata s,in co, ut à uello, uellis, uellico.Horat.Nec prata canis albicant pruinis.Apul.Splendicant gemmæ. Propert. Te uellicet. Cicero in quarto Tuscul.fodicantibus,inquit.Idem de nat.Deo. Suas partes nutricant. Colum.Porcus nutricandus. Omnia apparatiua uerba sunt primæ coniugationis,genus primitiuorum seruantia: sunt autem inuentu rarissima,nec frequen

ter eruditioribus usurpata, Quicquid uulgus somnia Triuialium.

Albico	albicas.	Splendico	splendicas.
Fodico	fodicas.	Nigrico	nigricas.
Vellico	uellicas.	Nutrico	nutricas.

¶Postremum uerò eiusmodi uerborum genus denominatiuum. Denominatiua uerba sunt igitur, quæ à nominatiuis, uel à nominibus nascuntur; & significant imitationem, seu primitiui sui morem; inde etiam imitatiua seu moralia dicuntur ac circunferuntur: fiunt præcipuè à substantiuis nominibus. formantur etenim à singulari ablatiuo extrema litera in i, uel in is, conuersa, & addita zo, seu so, ut à patre patrizo, patrisso. Imito, faccio come mio patre. à Græco græcizo, uel græcisso, uel græcor aris. parlo greco, imito, faccio come lo greco. At uerò si ueniunt à nominibus secundæ declinationis interdum sumunt r, interdum nō in ablatiuo, ut à frumento frumentor, aris. idest eo captum frumentum, à pabulo pabulor. & quæsitum pabulum. Verùm si cadunt à nominibus tertiæ declinationis mutant r, in or, uel in o, ut à pisce piscor. ab hyeme hyemo. ab rege tamen fit regno interposita n, caussa euphoniæ, uel ut differat à rego. Sin autem à nominibus primę declinationis fuerint deducta, mutant a, in or, uel in o, ut ab aqua, aquor aquaris. i. eo captum aquam. à fortuna, fortuno as, quod est augeo. sunt autem hæc uerba primæ coniugationis.

Rusticor	rusticaris.	Aero	aeras.
Hyemo	hyemas.	Aestiuo	æstiuas.
Pabulor	pabularis.	Aquor	aquaris.
Radicor	radicaris.	Focillo	focillas.
Refocillo	refocillas.	Perendino	perendinas.
Exhæredo	exhæredas.	Pernocto	pernoctas.
Regno	regnas.	Auro	auras.
Inauro	inauras.	Hyberno	hybernas.
Aestuo	æstuas.	Frumentor	frumentaris.
Lignor	lignaris.	Marito	maritas.
Crastino	crastinas.	Supero	superas.
Architector	Architecta ris.	Armo	Pampino.

Nota ingeniose lector; nobis non licet noua uerba effingere, sed tantùm utendum censeo usitatis, & usurpatis apud bonos authores. Etenim usu uocabula ualent, sicut nummi. Plin. lignatum pabulatumque progressos. Idem frumentatum dimissi. Colum. Firma maritabis. Aulus Gel. Lignantur, pabulantur, & aquantur. Cic. Patrimonium Dij fortunent. Idem de orat. Solitum rusticari. Persius. Cornicaris ineptè. Plin. frumenta multis radicantur fibris. Ego si quidem, ut de his inueni & legi, ita conscripsi: Atque hæc de uerbis imperfectæ formæ satis.

D. VITI CHIAPPISII, SACCENSIS,

Grammaticarum institutionum LIBER SEPTIMVS.

De Aduerbijs localibus.

EXPLETA iam optima (ut opinor) uerborum parte, hoc consequens est negocij, de aduerbiis, quæ ipsa proximum à uerbis sibi locum iure uendicant, quòd eorum determinantia meminisse. Etenim quare inuenta aduerbia? nisi profectò uerborum semiplenas illimitatasque naturas ex sese compleant, & determinent. Quid ultra? Si quidem aduerbiorum munus pernotare uolueris, quasi huiusmodi id comperies; cuiusmodi eorum hominum, qui alienæ sermonem linguæ interpretantur. Propterea quòd quid homines sentiunt, non id apertè satis multis in locis explicatur; nisi uerbis aduerbia quidem ea adiungantur, quæ cùm eius rei, de qua agitur, sint bellè accommodata, rectum vtiq; hominis conceptum explicant. Ea igitur aduerbiorum (reiectis cunctis alijs) subit discutienda modò species: quæ uerbum ad loci significationem adstringit, propterea rectè localia appellari. Is ergo ceu de more consueuit, cœptis meis secundè aspiret, qui naufragantibus discipulis in stagno Gnasareth, uentis imperauit benignus & undis.

Sunt quando Iano cuncta ferè natura simillima, etenim indidem principium finemq; utriusq; termini profectoque complectuntur, quale aduerbium locale celebrant

brant Latini. Id autem (cur porrò ab eius diffinitione nõ exordium sumam?) est, quod verbum determinat, impletque locali significatione. Estque (ut aiunt) genus sub alterum. nam si illud aduerbio in communi, superioriq; comparaueris, species sine controuersia erit: sin autem suis inferioribus, profectò genus, habet nanq; sub se sex aduerbiorũ species. cuiusmodi, vbi, quò, vnde, quà, quorsum, & quousque. Quorum omniũ primum, nempe, vbi tantùm in loco, hoc est permanentiam, statumque significat. Reliqua cuncta motum, verùm alio, & alio modo. Nimirum Quò, motum ad locum, Vnde, motum de loco, Quà, motum per locum, Quorsum & Quousque, non alium fermè motum à quo, nisi quòd eundem quodammodo adauctum, limitatumque ostendunt: propterea quòd illud, quò, dicit & uersum, hoc uerò quò & usq; eque significat. Ex quibus omnibus facilè colligitur omnia aduerbia localia vel statum significare, vel motum. Hìc profectò quis ambiget, vbi cur primum sibi locum adsciscit? Nimirum, quia omnis localis fit de statu ad statum; de loco ad locum. Sunt enim omnibus in rebus, asserunt Platonici, principia pariter & fines. Huic igitur succedit quò, quia omnis actio, vel motus est propter finem. Etenim sicut vbi principij, ita quò finis rationem obtinet. Vnde tertiò, propterea, quoniã nullus fiat accessus, nisi facto iam recessu. Quà postremum sibi uendicat locum, atque eam ob rem, quando nullus ferè potest intus fieri, nullaque prorsus fiet itio, nisi per congruum medium. Illud quoque admittam ingeniose lector, Ad motum localem quatuor necessariò exiguntur, si M. Varroni credimus nimirum Locus, Corpus, Actus, & Tempus. Principiò igitur locus exigitur, ut fundus, & est totius fundamentum motus; alioqui unde localis diceretur? Tum, Corpus, propterea quòd per locum nihil quidem, nisi res corporea, cui soli motus actio competit, moueri queat. Tertiò, est Actus: quid enim locus, & corpus, nisi hoc per illum agatur? Postremò tempus, ut motus omnis mensura, ceu naturantium schola docet. Hæc rescripsi ex Mercurio Maiori.

Prædictorum autem sex aduerbiorum generum apud authores celeberrimos quadruplex extat usus. Aliàs certnere est interrogatiuè posita, nimirum vbi per ea quempiam rogamus. Quale Terentianum illud in Adelp. Vbi est ille Milesius? Et Plinianum in Epist. Studes tu inquam? Vbi? Mediolani. Aliàs, Relatiuè, cùm certus quis locus antecedens suo nomine expressus repræsentatur, Quale illud Tullianum ad Att. Oro, vt Vibonē venias, quò conuerti iter meum. Horat. Ser lib. primo. Tendimus hinc rectè Beneuentum, vbi sedulus hospes. Aliàs, Redditiuè, cùm aliqua duo aduerbia relatiua, mutuò se se referentia, eundem locum indiscretè, infinitèque ad significant. Cic. ad Ap. Non modò ibi fuisti, vbi quàm primùm videre posses, sed eò discessisti, quò ego te ne persequi quidem triginta diebus possem. Postremò, infinitè, cùm nullum determinatè locum dicimus, sed quasi locorum ignari effamur quod verè nescimus. Cicero ad Att. Quà, aut terra, aut mari persequar eum, qui ubi sit, nescio? Ter. Nescio unde eam.

At modò singulorum generum sua cuiusque familia ex optimo latinitatis collegio collecta paucis nobis recensenda est. Singulaque huiusmodi fert animus singulis bonorum virorumque illustrium exemplis fulcire citra (quod minimè precium est operæ) legentium fastidium atq; munire. Hìc igitur omnia aduerbia in suas classes, verbis etiam adhibitis, obseruentur. Quare, Hìc, qui, in questo loco. Illic] la, inquello loco. Istic] lì, in cotesto loco, Intus] dentro. Foras] fora. Vbi] doue. Vbinam. doue già? Ibi] lì, in quello loco. Inibi] in quel medesimo loco. Ibidem] là medesimo. Alibi] in altro loco. Alicubi] in qualche loco. Alterubi] ò nell'uno, ò nell'altro loco di dui. Iter ibi] tra questo mezzo. Vsquam] in alcun loco. Vspiam] in alcun loco. Non nusquam] in alcun loco. Sicubi] se in alcun loco. Necubi, Nuncubi, Nullibi. Nusquam?] in nessun loco. Peregre] lontano. Passim] per tutto. Vbique] in ogni loco. Nusquàm non] in nissun loco, & est minitantis Vbiuis] doue voi. Vbilibet.] doue ti piace. Vtrobique] all'un, et all'altra parte.

Neutro-

Neutrobique] ne in una, ne in altra parte. Vbi Vbi] doue doue. Vbicunque] doue si uoglia. Nusquam tuta fides] al mondo non ci è fede. Vterubi] in qual di dui lochi. Nuncubi?] dimme donde? Nec ubi] accioche in nissun loco. Neutrobique] ne in l'uno ne l'altro loco. Vulgo] in ogni parte. Vesperi] al tardi. Tempori] per tempo. Sorti] per sorte. Luci] di giorno. Supra] di sopra. Superius] più sù. Inferius] più giù. Infra] giuso. Hæc igitur referuntur ad vbi. quibus accedere quoque possunt, intra, extra, infra, supra, ultra, citra, ante, post, tam præpositiones, quàm aduerbia: verbisque in loco significantibus adhærent, quæ subscripsimus. Sum, maneo, habeo, habito, hyemo, hyberno, Aestiuo, Exulo, diuersor, moror, negotior, philosophor, villicor, Rusticor, vigilo, Sedeo, dormio, & id genus.

Aduerbia secūdę classis, Huc] quà. Illuc] là. Illo] la. Hoc] là. Istuc] in cotesto loco. Istò] in cotesto loco. Intro] dētro. Foras] fora. Eò] là. Eodem] la medesmo. Aliò.] in altro loco. Aliquò in alcun loco. Quoquā] in alcun loco. Quopiā] in alcun loco. Vsquā] in alcun loco. Vspiam] in alcun loco. Si quò] se in alcun loco. Nequò] in nessun loco. Nequoquam] in nessun loco. Nusquam in nessun loco. Quouis] doue uoi. Quolibet] doue ti piace. Vtro] à qual dili dui lochi. Vtroque] nel'uno & l'altro loco. Neutrò nell'uno e nell'altro loco. Neutroque] idem. Quoquò] doue si voglia. Alterutro] ad un dili dui lochi. Quò?] doue? Quonam?] Idem. Supra] di sopra. Superiùs] più su. Inferiùs] più giu. Infra] giù. Peregre] lontano. referuntur ad quò: & uerbis significantibus motum ad locum adhærent. Qualia hæc, aliàque. Eo, Adeo, uado, tendo, uenio, accedo, concedo, commeo] meo, pergo, mitto, migro, commigro, proficiscor, aggredior, ingredior, introgredior, Regredior, Redeo, peruenio, iter facio, confero, recipio, remigro, curro, labor, nauigo, & mille id genus.

Aduerbia tertiæ classis, Hinc] di qua, da costa. Illinc] dalla. Istinc] dal loco, da cotesto loco. Intus] da dentro. Foris] da fora. Inde] dall a. Indidem] dalla medesmo.

Aliunde

Aliunde] de altro loco. Alicunde] da alcun loco. Necunde] non da alcun loco. Sicunde] si da alcun loco. Vnde unde] da qualunche loco. Vndecunque] da qualunche loco. Vndique] da ogni loco. Vndelibet] donde ti piace. Vndeuis] donde voi. Vtrinque] d'una parte & l'altra. Neutrinque] ne dall'uno & l'altro loco. Indidem] dalla medesmo. Peregrè] da lontano. Vndenam ? da onde ? Inde inde] da quello medesmo loco. Supernè] dalla parte di su. Inferne] dalla parte di sotto. Intrinsecus] da dentro. Extrinsecus] da fora. Radicitus] dalle radici. Stirpitus] dalli stirponi. Funditus] dalli fondamenti. Medullitus] dalle medolle. Publicitus] publicamente. Humanitus] da homo. Diuinitus] da Dio. Antiquitus] da tempo antico. Cominus] di apresso. Eminus] di lontano. Longè] da lunga. Cælitus] dal cielo. quanquam aliqui reclament; referuntur ad unde, & uerbis motum de loco significantibus adhærent. Qualia, Venio, Eo, cedo, recedo, discedo, migro, abeo, digredior, do, proficiscor, labor, Absum, disto, abscedo, descendo, egredior, regredior, redeo, reuertor, Exeo.

Aduerbia quartæ classis, Hàc] per qua. Istac] per loco. Istà] per cotesta parte. Illac] per la. Illà] per là. Ea] per là. Eadem] per la medesmo. Alià] per altra uia. Rectà] dritto dritto. Aliquà] per alcuna via. Aliquapiam] per alcuna via. Si quà] si per alcuna via. Nequa] che non per qualche via. Quanis] per doue voi. Qualibet] per doue ti piace. Vtraque] per l'una e l'altra parte. Supra] di sopra. Infra] di sotto. Nullà] per nissuna via. Neutraque] ne per l'una ne per l'altra parte. Quaquà] per doue si voglia. Quacunque] per doue si voglia. Quaque] per ogni loco. Quanam ?] per doue ? Nunquà] per doue ? Nusquam] per nissun loco. Intus] per dentro. Foris] per fora. Dextra] per la parte destra. Sinistrà] per la parte sinistra. Leuà] idem. referuntur ad Quà, Et uerbis motum per locum significantibus adhærent. Qualia, Transeo, Quæro, Decedo, Mano, Veho, Duco, persequor, vagor, Circuncurso, video, fugio, euado, elabor, facio iter, prætereo, Eo, redeo.

Ad-

Aduerbia quintæ classis, Horsum] verso qua. Istorsum] uerso cotesto loco. Illorsum] verso la. Aliorsum] uers'altro loco. Aliquorsum] vers'alcun loco. Quorsumcũque] uerso doue si voglia. Quorsumuis] uerso doue uoi. Siquorsum] Si uerso alcun loco. Nequorsum] uerso nissun loco. Sursum] uerso sù. Deorsum] uerso giù. Dextrorsum] uerso la parte destra. Sinistrorsum] uerso la parte sinestra. Quoquouersum] uerso doue uoi. Quorsumquorsum] uerso ., Neutrouersum] uerso nell'uno nell'altro loco. Vtroqueuersum]uerso l'una &l'altra parte. Vtrouersum] idem. Retrorsum] uerso dietro. Antrorsum] uerso innanti. Introrsum] uerso dentro. Extrorsum] uerso fora. Foras uersus] idem. Quorsum libet.] uerso doue ti piace. Rursum] di nouo. Quouersum] uerso qualche loco. referuntur ad Quorsum; Et uerbis motum ad locum significantibus adhærent. Qualia uado, Eo, tendo, nauigo, pergo, gradior, curro, prodeo.

Aduerbia vltimæ classis, Hucusque] fin qui, o, a questo tempo. Istucusque] fin a cotesto loco. Istousque] Idẽ. Illucusque] fin la. Illousque] idem. Eousque] fin là. Aliquousque] fin a qualche loco. Tantisper] fin à tanto tempo. Quantisper] fin à quanto tempo. Quousque libet] fin a che tempo ti piace. Quousque uis] fin a quando uoi. Introusque] fin dentro. Forasusque] fin fora. Hactenus] fin qui. Referuntur ad quousque; Et uerbis motum ad locum significantibus adhærent, Qualia, eo, & similia.

Affectationis postulandus non est is, qui relicto sermone vulgari eruditiores imitatur. Etenim quò propiùs latinitatem intueor, hoc magis perspicio: Eam nec quicquam esse, quàm certum loquendi modum: quem summi Romanæ linguæ architecti probent. Id autem est, quòd aduerbia quædam loci, vt ubique, nusquam, ubicunque, vbiuis, ubilibet, quoquo, vbinam, & hæc quatuor interrogatiua locorum, quò, qua, ubi, & vnde, hos admittunt genitiuos, locorum, terrarum, & gentium. ut vbi gentiũ? vbi nam gentium? usquam gentium, nusquam gentium, vbiubi gentium, vbiuis gentium; ubi terrarum? ubi locorum?

corum? ubicunque terrarum, vbique locorum, quò gentium, quò terrarum, quò locorum, aliquò terrarum, quo quò gentium, quoquò terrarum; vnde gentium, qua terrarum, & mille id genus; Quæ omnia apud Plautum, Terentium, Ciceronem, Horatium, Liuium, & Gel. prudentissimos latinæ linguæ architectos cernere est. Terent. fratrem nusquàm gentium inuenio. Plaut. ubi mea amica est gentium. Idem, ubi terrarum? ubi gentium hominem reperiam? Terent. Multò malo filius abeat quouis gentium. Plaut. Quoquò hinc abducta est gentium. Cicer. in Ep. ad Cornificium. Nostri tyrannoctoni longè gentium absunt. Terent. Minimè gentium. quod est nequaquam. Festus, Minimè gentium. Aug. Nusquam scripturarum. Item, eousque, & eò, pro usque ad id, ut eò magnitudinis deuenit. eò sapientiæ, eò gloriæ, id est, ad eã magnitudinem, ad eam sapientiam, & ad eam gloriam. Iustinus. Qui tribus prælijs fusus eousque desperationis Spartanos adduxit. Sall. Ego patres conscripti eò miseriarum uenturus eram. Plin. Iuni. Ne se magnum aliquid adeptos putant, qui huc fælicitatis perueniunt, ut videantur. qui genitiui magis ornatus caussa, quàm sensus necessitate adiunguntur. vt ubi locorum adsunt boni? Nunquàm. Tu hoc dixisti? Minimè gentium; omnium.

De Nominibus in loco.

Rectore carentia præsens habet præceptio; verum ut distinctius institutum nostrum prosequamur, totum hoc nominum genus duas in partes mihi tribuendum est. Sint igitur alia propria urbium, oppidorum, uel pagorum: alia, prouinciarum, insularum, regionum, fluminum, montium, hominum, & appellatiua locorum. Nomina propria igitur minorum, idest, urbium & oppidorum primæ uel secundæ declinationis singularis numeri in loco significantia rectore carent, & ponuntur aduerbialiter in genitiuo, ut sum Antuerpiæ. fui Gandaui. Commoror Louanij. Vixit Romæ [uisse in Roma. Proficetur Capuæ [lege publicamente in Capua. Immoratur

Luce-

Luceriæ] ſe intertene à Nucera di Puglia. Natus eſt Nuceriæ] nacque à Nucera di Pagani.;Agit Tarenti] ſta di ſtanza à Taranto. Docet Salerni] tene Scolar in Salerno. Agit legationem Byzantij] ſta imbaſciatore in Conſtantinopoli. Exulat Crotonæ] ſta bandito in Cotrona. Hybernat Viterbij] ſuerna a Viterbo. Milites Albæ conſtiterunt] li ſoldati ſi fermarno in Alba. Romæ nihil auditur noui] à Roma non s'intende coſa di nouo. Accepi literas tuas Placentiæ.] ho receputo le tue litere à Piacenza. Dionyſius Corinthi ludum dicitur aperuiſſe.] ſi dite che Dioniſio aperſe ſcola à Corin. Tu ociatis Surrenti] tu ſtai à piacere à Sorrento. Chiappiſius lucubrauit librum Saccæ. Cicero ad App. Cùm Laodiceæ, cùm Apameæ, cùm Philomeli, cùm Iconij eſſem, omnes iam legationes erant conſtitutæ. Plerunque in ablatiuo cum præpoſitione in. Plaut. In Epidauro, pauperculam memini me comprimere. Idem alibi. In Epheſo eſt. Cicero. Nauis in Caieta parata eſt, verùm non ita uenuſtè.

Nomina propria minorum locorum tertiæ declinationis in loco ſignificantia ponuntur aduerbialiter (teſtibus Seruio, Priſ. & Acro.) non in ablatiuo, ſed in datiuo. Quod etiam dixerim de pluraliter declinatis cuiuſcunque inflexionis cùm in his datiuus ſit ablatiuo ſimilis, quanquam triuialium Schola longè doceat aliter. Quapropter concinniùs dices, Studet Neapoli] Hybernat Puteolis] Suerna à Puzolo. Accepit oraculum Delphis] ha pigliato l'oracolo in Delphi città del monte Parnaſo. Aeſtuat uel æſtiuat Pompeis] fa la eſtà alla torre dello Greco. Ociatur Stabijs] ſta à piacere à Caſtell'a mare. Dicit iura Cauis] è officiale alla Caua. Terentius natus eſt Carthagini] Athenis eloquentiæ ſtudia viguerunt.] Commoror Venetijs. Ille manet Vernoni, Narboni, Sycioni, Tyburi. Apule. in floridorum libris. Nemo Carthagini Proconſul diutiùs fuit. Plaut. In Caſ. At ego ſcio hoc fieri in Græcia & Carthagini. Item, Ego fui Piſis, Fūdis, Senis, Trallibus, Sardibus, Clazomenis, Brutijs, Termis, Pactis, Mylis; de quibus Fazellus abundè.

Nomina uerò prouinciarum, regionum, inſularum, fluuio-

fluuiorũ,montium: Et appellatiua omnium propria hominum & beluarum, in loco significantia ponuntur in ablatiuo cum præpositione,in,aut simili,ut sum in templo.Sedeo sub tecto. ambulo in foro . Habito in Sicilia, & Gallia]in franza.In Hyspania] in Spagna . In Italia] in l'Italia.In Numidia] in lo regno di Tunisi . In Bithinia] in Natalia . In Achaia] in la Morea. In Africa] in la Barbaria.In Aquitania] in la Cascogna.In Asia] in la Turchia. In Campania] in terra di lauoro. In Lucania] in Principato.in Calabria] in Calabria.In Apulia] in la Puglia.In Veseuo] lo monte di Somma.In Gauro] Gando.In Miseno]Miseno.In Rhodano] Amnis.In Rheno. In Nilo.In Imera.fluuius in Sicilia . Inueniuntur tamen nomina insularum quædam poni aduerbialiter.Terent. Mater mea habitat Rhodi . Et Paulus in Epistola ad Titum.Huius rei gratia reliqui te Cretæ,ut ea,quæ desunt, corrigas.Sunt Rhodus,& Creta,insulæ.

In propriorum nominũ tribu locãtur quatuor hęc appellatiua.Domus,Humus,Rus, & Militia. queis addere licet belli, togæ, & foci.Hæc igitur in loco significantia etiam ponũtur aduerbialiter in genitiuo, uel datiuo sicut propria.Hinc vsitatè dices. Sum domi. Ruri. Humi. Militiæ.domus secundæ inflexionis formam seruat . Etenim nulla propria ultra tertiam declinationem leguntur . Domi & togæ,pro tempore pacis. Belli , & Militiæ pro tempore belli.ut Domi & togæ simul viximus . Horat. in Episto. Me primis urbis belli placuisse domique. Plaut.Valete iudices iustissimi : domi , bellique duellatores optimi. Cic. in lib. off. Præterea quibuscunque rebus vel belli,uel domi potuerunt : rempublicam augent imperio,agris,vectigalibus.Terent. Domi locique semper strenui. Sall.Igitur domi, militiæque boni mores colebantur.Idem in bel. Iug. Quibus cibus erat caro ferina,atque humi pabulum uti pecoribus. Cicer. in Tuscu. quæst. Theodori quidem nihil interest humi ne an sublimè putrescat. Horat. in Art. Serpit humi tutus nimium, tumidusq; procellæ. Verg.lib.2.Aeneid. Pressit humi nitens . Genitiuus humi tantùm videtur ętiam plerunque

ad locum significare. ut Cape librum, qui cecidit humi. ubi humum, uel ad humum male diceretur. Verg. lib. 1. Aeneid. Nec priùs absistit, quàm septem ingentia uictor Corpora fundat humi, & numerum cum nauibus æquat. Horat. lib. 4. Carm. Primosque & extremos metendo strauit humi, sine clade uictor. Ouid. lib. 1. Meta. Vt templi tetigere gradus procũbit uterq; Pronus humi, gelidoq; pauẽs dedit oscula saxo. Statius, Sternit humi populos, miserumque exhauriet orbem. Adijciuntur ne adiectiua prædictis nominibus, vbi aduerbialiter ponuntur? Adij ciũtur præsertim huic genitiuo domi, ut sum domi meę. Quæ sunt adiectiua, quæ adijciuntur proprijs nominibus? Nec tantùm, Meæ, tuæ, suæ, nostræ, uestræ, & alienæ. ut tu superbis domi tuæ. Cessatis domi uestræ. agimus do mi nostræ. uiuit ille domi alienæ. Item, sum ruri meo. uiuit Romæ nostræ. Mortuus est Athenis suis. Mansi Venetijs meis. Cicer. lib. Rheto. ad Heren. Qui cum ista ætate & forma non alienæ domi, uolo dicere. Idem, Nonne magis cupis, sine periculo esse domi tuæ, quàm alienæ. At qui si alia adijciantur adiectiua, appellatiuorum Syntaxin obtinent. ut non dicas, sum domi magnæ, nec tu es domi pulchræ. Ille domi publicæ, aut honestæ, paternæ, maternæ, non dicimus. At uerò in domo magna, in domo pulchra, in domo publica. Doceo in Sacca digna; in otiosa Neapoli. Saccæ dignæ, nequaquàm.

Nomina tertiæ declinationis in tempore significantia ponuntur aduerbialiter in datiuo non in ablatiuo. ut uesperi, luci, nocti, tempori. Cicer. quid quo die cogitauerim, dixerim, egerim, recogitabo uesperi. Plaut. Nonne idem me luci mittere potuit. Idem, Alibi. Vt ueniamus luci, ego cras hic ero. Cic. in Philip. Quis enim audeat luci, & in militari uia. Verg. in Buc. Perdita ne feræ meminit decere nocti. Plaut. Venias tempori. Idem, Aedepol uenio aduorsum tempori. Et reliqua.

De Nominibus ad locum.

Nomina propria minorum locorum id est urbium, oppidorum, & pagorum ad locum significantia carent rectore,

ctore, & ponuntur aduerbialiter in accuſatiuo citra præpoſitionem. Vt, uado Romam. Louanium. Carthaginẽ. Athenas. Fũdos. Proficiſcor Pariſios. Veios. Cõceſsit Atellam. Aduerſam. Acceſsit Maſsiliam. Viſit Lugdonum. Apponitur & his quandoque præpoſitio accuſatiua, idque perrarò. Ad Capuam ibo. Ad Meſſanam uenit. Ad Nõm ſe cõtulit. Plautus. Geminus In Epidamnum uenit. Cicero Ad Att. Ad Capuam, uel ad Luceriam iturus erat. Idem, Ne citiùs ad Brũduſium, quàm opus ſit, acceſſerit. Idem in Philip. Exercitus profectus ad Mutinam eſt. ¶ His adduntur duo appellatiua, Rus, & Domus. Plaut. Rus miſit me pater. Idem, Abſcede ab ædibus, abi Rus. Quint. Nonnulli Rus fortaſſe mittendi. Verg. In Buc. Ite domum ſaturæ, uenit Heſperus, Ite capellæ. Terent. Abi domum properè. Idem, Domum modo ibo. Idem, in militiam proficiſci compulit gnatum durus pater. Accedente autem adiectiuo, appellatiuorum Syntaxin ſeruant. ut Eo ad Rus ferax. Ad domum paternam. Ad ſanctam Romam. Secus fit cum poſſeſsiuis. Eo domum meam. Abi Rus tuum. Noſtram Romam. Plaut. Domos abeatis ueſtras. Ouid. Quò ruitis, veſtras quiſque redite domos. Sed rarò pluraliter.

Omnia alia nomina locorum, ceu prouinciarum, regionum, inſularum, montium, appellatiua, propriaque hominum & belluarum, item & omnium rerum appellatiua ad locum ſignificantia ponuntur in Accuſatiuo cum præpoſitione (ad) uel (in) aut ſimili. ut Eo in forum, ad templum. Ad Germaniam. In Italiam: Cæſar in Galliam caſtra mouit. Carolus molitus eſt claſſem in Numidiam. Iter habui ad Pompeium. Ad Antonium. gradior ad Tyberim. Subeo in Auentinum. In Capitolium. ¶ Nominibus tamen inſularum, & prouinciarum plerunque præpoſitio ſubtrahitur. Cicer. Ad Att. filius Corcyram venit. Idem pro Pompeio, Siciliam adijt, inde Sardiniam uenit. Idem in Ver. Cùm legati ad C. Neronem Aſiam Samo veniſſent. Tacit. Germanicus Aegyptum proficiſcitur. Verg. Italiam uenit. Nolim ita loqui.

De Nominibus de loco.

Nomina propria minorum locorum, id est urbium, oppidorum, & pagorum de loco significantia, carent rectore, & ponuntur aduerbialiter in Ablatiuo citra præpositionem. Vt Venio Roma. Solui Venetijs. Abijt Neapoli. Decessit Caieta, Tarento declinauit. Cicer. ad Terent. Brundusio profecti sumus. Fab. Lanas Tarento uehere non licet. Tu si ut scribis, calendis Ianuarijs Roma profectus es, propediē nos uidebis. Aeschines propter igno miniam iudicij cessit Athenis. Per sæpe cum præpositione. Cicero pro Pompeio, ipse à Brundusio profectus est. Idem in Phil. Recedat è Mutina. Cæsar lib. bell. Ciui. Ex cingulo legati ueniunt. Titus Liui. Ab Tusculo legati uenerant. Idem, Lælius redierat ab Roma. ¶ Quibus adduntur tria hæc appellatiua, Domus, Humus, & Rus. ut Ego uenio domo. Surge humo. Tolle librum humo. Ille reuertitur Rure. Plaut. Rure iam redijt mea vxor. Item re deo domo mea, & de domo mea. Semper de domo paterna. Venit rure suo. de Rure suburbano. ¶ Cætera locorum nomina, ut prouinciarum, regionum, insularum, & appellatiua omnium rerum de loco significantia ponuntur in ablatiuo cum præpositione de, uel è, uel ex, uel à, uel ab, uel simili. ut uenit ex Italia. redit ex agro. reuertor à templo, è foro, de ludo literario.

De Nominibus per locum.

Nomina propria minorum locum, idest Vrb. opp. & pag. per locum significantia carent rectore. Et ponuntur aduerbialiter in ablatiuo, seu potiùs in septimo casu citra præpositionem. Vt Transeo Roma. Transiuisti Lauonio, Neapoli, Venetijs. Quandoque cum præpositione per, sed rarò. Titus Liui. Terrestres per Megaram excursiones non fiebant. Aemilius. Phæbidas cùm iter faceret per Thebas, arcem occupauit. Plin. in Epist. Hic nunc proconsul prouinciam Bethycam per Ticinum est petiturus. At Curtius. Mileto transierant. Cic. Ad Att. Iter Lao

dicea faciebã. Item, Prorex deambulat Panormo. ¶Quibus adduntur appellatiua duo. Domus, & Rus. ut Transeo domo tua, Rure tuo, ſuo, nos. ues. Cum alijs adiectiuis ſeruant regulam appellatiuorum. per Nobilem Meſſanam, per domum excelſam, Sacca mea, Syracuſis tuis. Nomina propria locorum, ut prouin. reg. inſu. & omnium rerum appellatiua per locum ſignificantia ponuntur in Accuſatiuo cum præpoſitione per; ut iter facturus ſum per Lycaoniam, per Occidẽtem, per Samum, per montem Amanum, Iuxta oppidum Iuliopolim, præter Euphratem, per Siciliam. plerunque in ſeptimo caſu. Plin. Nec tota uia uagatos. Titus Liui. Omnes clauſi undique meatus erant, niſi quos Pado naues ſubueherent. Idem, Philippus, ſeu terra, ſeu mari obuiam eundem hoſti foret. Idem, pars maior dextera, leuaque palati, quà quenque impetus tulit, fugerunt. Terent. Qua quærere inſiſtam uia? atque Hæc.

De Nominibus locum verſus.

Omnia nomina tam propria, quàm appellatiua locum uerſus ſignificantia iuncta huic præpoſitioni uel aduerbio uerſus, eoque ſemper poſtpoſito ponuntur in Accuſatiuo tam ſine præpoſitione quàm cum præpoſitione. vt Eo Meſſanam uerſus, Italiam verſus, Athenas uerſus, Carthaginem verſus. Saccam verſus, concinniùs quàm ad Saccam uerſus. Sic autem benè ad Siciliam, ad Italiam uerſus. Cic. Ad Att. Verti me à Minturnis, Arpinum uerſus. Hircius de bel. Alex. Ad Cordubam uerſus iter facere cœpit. Cicer. In Epiſt. Italiam verſus nauigaturus erat. Sic gradior pulchram Florentiam, forum, domum, Rus, verſus.

De Nominibus uſque ad locum.

Vtraque propria & appellatiua nomina uſque ad locum ſignificantia iuncta huic aduerbio, niſi mauis, præpoſitioni uſque, ſiue antecedat, ſiue ſequatur, ponuntur

in

in Accusatiuo tam cum præpositione, quam sine præpositione. Etenim usque teste Donato, præpositio pluribus non uidetur, quia sine aliqua præpositione proferri rectè non potest. Vnde adiungitur utrique casui pro qualitate præpositionis eius, cui fuerit copulata, ut usq; ad, & usque ab. Significat autem usque continuationem actus ad finem, putà loci, temporis, & huiusmodi. Ceu usque ad noctem, & usque ad forum. Verg. usque sub extremum brumæ intractabilis imber. Verùm, licèt multò aliter usurpatum inuenimus, cum nominibus proprijs locorum, & cum istis appellatiuis Domus, & Rus, accusatiuũ sine alia præpositione requirit. Vt Eo Romam usq;. Neapolim usq;, Vsq; domũ. Vsq; rus propero. Nonnunquã uerò additur, ad Cicero pro Deiotaro. Vsque ad Numantiam misit. Idem, Ad Appium. Vsque ad Iconium iter fecerim. Titus Liu. Dimissis passim ad frumentum coemendum usq; ad Cumas. Cum alijs autem nominibus iungimus ad, uel, in Cicero pro Pomp. Vsque ad Hispaniam legatos misit. Rursus, Vsque in Pamphiliam. Iungitur etiã ablatiuo cum alia pręposítione. Verg. ab vsque Pachyno. Terent. Ex Aethiopia est usque hæc. Plinius in panegyr. Te ab Hispania usque excitauerat. Verg. Iuuat usque morari, idest semper.

Hoc etiam latinorum respub. obseruauit ubiq;, quod ne Chiappisius quidem ipse ab hac sua messe refellit. Id autem est principiò loca sacra (quibus tamen uel templum, uel ædes, vel fanum, uel quid tale pro præpositionis exigentia semper subintelligitur) in relatione sui, eclipsim amant. Eleganter igitur dicam, Ad diui Iacobi ibimus. Scilicet, templum, uel sacram ædem, uel fanũ. Heus quò hinc te agis? Ad diuæ Annæ. Domus mea est ad diuæ Mariæ. ad, idest iuxta. ut sit Iuxta templum diuæ Mariæ. In diui Dominici sunt Gymnasia. Nostrum studium est in Diui Antonij. Plaut. Sacerdos est in Dianæ Ephesiæ. Terent. ubi ad diuæ Dianæ ueneris. Cice. Senatus ad Apollinis fuit. Rursus: Ad Apollinis senatus consultum factum est. Verùm longiores futuri simus, si quotquot adduci possunt, recenseamus.

Ex quibus liquet, quatuor esse interrogatiua localia aduerbialia simplicia. Scilicet, ubi? quo? unde? quà? Duo autem composita, ut quorsum? & quo usque? Ad interrogationē igitur factam per ubi, quoniam talia decent, respōdebimus primò per aduerbia in loco significantia, secundò per nomina propria, postremò per appellatiua locorum. Vt ubi pater est? Hic, Saccæ, Panormi, Carthagini, Venetijs, domi, Ruri, In Italia, in agro.

Ad interrogationem per quò respondebimus primò per aduerbia ad locum significantia; secundò per nomina propria; Tertiò, per appellatiua locorum. postremò per gerundia in dum, & priora supina. Sicut, quo uadis? Illuc, Messanam, domum, In Galliam, ad urbem, ad uidendum matrem meam, seu ad uidendam matrem meam, piscatum, lectum.

Ad interrogationem per unde, respondebimus primò per aduerbia de loco significantia. Secundò per nomina propria. Tertiò per appellatiua locorum. Sicut, unde uenis? Illinc. Agrigento, Rure, ex Hyspania, è Germania, ex foro, è templo, ab Antonio, à Magistro.

Ad interrogationem per quà, respondebimus primò per aduerbia per locum significantia. Secundò per nomina propria. Tertiò per appellatiua locorum. Sicut, quà transibis? Illac. Drepano, domo, Neapoli, Mylis, per Liguriam, per Siciliam, per forum, per templum.

Ad interrogationem per quorsum, respondebimus primò per aduerbia locum uersus significantia. Secūdò per nomina propria. Tertiò per appellatiua locorum. Sicut quorsum ibis? Illorsum, Romam, Thermas, Rus Versus. Galliam, ad patriam, ad forum uersus.

Ad interrogationem per quousque, respondebimus primò per aduerbia usque ad locum significantia, uel tempus. Secundò per nomina propria. Tertiò per appellatiua locorum. Sicut, quousque ibis? Illucusque, usque Romam, uel Romam usq; usq; ad Italiam, usq; Rus, usque ad forum. Hactenus de aduerbijs relatiuis localibus, quare si planè non omnia complexus fuerim, uoluisse, sat erit.

D. VITI CHIAPPISII, SACCENSIS,

Grammaticarum institutionum LIBER OCTAVVS.

De Participijs.

AT nunc maius opus moueo, quàm quod maximum; quandoquidem participium quid, unde dicatur, quot eius sint accidētia, quotuplex sit, & quicquid sub participij titulo dicatur, complecti, non parua mora exigitur. Dein controuersias, irroboratasque uires, nec nō & irritas Grammaticorum uoces exigui calamo huic operi imprimere non minimus labor est. Verū præter Zoilos, plerosq; secus stantes ariolor oculis intentis carptores egregios; eosque reor pia forsan intentione dicturos (durum enim est homini hominum mentes cognoscere) tam grande opus Grammatices minimè opportunum esse: & ideo in precio non futurum. Hi quidē his paucis uerbis ferè opus omne concutient; cum à quadam non satis expressa ueritate uideatur obiectio; non solum (ut aiunt) colorari, sed etiam approbari. Quis enim non dicat intuitu primo; non dicam non opportunas, uerùm superfluas fore tot circa ipsam Grammaticē ineptias; ex quibus hoc opus omne consistit? Sed quid ego his? latrent diutiùs, dummodò uir optime; cuius iussu laborem sumpsi, tuo per hoc opus desiderio satisfa ctū sit: Id preciosissimum duco. tuum igitur est istud preciosū facere, aut si libet abijcere. Atque ali os multò secus latrātes comperio; mul ta etenim esse omissa, quæ apponi de-

buiſſent: hi profecto ſuperaddent, uel alij:hoc ego ſi uelim negare non poſſum: ubi tantùm meminerim de ſpectantibus ad ſuperficiem grammaticæ diſciplinæ. Adeſt & aliud, in quod forſan poſſunt obloqui uiri ſublimes, ſcilicet circa explicationes exhibitas. Abſit, ut his ego uelim obſiſtere. Equidẽ reor poſſibile, cũ nunquã de auſus ſim tam magna præſumere: quoniã me minùs ad hæc ualere utiq; ratus ſim: & quis porrò ſanus ex imperfecto homine perfectum exquirat opus? Inſurgent hos præter & alii, & quaſi queruli multis modis contra te mi liber; cõclamabunt: uerùm hæc omnia, pluraque tolerari ac uinci patientia poſſunt: poſtremò unicè te precor (animula mea) atque obteſtor, placido ut feras animo: ac memento (Valerio teſte) quia nulla eſt tam humilis uita, quę nõ dulcedine gloriæ tangatur. Bellè igitur cum propheta Regio Dauid concinamus. Lætati ſumus in his, quæ dicta ſunt nobis; In domum domini lætantes ibimus. prodeamus iam tandem eo nos eripiente de faucibus malignantium, qui Suſannam in ſe ſperantem à falſo crimine liberauit.

Participium (ut uniuerſa Grammaticorum ſchola docet) dicitur quaſi partis capium, quia à parte & capio, ſiue à participando cadit. Dicta ideo participia, quòd à nomine caſus & genera, à uerbo ſignificationes & tempora, numerum figuramque ab ambobus accipiant. Quid eſt participium? Pars orationis declinabilis, cum caſu & tẽpore, agendi uel patiendi ſignificatiua, partem nominis, uerbique ſuſcipiens. Eſt igitur unde quid nomini, quid uerbo conueniat, rurſum quid ab utroque diſcrepet, liquidò perſpiciatur. Nomini reſpondet, quatenus cum caſu idem atque illud ſignificat: exutaque uerbi natura, totum relinquitur nomen. Verbo conuenit, quatenus cum tempore ſignificat, certam uidelicet temporis differentiã ſub diſtincta, determinataque uocis forma deſignans: nẽpe in ans uel in ens præſens, & præteritum imperfectum: In tus, ſus, & in xus, præteritum perfectum, & plusquam perfectum: In rus, & in dus, futurum: Hoc enim demum ſignificare cum tempore. Propterea non temere in diffinitionem

nitionem duo illa, casus & tempus, accidentia conuenere, quibus, ut illo uim nominis, hoc naturam uerbi testante, ita coniunctis annexisque, uel ab omnibus alijs orationis partibus participia discriminarentur: nulla alia cum casu, temporeque pariter adsignificante.

Quæritur modò, utrum participium benè diffinitum sit. Et arguitur primò quòd non. Etenim si bona diffinitio esset, sequeretur, quòd hæc nomina Scutifer, dapifer, lucifer, pestifer, & omne id genus, essent participia: quia partem à nomine scilicet scutum, dapem, lucem, pestem, & partem à uerbo scilicet à fero. Sed hoc non: ergo diffinitio nō est sufficiens. Secundò quidem sic. Participium capit partem à nomine. Ergo genera, neque casus, non remanebunt in nomine: neque tempora, neque significationes in uerbo. Resp. pars duplex scilicet exterior & interior. Interior modus significandi essentialis dicitur & significatio participij, & eius accidentia: pars autem exterior dicitur esse compositio. licèt igitur scutifer & cætera nomina quantùm ad partem exteriorem capiat partē à nomine & uerbo, nō tamen quoad partem interiorem. siue hæc admittam. Ad constituendum participium quatuor omnino requiri: quorum si unum absit, participij nomen amiserit. Ea autem sunt hæc significatio nominis, consignificatio temporis, terminatio casualis, & uerbi constructio. Resp. secun. Cùm in quiditatiua diffinitione, quòd participium partem capit à nomine, non intelligitur tamen quòd remoueat, sed quòd habeat similia accidentibus nominis & uerbi accidentia (teste Lanciloto) non eadem.

Nec illud inuoluēdum silentio: Etenim quærunt, an participium ex nomine, & uerbo constituatur? quod naturæ non satisfacit. Dicunt quando Philosophi, Omne simile generat sibi simile. Ergo ex nomine, & uerbo nō tertium quoddam, uerùm quod nomen aut uerbum dici possit, debet oriri. Ex mare enim & fœmina, nisi mas aut fœmina generatur. Rectè, sed audi, omne simile generat sibi simile, intelligi debet specie aut genere: Nonne ex equo & asina fit mulus? Ita ex accidentibus nominis uerbique

coëuntibus unam orationis partem distinctam constitui bellè contingit: quam Grammatici participium dixere.

Participium quam sedem inter orationis partes sibi iure uendicet, inter scriptores non minima est controuersia. Ab aliquibus tertia pars ponitur, inter quos Priscia. ab aliquibus quanta, inter quos Diome. Ab aliquibus quinta, inter quos Donat. Audi iam Priscianum dicentē lib. 11. c.p. Qui tertio loco participium posuere, rectius fecisse uidentur: cùm enim nomen & uerbum, primum & secundum tenuerint locum; participium, quod ex utroque nascitur, iure sibi sequentem exigit: unde & rationabiliter hoc nomen est ei à Grammaticis inditum, per cõfirmationem duarum partium orationis principalium, Participium ergo non ex aliqua propria ui, uerùm ab affinitate nominis, & uerbi nominatum est. Cæteræ autem partes non ex affinitate, ab adiunctione, quam habent ad nomen & uerbum; inde uocabulum acceperunt: nam pronomen, quia pro nomine ponitur: aduerbium, quòd uerbo adiuugitur: præpositio, quòd nomini tum uerbi præponitur: Coniunctio, quia eadem coniungit: Interiectio, quòd his interiacet. Hæc ille.

Donatus multò aliter sentit. Etenim cùm primum determinauit de aduerbio, consequenter determinat de participio: quando nomen & pronomen priùs ordinantur; quia substantiam adsignificant. Verbum uerò post; quia actum adsignificat à substantia egredientem, indeque ordinatum est aduerbium, quia determinat uerbum tãquã eius adiectiuum, ideo immediatè post uerbũ ordinatur. fuit itaq; necesse in quinta regione participium locari. quia se hẽt sicut compositum ad suum simplex respectu nominis & uerbi: sed simplex præcedit compositum; Componentia quoque compositis natura, ordine, ac diffinitione priora profectò sunt: quis igitur non uiderit participium nomen & uerbum sequi? Et licèt participium nominis uerbique significationem habeat; sic communiùs, uidetur esse quod nomẽ, & uerbum, tamen non totam nominis atque significationem habet totam uerbi. Ideo participium non debet nomen & uerbum prȩcedere. Et licèt

parti-

participium quodammodo uideatur mediatè inter nomen & uerbum, inquantum fuerit partim ab utroque, tamen non meliùs ipsum collocabitur inter nomen & uerbum: uerùm consultiùs debet cognosci per integritatem extremorum suorum ceu color; ut pote rubedo, quæ integratur ex albo & nigro. Ideo participium posterius nomine & uerbo.

Non sum adeo imperitus rerum, qui nesciam, quàm sit difficile multorum opiniones penitus reuellere. Sed tanta est tamen eorum, quæ allaturi sumus, certitudo, ut nō modò confidam plerosque in sententiam meam ituros; uerum etiam & complures suæ stultitiæ pæniturum (ut ita dicam) mecum putem, ubi hanc nostrarum præceptionum lucem attigerint Quæritur ergo utrùm sex sint accidentia in participio, nec plura, nec pauciora. Qualia, Genus, casus, tempus, significatio, cum numero, atque figura. Arguitur primò. participium includit in se rationem nominis & uerbi, quia actum adsignificat substantiæ unitum, quod est proprium nominis simul & uerbi, ergo tot accidentia debent inesse participio, quot insunt nomini atque uerbo. Resp. Participium non sumitur sub ratione nominis & uerbi; sed sub una ratione speciali distincta ab rationibus nominis & uerbi: & tamen licet quantum ad suum materiale conueniat cum nomine & uerbo, tamen differt ab eis ratione speciali & formali, quæ est significare per modum uniti actus cum substantia; prætereaq; subiecto insunt accidentia ratione formæ specificæ non ratione materiæ: eam ob rem non oportet tot in esse participio accidentia, quot sunt in nomine & uerbo. Secundò. Species accidit participio, & tamen non connumerasti inter accidentia, quid hoc? Resp. Speciei non uariatio accidit participio: etenim cui species accidit; eidē primitiuum & deriuatiuum. Participium (teste Prisc.) est deriuatiua speciei; descendit quando à uerbis: non inerit igitur (studiose lector) species participio secundum omnes sui differentias, nisi secundum tantùm unam; participio non enim continget primitiuum. Addit Honoratus Ser. formationem, & declinationem, sed frustra.

Genera

Genera participiorum quinque: Masculinum, ut lectus, fœmininum ut lecta. Neutrum, ut lectum. Commune ut hunc & hanc legentem. Omne, ut hic, hæc, hoc legens. Casus quot sunt in nomine: declarantur enim participia ad similitudinem nominum (author est Priscianus) in ns desinentium, uel in us mobilium, ex quibus quæ ab eo & compositis cadunt, excipiuntur. Tempora quot uerbo insunt, quanquàm aliter multò totidem participio. ceu uerbis infinitis ait Priscianus. Numerus autem unus & item alter; Sicut enim casu nulla participia defecta, ita (teste Prisciano) nec numeris cassa mancaùe sunt. Significatio participij cognoscitur ex genere uerbi. Ratio est. Quia participium est illius significationis, cuius generis est uerbum, à quo descendit. Atque hinc manifestatur diuersum participij regimen. Participium enim regit post se casum sui uerbi. Igitur alium regit casum participium actiuæ significationis, alium uerò passiuæ. Alium ab hoc uerbo, alium ab illo. quod Prisci. de duodecim carminibus confirmat. Nomini & uerbo triplex assignatur figura idem participio non denegetur, quod Priscianus pernegat; quòd participium est simplicis figuræ, uel decompositæ. Vnde si uerbum fuerit simplex, & participium eius erit simplex. Si compositum, & participium erit eius simplex. Si autem decompositum fuerit, & participium eius erit decompositæ figuræ. Etenim participia quando per se componũtur, qualia indoctus, intactus, & illæsus, quia fiunt à uerbis non compositis; transeunt in uim nominis quoniam non seruant compagem compositionis: eorum enim uerba constant ex altero corrupto, participia autẽ ex duobus integris. Terminationes autem octo, quia omne participium desinens in ans uel ens, est præsentis temporis. Omne participiũ in tus, ctus, sus, xus, præteriti, in rus & in dus desinens futuri temporis est.

Est participium pars orationis declinabilis cum casibus, & temporibus, à uerbo personali descendens, à fronte nullum exigit casum: qui nulla pars orationis regit ante se, nisi uerbum, à tergo autem sui uerbi syntaxin admittit. Etenim à fronte participium est simile adiectiuo

nomini,

nomini, & concordat ut plurimum cum antecedente, sicut adiectiuum cum substantiuo, cum concordantia generis, numeri, & casus. ut vir doctus. Magister docens. Animal doctum. Fœmina docta, à tergo verò simile est uerbo, quia casus post se requirit verbi sui. Vt tu euadens doctus gaudebis. egens doctrinæ audio preceptorem. diligo seruientem mihi. diligo te diligentem me. diligeris à me diligendo à te. O puer præstans ingenio condiscipulos omnes. quando verò participium mutat casum sui verbi, transit in vim nominis, ut sub inde dicetur.

Deriuantur participia à personalibus tantùm scilicet, ab actiuo duo; in ns, & in rus. A passiuo duo: in tus, & in dus. A neutro generaliter duo, in ns, & in rus, à quibusdam uerò tria, & quatuor. A communi quatuor, in ns, & in rus, in tus, & in dus. A deponenti tria, in ns, in rus, & in tus. Vnde formantur participia præsentis temporis? Habet Priscianus lib. xj. Nascitur participiũ præsentis, & preteriti imperfecti à prima præteriti imperfecti perso na, quotæ sit illud cõiugationis uerbũ. nec mirũ cùm prima sit honestior cæteris: ipsa. n. sine illis esse põt, illæ aũt sine hac esse nõ possunt. eadẽ illas sibi coniũgere potest, hanc illæ sibi minimè. ut claret dicenti, Ego, & tu, & ille facimus. tu & ille facitis. at uerò ille ego, & tu faciunt, quis dicat? fit autem participium mutatione extremæ syllabæ, bam, in ns. ut amabam, amans. legebam, legens, audiebam, audiens. vel bar in ns, ut sequebar, osculabar, vtebar. sequens, osculans, & vtens. ¶ Si cui placet alia forma, habeat hanc ex eodẽ Priscia. de duodecim carm. Participium præsentis temporis nascitur in prima, & in secunda coniugatione à secunda persona, cùm extremæ syllabæ interponimus n, ut amo, amas, amans. doceo, doces, docens. In tertia uerò & in quarta à prima persona mutata o, in ens. ut lego, legens. audio, audiẽs. facio, faciens. uenio ueniens. Excipiuntur, quæ formantur ab eo, & queo: etenim illa cum compositis mutant bam in ens, ut ibam, iens. quibam, quiens. nequibam, nequiens. rediens genitiuus terminatur in untis anomalè ita per omnes obliquos. ut transiens, transeuntis, rediens, redeuntis.

Quæ

Quæ ſunt? Hæc.

Queo	is	iui	itum	per potere.
Nequeo	is	itum		per non potere.
Eo	is	iui	itum	per andare.
Redeo	is	iui	itum	per tornare.
Tranſeo	is	iui	itum	per paſſare.
Subeo	is	iui	itum	
Ineo	is	iui	itum	per intrare.
Coeo	is	iui	itum	p andar inſieme.
Adeo	is	iui	itum	per andare.
Prætereo	is	iui	itum	per paſſare.
Obeo	is	iui	itum	per morire.
Abeo	is	iui	itum	per partirſi.
Ambio	is	iui	itum	ambiens, entis.

Participia in rus deſinentia temporis futuri vnde formantur? Ab extremo ſupino addendo rus vt ait Priſcianus; ſicut amatu, amaturus. doctu, docturus. viſu, viſurus. pexu, pexurus. Verùm Priſciane mauult ſibi atque tibi Chiappiſius. lõgè quidem erras; libet enim mihi paulisper tecum confabulari. Sed quid? Age dum loquere. Actiua verba vicem gerere cauſſæ, paſſiua autem effectus; quatenus hæc ab illis oriuntur, num nam is inficias? ſi ſic, vnde ergo hoc vel ſaltem veriſimile, nedum verum ſit, paſſiua vtpote verba deriuatiua natura mutato penitus ordine, primogenia ac deriuantia verba actiua præcedere? num nam effectus ſua cauſſa prior? Et filius patre? Prætereaque ſi uerax ſententia iſtæc, quomodò ſeruiturus à ſeruitu? quo nil magis diſſentaneum: niſi autem hoc, à neutris & deponentibus participia eiuſmodi nulla oriri arbitrare: quia extremis carent ſupinis: cui uſus reclamat. verùm aliter ſcripſiſſes, niſi errare uoluiſſes.

Participia intus, uel ſus, uel xus deſinentia, & unum in uus, quod eſt mortuus, præteriti perfecti, & plusquã perfecti temporis ſunt. Vnde formantur? à primo ſupino dempta, m, & addendo, ſ, ut amatum, lectum, uiſum, pexum: amatu, lectu, uiſu, pexu; amatus, lectus, uiſus, pexus. à morior tamen debuit moritus, ſecundum analogiam (teſte Priſciano) quia ſupinum eſt moritum, moritu;

tu; quod etiam indicat moriturus. Sed facit mortuus geminato u, quod in nullo alio participio inuenitur. quod etiam (secundum aliquos) non participium nomen censetur.

Participia in dus desinentia futuri temporis sunt. Hęc unde formantur? à Genitiuo participij præsentis temporis uertendo, tis, in dus, sicut amant, amantis, amandus. docens docentis, docendus. osculans, osculantis, osculandus. Vel vt Prisciano placet; à nominatiuo participij præsentis temporis, s, finali abiecta, & addita, dus, sicut amans amandus. docens docendus. Iens autē & quiens, & composita ab his à genitiuo faciunt futurum, vt adiēs, tis, adeundus.

Participium in ans, & in ens, est commune trium, & tertij declinatus. vt amans, amantis. che ama] che amaua] quello, loqual'ama] amando] amante] Reliqua primi, & secundi declinatus, & triplici terminatione tria genera continent, sicut amaturus, ra, rum. Che amerà] che ha da amare] loqual amerà] che habbi da amare] per douer amare] che sia per amare] essendo per amare] hauendo da amare] per amare] con proposito, animo, intentione di amare.] Sicut amatus, ta, tum. amato] che è stato, ò era stato amato] che sia stato amato] che fosse ò saria stato amato] essendo stato amato] passiuè. Actiuè hæc; videlicet, secutus, ta, tum. Hauendo seguitato] che ha, ò haueua seguitato] che habbia seguitato] haueua seguitato] che hauesse, & haueria seguitato] Sicut amandus, da, dum. Da amarsi] che si amerà] che si habbi da amare] per douersi amare] che si hauesse da amare] essendosi per amare] che sia per amarsi] essendosi da amare.] Sic osculatus, osculandus. Imitatus, Actiuè.

Participium (ut prædictum est) nascitur à uerbo, & eius constructionem seruat, & affectum. gerit secum vim sui verbi, & tacitum relatiuum, aut quid simile: Et quia ponitur relatiui uice, & uerbi, nec aliud est igitur, quàm relatiuum amictu uerbi uelatum; sequatur oportet alterum uerbum, quod regat præcedens substantiuum, qui

cum

cum participium nomen mobile consentit in tribus accidentibus. Resoluitur autẽ participium in relatiuum, & verbum; unde cõficitur, tempore semper seruato: quod est participio comes indiuiduus; sine quo non est participium. vt amans, qui amat, & qui amabat. quia Priscianus ait lib. xvij. participium præsentis temporis, & uerba infinita etiam præteriti imperfecti temporis esse. Est enim scribens, qui scribit, vel qui scribebat. licet ergo in utroque tempore ea proferre. scribens hodie proficio. Et scribens heri proficiebam. sicut scribere hodie uolo, & scribere uolebam heri. vt, amaturus, qui amabit. Amatus, qui amatus est, uel fuerat. Secutus, qui sequutus est. amãdus, qui amabitur. Hortans, Rus. actiuè, Hortatus actiuè & passiuè capitur. in dus passiuè semper.

Impeditur participium tribus modis. Primò, quando uerbum non habet illud participium neque deriuatione, neque formatione. vt in passiuo non datur participium præsentis temporis, & in actiuo non datur in tus, præteriti perfecti, neque in rus, si deficit supinum. disco igitur non habebit disciturus. Secundò, quando non est, unde regatur, nisi fiat per septimum casum: vt, io legendo, tu parli.] non ego legens, tu garris. verùm dum lego, uel me legente, tu loqueris. Tertiò, quando relatiuum Qui, quæ, quod, in resolutione, non cadit in nominatiuum. ut la lettione insegnata à me, diletta à tutti, resolue. la lettione, laqual'è stata insegnata à me, diletta à tutti.] lectio, quam doctus sum ego, delectat omnes. vbi relatiuum in accusatiuum cadit.

Nec illud peregrinum à proposito nostro, quot & quæ participia ex quolibet uerborum genere orirentur, determinare. Quapropter, Ab Actiuo uerbo duo emanant participia. Alterum præsentis, & præteriti imperfecti temporis in, ns, ut amans, docens, legens, audiens. Alterum futuri temporis in, rus, sicut amaturus, docturus, lecturus, auditurus. Habes exempla super his? Habeo. Cedo. Deus mare, ac terras contemplans, hominem intus intuetur.] Habeo rationem commendantis, & commendaturi æstimantem uirtutem.] Io ho rispetto à chi dice,

&

& dirà bene di chi si fa conto delle uirtù. Discipuli adhærent docenti, & docturo eos bonas literas.] li Scolari si accostano à chi loro insegna, & insegnerà di buone lettere. Auditores pendent ab ore didascoli legentis, & lecturi.] Tu irridebas doctorem docentem.] Magister declarans lectionem discipulis, exprimit uim uocum.] Rex daturus tibi coronam præscribet populo legem.] Item Hæc. Nocens, nisi accusatus, damnari non potest.] Omne malum nascens facilè opprimitur, inueteratum fit plerunque robustius.] Platoni dormienti in cunis paruo apes in labellis consederunt.] Midæ dormienti formicæ in os tritici grana congesserunt.] Apertè adulantem nemo non uidet, nisi admodùm est excors.] Cæsar magnas copias breui est habiturus.] Pompeium puto alterutrum de filiis ad te missurum.] Et quæcunque talia.

Nota perpulchrè satis gerundiorum voces per participium temporis præsentis dici. Habes exempla? Hæc. ut, li mercatanti nauigano per esperimentare i costumi de gli huomini. Nauigant institores, experturi hominum mores.] tum conuertitur participium non per relatiuum & verbum, verùm sicut gerundium per vt, & tempus coniunctiuum, idest, vt experiantur mores hominum. atque hæc. Veniunt ad scholam iuuenes audituri literariæ rei modum] idest, vt audiant. Accessi visurus te] idest, vt viderem te. Pro secundo. Le femine uanno alla Messa ciarlando. Fœminæ properant ad rem diuinam susurrãtes] idest, & susurrant. Sutor suit calceos canens] idest, & canit. Mordax catulus efflagitat frustum adulans cauda] idest, & cauda adulatur. Pro tertio. Li massari uanno fora à seminar le frugi. Agrorum cultores prodeunt foras, seminaturi fruges] idest, vt seminent. Venit Magister nobis lecturus] idest venit, vt legat nobis. Equites accedunt præliaturi] idest, vt prælientur.

Dicendi genus hoc obseruatum si curaueris, à frequentiori usu dicendi latinorum non discedes. exemplum. Venendo si partette. Veniens discessit] resolue, venit & discessit. Mio frate venne alla scola lachrimando. Venit

nit ad ſcholam frater lachrymans] ideſt venit & lachrymatus eſt. Ierunt homines per vias morum grauiter errantes] ideſt ierunt,& errauerunt. Item hæc. Arriuando Il Vicerè alli noſtri marini,ſi partirà. Applicans ſe litoribus noſtris Prorex,diſcedet.] reſolue, vbi applicuerit, diſcedet. Veniens clara dies terras fugabit tenebras.] ideſt,vbi, ſeu cùm venerit. Verrai alla ſcuola lachrimando. Venies ad ſcholam lachrymans.] ideſt venies & lachrymaberis. Verranno cantando. Venient canentes.] ideſt venient, & canent. Se ne ritorneranno correndo. Redibunt currentes] ideſt redibunt,& current. Li bordonari uanno à cauallo dormendo. Muliones equitant dormientes.] ideſt equitant,& dormiunt. Rediit ridens, ideſt rediit,& riſit. ¶Item cum præterito imperfecto. Paſſeggiaua parlando. Deambulans loquebatur. vel loquẽs deambulabat.] conuerte. & deambulabat,& loquebatur. Ridens legebat.] ideſt,& ridebat,& legebat. Edentes iocabantur.] ideſt, & edebant,& iocabantur. ¶Item cum infinito. Ho viſto dui cortellarſi. Duos vidi altercantes.] Vnum vidi deambulantem.] pro deambulare. Offendi tres ſurſum verſus gradientes.] pro progredi. Offendi duos ſacerdotes pſalmos horarios recitantes.] Item, il maeſtro fa diſputare li diſcepoli. Facit præceptor diſputantes diſcipulos.] M. Antonius fecit Ciceronem fugientem.] Pueros lachrymantes facio.] Vtrunque inuicem oſculantem feci.] li ho fatti baſciare inſieme. Cum Martino Franciſcum iraſcentem feci.] Pompeium ad Cæſarem euntem feci. Illud etiam his adiungi laborauimus. Vt, Io ſon venuto con animo deliberato d'imbarcarmi. Veni,nauem aſcenſurus. Sono venuti con intentione di andare in Franza. Aduenerunt Galliam petituri.] Tu ſei venuto con propoſito,con obietto di pigliar moglie. Veniſti vxorem ducturus.] Venni con volontà di ammazzarmi. Venit me interfecturus.] A cælo deſcendit Chriſtus in terram pro nobis paſſurus.] Nauem aſcendo in Galliam citeriorem iturus.] in Lombardia. Venit obiecturus eum in cuſtodiam publicam.] Huc acceſſi te inde mecum ducturus. ¶Item, ſedeua, & contaua fauole. Sedens

dens fabulas recensebat. Vel potiùs, sedebat fabulas recensens.] Hoc igitur, vel illud formam participij bellè induit. Legi Ciceronem, singula quæque obseruans. Vel legens Ciceronem, singula quæque obseruo.] Magister dictans deambulat, vel deambulans dictat.] resolue. Et dictat, & deambulat. Aristoteles docens naturalia deambulabat. deambulans docebat naturalia.] Hoc est, & docebat, & deambulabat. ¶Item, mentre che ragionauamo di questo negotio, haueuamo fatto vn gran pezzo di camino. Hac de re agentes, magnam itineris partem obiuimus.] Mentre che mangiamo, ne riposassimo. Edentes, quieuimus.] Mentre l huomo sta in questa vita, sempre guerreggia. Hanc colens homo terram, semper conflictatur.] id est, dum colit. In mundo commorantes pœnitere oportet.] deambulantes totum diem, penè lassi fumus.]. i. dum deambulamus. ¶Item, quando il Leone sente la uoce del gallo, fugge. Leo galli vocem accipiens, fugam arripit.]. i. vbi accipit. Li sorci quando sentono il gatto vicino, si ascondono. Sorices, vel mures, vicinum felem accipientes, latitant.] Discipuli nostrates accipientes campanas vespertinas, properant ad studium.] Loripedes cerui canum baubatum audientes, aufugiunt.] Nostri iuuenes diem à ventis silentem accipientes, me ad Camordinum coegebant inuitum.]

Ad hanc præceptionem adducor modò, cuius modesta visa est apud authores vsurpatio. Ea autem est. Hauendo à stare, ò essendo per star'in Roma, mi ordinerò. Commoraturus Romæ, sacris initiabor.] Hauendo à nauigare per fin à Venetia, & di là fin à Negroponte, & Atena; & hauendone a ritornar letterato, fallo di buon'animo, & presto. Nauigaturus vsque Venetias, & inde ad Euboiam vsque Athenas, & subin rediturus literatus, id libenter peragas, & quàm primùm.] Hauendo à ritornare il maestro da Palermo à Sacca, li Scolari gli anderanno al l'incontro. Redituro magistro Panormo Saccam, discipuli obuiam ibunt.] Hauendoti ad insegnare con ogni diligenza, non cesserò. Eruditurus te accuratè, nequaquam cessabo. Hauendo à passare per quà Lucio, lo sa-

Iuterò da parte tua. Transituro hac Lucio, nomine tuo salutem dicam.] Hauendomi à scriuere spesso, ti porterò grande affettione. Te crebrò ad me scripturum, vnicè diligã.]¶Nisi cui molestum est tam multas de ea re præceptiones audire, illud quoque nobis dicendum fuit: Sicut, Io son da fare, & da dire per amor tuo cose grandi. Multa pro te sum facturus, nec minùs dicturus.] Ho da andar in Palermo, vuoi alcuna cosa? Panormum iturus sum, nunquid uis?] Ho da fermarmi à Messina, come mi credo, Messanæ (vt credo) sum commoraturus.] Sic, sum scripturus, lecturus, seruiturus, secuturus, at amaturus ero perparcè.

Attende, quæso, ingeniose lector, quid habeat venustatis breuiuscula hæc præceptio. Sermone triuiali dicunt, Abijt ne ampliùs redeat. tum ornatior tua sit oratio per participium. Sicut abijt, non reuersurus.] Sen'andò per non tornar più. O qui me nunquàm uisurus abisti.] ò che sei partito per non uedermi più. Discessit non remigraturus.] si è partito per non apparer più. Abierunt biennio redituri.] son partiti con intento di ritornare fra dui anni. ¶Experiuntur bonarũ repertores literarum lectione multa, attentaque, quo genere dicendum sit ornatiùs. Quale hoc. Io non ho scritto, haueria scritto, se non mi hauessi rencrisciuto. Non scripsi, at scripturus, nisi pertæsum fuisset.] Non ho scandelizato, te ne haueria scandalizato, se hauessi saputo che pigliassi li miei ricordi ĩ bona parte. Non prædixi, at verò prædicturus, si meas obiurgationes æqui boniq́ue consulturum te sciuissem.] Non l'ho fatto, lo haueria fatto, si lo hauessi sopportato di bono animo. Minimè id feci, atqui facturus, si id omne æquè pertulisses.] Non ne ho parlato, ne parlerò, se di nouo mi auiserai. Nullum eadem re uerbum feci, attamen facturus, si rursum me certiorem feceris.] Non l'hauemo amazzato, l'haueriamo amazzato, se lo hauessimo trouato solo. Non interfecimus eum, at interfecturi, si in solo loco inuenissemus.] Non percussi eum, percussurus, si arma habuissem.] Et mille id genus.

Solent authores non nunquam (ut memini apud Val-

lam

lam legisse)pro præteriti participio constituere participium præsentis.Cice.in Bruto. à Sicilia discedens, Rhodum uenissem.vbi ait Argutus Grammaticus. Non enim quis discedens applicat,multùm inter principium uiæ & finem interest.Etenim primùm discedimus:postquam uero discessimus,nauigamus,uel iter facimus,posteà quò tẽdimus,peruenimus.quomodò ergo discedẽs è Sicilia ueni Rhodum?] Nempe utens præsentis participio pro præterito,quod in actiuo deest. Ergo postquam discesserã discedens est.Verg.viij.Aeneid.Discedens,clamydẽque auro dedit.i postquã discessit.Cic.ad Tironẽ.Si te ueniẽs in medio foro uidero.i.postquã uenero. ¶Reperitur non nunquam participium in actiuo uoce pasiuæ significationis. Sicut, uolens, uolutans, quassans, præcipitans.pro eo,quod est voluitur,uolutatur,quassatur, præcipitatur.Si negotium euidens. i. quod aperte uidetur. Et facies indulgens. i.pulchra, cui indulgeri debet.Ver. in I. Aeneid.Certè hinc Romanos olim uoluentibus annis.i. uolubilibus exponit Seruius. erit igitur participium pro nomine. voluens enim qui uoluit est. volubilis autem,qui uoluitur. Etenim anni uoluuntur, non uoluunt; seu uoluentibus se.Idem in I.Geor. Tardaque Eleusinæ matris voluentia plaustra.i.quæ uoluuntur. Idẽ, Genibusque uolutans hærebat. i. uolutatus. Idem in I. Georg.Vnde primus lætum siliqua quassante legumen.i. quassata.Apul.in 2.de Asin.Aur.Tunc illa capite quassanti abi inquit fatue.pro quassato.Verg. in vj. Præcipitans traxi mecum.Idest,præcipitatus traxi.

Participium in rus desinens defectu supini desideratur:quod pulchrè resarcietur per relatiuum, & futurum actiuũ indicatiui.Examplũ.lo scolare,qual hauerà paura del maestro,nõ reciterà bene la lettione.Discipulus, qui magistrum timebit, non rectè lectionem pronunciabit. A timeo non cadit timiturus,quia supino caret, unde inclinatur in rus, participium. Verùm in hac re adiuuabunt te synonima uerborum. vt per uerbum formido cõmodè dixeris, quod per timeo non licuit. vt discipulus formidaturus magistrum, non recitabit promptè lectio-

nem. Quoniam autem multa ſunt actiua uerba ſupinis defecta, è quibus hæc tibi (mi lector) collegi.

Compeſco	compeſcis	compeſcui	c.ſup. per refrenare.
Poſco	poſcis	popoſci	c.s. per domandare.
Renuo	renuis	renui	c.s. per recuſare.
Reſpuo	reſpuis	reſpui	c.s. per refutare.
Lingo	lingis	linxi	c.s. per leccare.
Sugo	ſugis	ſuxi	c.s. per ſucchiare.
Refello	refellis	refelli	c.s. per negare.
Timeo	times	timui	c.s. per temere.
Vrgeo	urges	urſi	c.s. per coſtringere.
Lambo	lambis	lambi	c.s. per leccare.
Ambigo	ambigis	c.præt.	& s. per dubitare.
Caluo	caluis	calui	c.s. per ingannare.
Viſo	uiſis	uiſi	c.s. per uedere.
Metuo	metuis	metui	c.s. per temere.
Linquo	linquis	liqui	c.s. per abandonare.
Diſco	diſcis	didici	c.s. per imparare.
Diſpeſco	diſpeſcis	diſpeſcui	c.s. per diſpartire.
Ferio	feris	c.p.	& s. per ferire.
Ediſco	ediſcis	edidici	c.s. p ĩparare a mẽte.
Fugio	fugis	fugi	c.s. per fugire.
Ango	angis	anxi	c.s. per affligere.
Arceo	arces	c.p.	& s. per diſcacciare.
Cerno	cernis	c.p.	& s. per uedere.
Sileo	ſiles	ſilui	c.s. per tacere.
Creſco	creſcis	creui	c.s. per creſcere.
Decreſco	decreſcis	decreui	c.s. per diſminuirſi.
Abſtineo	abſtines	abſtinui	c.s. per aſtenere.
Præcello	præcellis	præcellui	c.s.
Excello	excellis	excellui	c.s.
Antecello	antecellis	antecellui	c.s. per auanzare.

A verbo actiuo participium præteriti temporis nullũ latinitas inflectit, teſte Don. Diom. atq; Ser. vulgaria ita que præteriti perfecti, uel plusquam perfecti ſic ſe habent. Io hauendoti inſegnato arti honeſte, che guadagno ue ho acquiſtato? Sic fit, cùm ego honeſtè te docuerim, quid lucri adeptus ſum?] Hauendoti il maeſtro ripreſo

di

di negligentia,te ne doureste accorgere. Cùm te magister negligentiæ incusauerit,desuescere debes.] Non hauendoti comprato tre danari di pani,di che ti auanti di hauer fatto per me. Cùm tibi panem tribus assibus nec emeris,quid mihi fecisse iactas?] Hauendoti fatto bon peso della carne, per che gridi? Cùm pleno pondere carnem tibi appenderim, quid uociferas?] Hauendo fatto poco conto della uirtu, non ti lamentare della fortuna. Cùm minimi virtutem feceris, ne fortunam incuses.] Hauendo studiato tre anni continui,non posso dimenticarmelo. Cùm tres annos studuerim, obliuisci nequeo.] Cùm nostris accesserint litoribus triremes, & pane nautico ciuitatem exhauriunt.] Cùm optimus tibi fuerim institutor,debebis meminisse mei.] Sed de his eruditioribus satis mecum conuenit.

A uerbo passiuo quot participia ueniunt? Duo. Quæ? Hæc. Alterum præteriti perfecti & plusquam perfecti temporis, in tus, uel sus,uel xus. ut amatus, visus, nexus. Alterum futuri temporis in dus,docendus.pro primo.lectio recitata à discipulo, fecit stomachum mihi.] resolue.i. quæ lectio recitata est, uel fuit. Lectionis lectæ ne uerbulum quidem hausi.] idest, quæ lecta fuit. plerunque datiuus uice ablatiui ponitur. Verg. Nulla tuarum audita mihi, neque uisa sororum.] Vita inculta, & deserta ab amicis,iucunda esse non potest.] la uita disprezzata,& abandonata dalli amici,non puó esser diletteuole. Nerui à corde tracti, & profecti in corpus omne ducuntur.]li nerui tirati,& partitosi dalcore, si dispargano per tutto lo corpo. Senectus, honorata præsertim, maximam habet delectationem cum authoritate.]la uecchiezza, & spetialmente la honorata, ha grande dilettatione & authorita. Tempus præteritum nunquam reuertitur, nec quid sequatur sciri potest.] il tempo passato non retorna mai,ne si po sapere che habbi da sequitare. Participium in tus desideratur ferè quatuor modis. primò si deficit supinum, ubi per relatiuum & præteritum uocis actiuæ resarcietur. sicut, Magister, quem discipuli timuere, consenuit. equus,quem domitor compescuit, paret sessori.]

ri.] secundò si relatiuum non est casus patientis. Sicut, Magistratu, quo tu priuatus es, ego donatus fui.] Grammatice, quam à me doctas fuisti, est in primis omnibus necessaria.] Subucula, qua, uel quam indutus fuisti tu, erat linea.] Discipuli, quibus lecta est lectio, student.] Tertiò, si uerbum neque uocem, neque significatum habet huius participij. Sicut, literæ, quibus studuisti, licent ubique.] Virum, cui tot annos inseruiuisti, honestauerunt literæ.] Vulpes, quas canes insecuti sunt, latitant in rubo.] Quartò, vbi uerbum habebit uocem huius participij in actiuo sensu. vt, ciuibus, quibus finitimi populi auxiliati sunt, erat opus subsidio.] & cætera id genus.

Participium præteriti temporis lepidè ponitur cum his uerbis. Do, reddo, puto, uolo, facio, habeo, curo, oportet, aut simili. quod melius, & concinnius fit, quàm si infinitiuum uerbum eisdem iungeretur; licèt prima loquendi ratio hoc postulare uideatur: quippe cùm ille sermo uenustiùs lepidiusque auribus insonet. Habes super his exempla? Habeo, atque dicam mediusfidius. Missas ad te literas curaui]Detrimentum ullum tibi allatum nolo.] Rempub. diuitijs, ac uiribus adiutam oportet.] filiam interemptam oportuit.] pro interimi. Inimicos occisos oportet.] pro occidi. Te oratum uelim.] pro oro te. Me doctum curat.] Me missum fecit.] idest, dimisit me. Missa hæc faciamus.] Vos monitos habeo. idest uos moneo. Cognitum, expertum, paratum, habeo.] idest cognoui, paraui, & expertus sum. Hodie sic omnes persuasum habent.] idest hodie sic omnes sibi persuaserunt. In eo positas nostras spes omnes habemus.] idest in eo omnes spes nostras posuimus. Habeo uinctam, clausamq;.] idest uinxi & clausi. De Cæsare satis dictum habeo.] idest satis dixi. Procurationem susceptã habeo.] idest procurationem suscepi. Conductos agros habeo de Lælio.] Terent. Adolescenti morem gestũ oportuit.] Idem, iamiam ubi ubi erit, inuentum curabo tibi, atque adductum mecum tuum Pamphilum.] Plaut. Sed etiam est, paucis quòd uos monitos uoluerim.] Idem, Sunt qui uolunt te conuentam.] Idem, Dij me expedita seruatam cupiunt.] Aul. Gel.

Gel. Aduersarios seruatos magis cupiũt, quàm perditos.] Terentius, Nonne prædictum oportuit, nonne communicatum priùs?] Terent. Dictum puta.] factum oportuit.

Hic etiam aduerte lector optime participia præteriti temporis ablatiui casus uenustè construi cum nomine opus, & usus pro uerbis infinitis. quæ elocutio (teste Prisciano,) ad passiuam pertinet significationem. ut facto opus est.] pro fieri. Dicto opus est.] pro dici. pugnato opus est.] pro pugnari. Verùm hæc actiuè plerunq; interpretari possis: Etenim nulla cùm passio sine actione sit. Sall. in Cal. Coniu. Nã priusquã incipias, cõsulto, & ubi cõsulueris, maturè facto opus est.] Plau. Quod amas paratũ est, quod des inuento opus est.] Idẽ, Celeriter mihi hoc hoĩe cõuẽto opus est.] Idẽ. Nã illis cõuentis sanè opus est meis dentibus. Idem, Amans nequid faciat, cauto opus est.] Terent. Quod parato opus est, para.] Quod facto usus est, facito. raro. In quibus omnibus participia temporis præteriti in casu ablatiuo pro infinitis uerbis ponuntur uenustiùs & ornatiùs, quàm ipsa infinita ponerentur, quæ latinitas apud authores inuenitur elegans; Brutus Ciceroni. Tu quæ istic opus erunt administrari, prospicies. quod modò administrato dicunt.

Pro secundo. Hæc abiecimus. Adolescentia à libidinibus arcenda est.] la giouentù è da remouersi dalle lussurie. Omne ligatum, uel colligandum in terra, in cœlo solui non potest. Concio sacra audienda tibi uitam tuã probam reddet.] la predica da udirsi da te, farà la tua uita bona. In domibus exiguis non sunt nutriendi canes.] in case di poueri non si deueno nutrire i cani. Exhilarandorũ abs te, habenda est ratio mihi.] li da allegrarsi da te, sono per essere respettati da me. Studeo declaratæ, aut declarãdæ lectioni à magistro discipulis.] studio la lettione dechiarata, o da esser dechiarata dal maestro alli scolari. Cùm docendus sis à præceptore, disce age quamprimùm.] Hauendo ad essere insegnato dal maestro, deh impara presto. Cum legenda sit Metamorphosis Ouidiana, audienda est à multis accuratè.] Cùm exercitatione, tum stilo ornanda oratio est.

Passiuum in dus certa sequitur verba multo cum lepore. Sicut, locaui domum construendam.] Curabo literas ad te mittendas.] Conduco, mando, habeo multa dicenda.] Negocia tua quàm mea priùs conficienda curabo.] Plin. Iun. Missi statim Pontifices, qui defodiendam necandamque curarent.] Aul. Gel. Ex malis duobus, quos apud eum vidisset, vter maior esset, mittendum curaret.] Idem Is me statim rei capitalis damnandum, dandumque ad bestias curauit.] Val. Max. Mero somnoque sopitos plaustris in vrbem deuehendos curauerant.] Cicero. Quos tamen libros, si quem, cui rectè committam, inuenero; curabo ad te perferendos.] Hæc autem verba, quæ præceptione dixi superiore cum infinito verbi passiui non inelegãter dicuntur. Curo hæc rectè fieri.

A verbo neutro actiui significati quot participia cadunt? Duo eiusdem effectus. Alterum præsentis est præteriti imperfecti temporis in ns. vt stans, seruiens. Alterum futuri temporis in rus, vt staturus, & seruiturus. Habes exempla? Habeo. Quæ tandem? Hæc. Ego obtemperaturus voto tuo, exequar imperium tuum.] Hauendo à obedire la volontà tua, farò quanto mi commandi. Seruienti, & seruituro Deo malus dæmon non nocebit.] Chi serue, & seruirà Iddio, non sarà nociuto dal Demonio. At verò si participium continget passiuæ significationis, resolue. Sicut, Li Signori seruiti, & da esser seruiti da me, non mi hanno remunerato. Domini, quibus inseruiui, & inseruiam, me non sunt remunerati.] Il Re obedito dal popolo, si allegra per tutti.] Rex, cui populus obediuit, gaudet omnibus.] ¶ A sum fit ens, quod est in frequenti usu dialecticorum, quibus non satis nobiscum conuenire puto; at eo vsus est Cæsar. Et futurus, quamuis à suo antiquo verbo videatur. quòd autem futurus non cadat à fio (vt aiunt) profuturus à prosum, ostendit, defuturus à desum Sicut futurus sum sacerdos.] Io ho da essere sacerdote. Futuro medico opus sunt nummi.] Sic composita Absens, præsens, potens. quod (authore Diomede) est potiùs nomen. ¶Factus verò à supino factu, quod est à facio, deriuatur: cu-

ius passiuum apud veteres fuit facior. fiendus autem latinè non dicitur, pro eo autem docti faciendus vtuntur: nec fiens latinitatis fornax coxit. Ouid. In Hero. Facta fugis, facienda petis. Ab Eo, fit iens, euntis.

¶ Sunt verba etiam neutra, quæ tantùm vnum habent participium: Sunt enim quæ carent supinis; quæ etiam non habent futurum in rus: sicut studeo, abstineo, egeo, strido, strideo, palleo, rubeo, areo, & id genus. Item verba omnia incœptiuæ formæ, & meditatiuæ, ut frigesco, empturio: Et plura alia, quæ hic fortasse desiderantur.

Sunt etiam neutra tria participia habentia, scilicet præsentis, præteriti, & futuri temporis in rus. sicut prandeo, prandens, pransus, & pransurus.] Placeo, placens, placitus, & placiturus.] Cœnans, tus, rus. Sunt autem hæc. Prandeo, cæno, meret, nuboque & iuro, quiesco: Et placeo, & pateo, tituboque, & gaudeo, fido. Adde quoque, & soleo, atque assuesco, atque audeo iunge.] Verum ex his potus, pransus, & cænatus, utranque significationem habent. Habes aliquod exemplum? Maximè. Adolescens assuetus sobrietati obhorret crapulam] idest, qui assueuit. actiuè significat. lectio placita tibi, mihi videtur honesta] idest, quæ placuit. Tu ausus facere mihi iniuriam, non impune feres] idest, qui ausus fuisti. Tu secundis rebus fisus fortunæ imperium contempsisti] idest, qui fisus fuisti. Lingua multo titubata mero, verba proferre nequit.] lingua titubata tibi, indicat te id noxæ admisisse] idest, quæ titubauit, hæsit. Horum verborum participium in tus, passiuè significat. Sicut, Ego gauisus tuo reditu, totus gestio] idest, qui gauisus sum. Complures gaudentes & gauisi patriæ incolumitate exulabunt.] Tuam sororem nuptam, ac nupturam cum senibus, pænitebit uehementer] idest, quæ nupsit, & nubet. Virgo non vlli nupta viro fruitur uirginitate.] Ostium passum intromittit fures] idest, quod patuit, vel mansit apertum. ¶ Horum participium in tus, actiuè, & passiuè significat. ut iuratus, uel iuraturus testis veritatem,

tatem, est probata fide] idest, qui iurauit. At veritas à teste iurata reum condemnauit] idest, quæ iurata est. Tu potus merum, ebrius factus es] idest, qui potauisti. Vinum potum à te obest cerebro] idest, quod potum, vel potatum est. ¶ Nota, verbum soleo, non habet soliturus; nec vocem futuri, vt solebo, is, it, mus, tis, bunt. Etenim omnis consuetudo (Author est Lancilotus) aut præsens, aut præterita esse debet; in quo omnes fermè triuialium regulæ deficiunt. Ientacula pransa pueris auferunt flebiles questus] idest, quæ pransa sunt. Pransus aurea pruna eo cubitum. In ieiunio quadragenario imus cubitum incænati, uel incæнes.] quæ potiùs nomina appellem.

Sunt præterea verba neutra quatuor participia habentia in ns, rus, tus, & in dus; sunt autem quæ habent passiuum in tertiis personis. Qualia hæc. Aro, semino, puto, & mille id genus. Sicut seminans seminaturus, arans araturus: In actiua significatione. Seminatus, seminandus: aratus, & arandus: In passiua significatione. Quænam exempla habes super his? Hæc. Terra sata, & serenda frumento, afferet bonam messem.] Vites putatæ, aut putandæ hyberno tempore, facilè arent.] In agro arato, & arando ab agricola, sum seminaturus hordeum.] ¶ A verbo neutro passiuo cadit participium in ans, vel in ens, & in rus, passiuo significatu, vt vapulans] quello che è, & era battuto. Vapulaturus.] quello che sarà battuto. Omne nanque participium retinet thema sui verbi. Filius uapulans à patre, aufugit] idest, qui vapulabat. Margarita vapulatura à uiro, conuolauit ad patrem. ¶ Nota hæc verba, vapulo, gaudeo, lætor cum suis, non habent uocem participij passiui, vel præteriti in tus, vel futuri in dus. quorum uice habent uocem in ans, vel in ens, & in rus. Sicut uapulans, & uapulaturus. Gaudens, gauisus, gauisurus. Lætans, lętatus, & læturus. Non autē vapulandus, lætandus, gratulandus, gaudendus. ¶ A quatuor defectiuis nulla nascuntur participia, præterquam cœptus à cœpi. Vergil. vj. Aeneidos. Iuga cœpta moueri. & Notus à noui. Osus aiunt

ab odi, oriri. verùm osus, exosus, perosus, nomina sunt secundum Seruium. & accusatiuo figuratè iunguntur. Sunt qui perosi vitā sese occiderūt]Ipse semper uixi osus bella, inimicitias, dolos.]Iuno fuit ad unum exosa Troianos.]Nouerca priuignos exosa, miscet pocula uenenosa.]Plaut.In Amphit.Osa sum inimicos meos.]Verg.Lucemq; perosi.]Ouid.Tedas exosa iugales.]Val.Max. pro Scæuola.Perosus.n.credo dexteram suam.]Vir religiosus exosus lucem pręsentē, declinauit iam pridē à turba.¶Itē Nolo & malo, & omnia neutra secundæ coniugationis, quorum præterita desinunt in ui, diuisas syllabas supina desiderant. Sicut pallui, rubui. præter placeo, es, rui, tū. noceo, es, cui, tum. lateo, es, tui, titum. torreo, es, rui, tostum. oleo, es, lui, itum, vel etum. valeo, es, lui, itum. doleo, es, lui, itum. fulgeo, es, lsi, tum. Ardeo, es, si, sum. taceo, es, cui, tum. Liceo, es, licui, tum. Quæ habent participia in rus. vt placiturus.¶Horū verborū supina desiderātur. Sicut strideo, is, di, c. sup.]per gridare. Sterto, is, tui.] per ronfare. Rudo, is, di.]per ragliare. Strido, is, di.] idē qđ strideo. Mico, as, cui.]per giocare alla morra. Cic. lib. off.3. Dignum esse dicunt, qui cum intenebris mices. Psallo, is, li.]per cantare. Conquinisco, scis, conquessi.]per inchinare, ò bassare la testa. Scando, is, di.]per montare su. Dego, is, gi.]per uiuere. Mando, is, di.]per schizzare con i denti. Scabo, is, bi.]per grattare. vnde scabies. Scalpo, is, psi.]idem quod scabo. Paueo, es, paui.] per hauer paura. Luo, is, lui.] per patir la pena, scolpare la colpa. Glisco, scis.]per crescere. tremo, is, mui.] per tremare. luceo, es, xi.]per lucere. pelluceo, es, pelluxi.]per lucere molto. cō niueo, es, iui, vel xi.]per fingere di non uedere. per cennare cō gliocchi.¶Sic ēt quæ carent præteritis. Sicut ferio, is, percussi, sum.] furio, is, insaniui.] tollo, is, substuli.] Quatio, tis, concussi.]sido, is, sedi.]sisto, is steti.] quæ mutuantur præterita ab aliis.

A verbo communi quot emanāt participia? Quatuor. Duo in actiua significatione: vnum præsentis, & præteriti imperfecti in ns. Alterum futuri temporis in rus. vt criminans] qui culpat, uel qui culpabat. Et criminaturus]

turus] qui culpabit. Vnum præteriti temporis, tam in actiua, quàm in passiua significatione. Vt Criminatus] qui culpauit, & qui culpatus est. Et alterum futuri temporis in dus in passiua tantùm significatione. Vt Criminandus] qui culpabitur. Tu amplexus uirtutem, magnam gloriā comparasti.] Socios hortandos à me ad benefaciendum, non pudebit.] Amplectens, amplexus, amplexurus honestatem, est dehortaturus me à uitijs.] Si nō hortatus Troianus ad ducendum equum intra mænia, decepit Regem Priamum] Rex Priamus hortatus à Sinone ad patriæ exitium, amisit regnum] Vnde hæc carmina. Verbum commune quamuis agat, & patiatur: Sola per ans, ens, rus, tamen actio significatur: Dus solùm patitur, sed per tus, utrunque notatur. ¶ A uerbo deponenti quot participia deriuantur? Tria præsentis, præteriti, & futuri tempoporis in rus. Vt luctans, luctatus, luctaturus. Significant actiuè. Vt diuites auxiliantes, auxiliati, & auxiliaturi omnibus pauperibus, in lætas sedes commigrabūt.] Huc ueni ulturus inimicos meos.] Secuto, & secuturo mea uestigia, multum profui.] Sed uerba carentia supinis, habēt tantùm participium præsentis temporis, quæ continentur hoc uersiculo, Vnum dat uescor, medeor, liquor, & reminiscor. ¶ Quæ deponentia habent quatuor participia? Quæ olim communia fuerūt, modò actionem significāt, ut loquendus, sequendus, patiendus, obliuiscendus, utendus, fatendus, ulciscendus, imitandus, adulandus, meditādus, modulandus, & similia. Horat. in 4. Carm. Ode 4. Geretque prælia coniugibus loquenda.] Ouidiana Phyllis. Non tibi sic dices Phylli sequendus eram.] Horat. Epist. 11. Oblitusque meorum, obliuiscendus & illis.] Ouid. lib. 3. de Arte Huic equites, illi signa tuenda dedit.] Idē, Multa rogant utenda dari.] Gel. lib. 7. Qui iumentū aliorsum duxerat, quàm quò utendum acceperat.] Ouid In Heroid. Decolor & factis inficianda tuis.] Idem libr. 1. de Tristi. Sunt tamen euentu uera fatenda meo.] In eodem, Ne mihi mors misero bis patienda foret.] Idem in 1. de Arte. Nec species Veneris semper profitenda rogāti.] Idem in Epist. Arcus, & arma tuæ tibi sint imitanda Dianæ.]

næ.]Val.Max.Etiam tribunus militum adulandus erat.] Horat.in Episto Fidibus modulanda latinis.]Quæ etiam cum datiuo,non ablatiuo construuntur,quia profectò nomina potiùs quàm participia censentur.Sicut,Inimici ulciscendi mihi.]Vestigia tui patris imitanda tibi.] ¶Participium quoque præteriti temporis à uerbo deponenti aliquando passiuam habet significationem. Verg. in 1. Aen. Vna graditur comitatus Achate.Idem in Buc.Nũc oblita mihi tot carmina.Ouid.9.Meta.Nec abest imitata uoluptas.Terent.Meditata sunt mihi omnia mea incommoda.Item,Bella detestata matribus,obsunt reipub.] Sic meditatus,modulatus,adeptus,Reueritus,comitatus, Incomitatus, & quæcunque talia his cognata.

A uerbo impersonali paucula,uel nulla participia manant authore Donato; rectum etenim nõ habent.sint igitur nomina potiùs, sicut,Decens.libens.pænitens.miserens. pudens. pænitendus. pudendus. Pigendus. libens. pertæsus, & similia. pertęsus autem aiunt participium esse sine origine secuudum Seruium. At uerò in illo Suetonij in Iulio. Et quasi pertæsus ignauiam suam. dicerem pertæsus eo in loco esse nomen figuratè cum accusatiuo constructum Quale illud Maronis in 6. Lucemq; perosi proiecere animas. Quia nõ hẽt casum sui verbi. Non enim dicimus,Ille tædet ignauiam suam, Si unquam inuenitur tædet cum nominatiuo:uerùm,illum tædet ignauiæ suæ;aut(modò cum nominatiuo dicere liceat) ignauia tædet illum, & quoniam etiam per impersonale non licet dicere,illũ tædet ignauiam suam. Cùm hic igitur accusatiuus(ignauiam)non regatur à per tęsus ratione tædet uerbi: hinc claret pertęsus non esse participium,sed potiùs nomen accusatiuo figuratè adiunctum: quod omnium Grammaticorum (magno Seruij errore) ferè collegium sustinet. Sed tu desine plura, iam propemodùm tibi fidem habeo: at uerò si qua habes exempla, Cedo. Adolescens pudens turpitudinis, tacitus erubescit.] Che si uergogna della cosa dishonesta. Abstineat à pudendis uerbis lingua tua.] Che non dica parole dishoneste.Si prudens es, caue unquã tractes pigẽda]

non ti mettere à fare coſa,che poi tene penti,Che ne hab bi diſpiacere, ò danno. Homo facti pænitens, non caret pectoris cruciatu.] Audiui magiſtrum nõ pænitendum.] Son'ſtato diſcepolo del maeſtro, del qual nõ mi ſento,nõ mi trouo pentito. Decens officium amico præſtari dẽt.] Victi non lubentes faciunt imperata uictoris.] Sunt, qui pertęſi uitæ, ſeſe occiderunt.] Tandem pertæſus ignauiã ſuam,redijt ad literaria ſtudia.]Duxi uxorem,non pudendam.]Ho pigliato moglie,che non poſſo uergognarmene, ideſt cuius non me pudebit.]Hoc faciam lubens.]

Quædam participia ab illa generali inflexione degenerant. Qualia hæc. Noſciturus]à noſco. Ignoſciturus,] Ab ignoſco. Naſciturus.]à naſcor. Oriturus.]Ab orior. Moriturus.]à morior. Ruiturus.] Ab ruo. Pariturus.]à pario. Tuiturus.]à tueor. Fruiturus.] à fruor. Addunt etiã fructurus.queis Priſcianus refragatur, lauturus, ſiue loturus.] à lauo. Nanciſciturus.] à nanciſcor. At uerò ſi qua ſunt alia, noctis uigilias, dieiq́ue Clepſydra horas, ſtudioq́ue metienti uigiles ſorores ſuo deuoto monſtrabunt alumno. ¶ Quædam participia ablatiuum citra præpoſitionem petunt. Sicut. Bona bonis prognata.] Satus ſanguine diuum.] Quo ſanguine cretus?] Venus orta mari.] Terra editus.] Creatus, natus honeſto loco.] ¶ Sunt etiam, quibus figuratè additur accuſatiuus. ut Redimitus tempora lauro.] lachrymis oculos ſuffuſa nitentes.] His animum arrecti dictis.] ¶ Participium futuri temporis iungitur quoque uerbo futuri temporis; tametſi ſint qui reclament. Verum raro. Tu procul abſenti cura futurus eris.] Demõſtraturi erimus.] Enſifer Orion aſpiciendus erit.] Mergite me fluctibus, cùm rediturus ero.] Huic pater ante oculos aſpiciendus erit.] ¶ Nullum tempus participij admittit uerbum fore, vſitatè: quòd ſi ſecus uideatur, dicas id nomen eſſe participiale. Sicut, Video te fore noſtri amantem.] Spero amicitiam noſtram notam fore poſteritati.] Creditur, hunc admirandum fore uirum.] Cum participio autem quàm rariſſimè legitur. Vt, Addis, ſi quid ſecus, te ad me uenturum fore.] Nihil horũ uos uiſuros fore.] Acturus fore.] ¶ Futura in Rus (Authore

Valla)

Valla) fiunt nomina: quoties nõ tam tempus futurum, quàm qualitatem, atque animi uoluntatem innuunt, ficut prędictum est. Nullam autem mentionem feci huius rei, non prætermissurus, quid explorati de ea si habuissem.] Pater multa mihi contulit; plura collaturus, nisi fatis concessisset.] ¶ Mihi uerò (ait quidam) partici pia uidentur potentialia: quoniam & casus regunt suorum uerborum, & commodissimè explicantur per debẽs, uolens, potens; nisi hoc, aut illud obstitisset. generalius tamen aliquid significant, quàm uera futura, & cum futuro potentiali societatem quandam habent. Confirmat autẽ hoc illud Martialis. Victurus genium debet habere li ber.] ubi & participiale pro interpretatione, & inter pretatio pro participiali poni posse uidetur. Victurus, pro debens uiuere: & debet habere, pro Habiturus.] ¶ Futurum in dus, fit (aiunt) participiale nomen: quo ties simili modo est interpretandum. Eijcienda est mol lities animi.] Hoc in primis dicendum, suadendum, agendum est. Debens, dignum, dici, suaderi, & agi, ut Priscianus interpretatur. ¶ Participio uti non licet, cùm relatiuum in nominatiuo poni non potest. Frater, quem magnopere diligo, paupertate urgetur] Amici, quibus inseruiui, mihi grati fuerunt.] Grammatica, quam uos docti estis, erit semper uobis honori.] Nec dicas, Grammatica docta; quia non licet resoluere, quæ docta fuit per nominatiuum: nam id, quod neque agens est, neque patiens, ponitur in accusatiuo per quartam speciem actiuorum.] Virtus, qua tu gaudes, placet omnibus.] Magister, abs quo uapu lant discipuli, sapit.] Vinum, quo dolia euacuata fue runt, & euacuabuntur à famulo, uendendum est caro.] libros, quibus onerabuntur à mulione duo muli, mittam breui ad te.] ¶ Hic autem sunt quædam, quæ tantùm participij uoci simillima sunt. Qualia. Sapiens.] Intelligens.] Demens.] Ingens.] Frequens.] Elegans.] Prudens.] Negligens.] Diligens,] Excellens.] Innocens.] Clemens.] Ens.] Agens.] Patiens.] Impertinens.] Parens.] Serpens.]

¶Quæ.

¶Quædam participia in uim nominis mutata interdum ſubſtantiuari. Hoc maximè fieri ſolet in participijs præſentis temporis. Qualia, Accidens.] contingens.] Antecedens.] conſequens.] decens.] conueniens.] præſens.] continens.] quod apud Rethores pro firmamento rationis. Quæ neutri ſunt generis; quia pro incerto ſubſtantiuo accipiuntur. Quando uerò pro certo accipiuntur ſubſtantiuo, illius ſunt generis, cuius eſt illud. Qualia Hæc. Oriens.] occidens.] maſculini ſunt generis, quia perpetuò intelligitur Sol. Item, fluens.] confluens.] profluens.] in quibus etiam intelligitur, fluuius. Item bidens] pro in ſtrumento duos dentes habente. tridens pro Sceptro Neptuni.] ¶ Quædam participia fœminini ſunt generis. Sicut, Continens.] pro terra, quæ non inſula. Plin. maior, lib. 6. Alymnum à proxima continente abeſt ſeptem milibus paſſuum. De Sicilia ad continentem Scylla & Carybdis interſunt. ſic conſonans.] pro litera, quæ non eſt uocalis. pregnans.] & lactans.] pro fœmella prægnante, & lactante. Bidens.] pro oue duos eminentiores alijs dentes habente. Animans.] pro natura animata, uel habente animam; fęminini quoque generis eſt. Cicer. de Natura Deorum. Animantium, aliæ corijs tectæ, aliæ uillis ueſtitæ. Idem, Requirat, atque appetat ad quas ſe applicet ſui generis animantes. Pro homine in maſculino genere ponitur. Horat. Sat. 1. lib. 2. Sed hic ſtilus haud petet vltro quenquam animantem. Plerunque hoc nomen in neutro ponitur genere, uerùm in plu ali numero. Senec. lib. 8. Epiſtolarum moralium ſcribit eſſe quædam, quæ animam habent, nec ſunt animalia, ſed animantia. Sicuti ſatis & arbuſtis animam alentem ineſſe tradunt, quam recentiores philoſophi uegetatiuam appellant. Itaque uiuere & mori illa dicimus, nec animalia, ſed animantia nuncupantur. Interdum tamen animantia dicuntur animalia. Vnde dicimus, Animantium tria eſſe genera. terrenum, Volatile, aquatile.

Sciendum etiam, quædam participia ut malè ſentit

Valla,

Valla, vel potiùs nomina uerbalia, quæ in uoce passiua actiuam habent significationem. Sunt, Circunspectus, consideratus, disertus, cautus, argutus, profusus, fluxus, scitus, inueteratus, complacitus, exercitus, exoletus, defectus, discretus. ¶Circunspectus] dicitur prudens, & sagax: qui in omnem partem circunspicit; non qui circunspicitur, quem conspicuum appellare solemus. ¶Consideratus] qui agenda, dicendaque considerat: non qui consideratur. Sic Inconsideratus, qui hæc non considerat: Hinc etiam consideratè, & inconsideratè aduerbia, idest cum consideratione, & sine consideratione. ¶Disertus, qui benè disserit: vel qui probè ornatissimis uerbis abundat, non autem qui disseritur. ¶Cautus] sumitur pro homine prudente, qui scit sibi cauere, nõnunquam pro re, cui cauetur. Cic. pro Cecin. Quò res mulieri esset cautior. vnde etiam, Incautus, pro eo, qui nescit sibi cauere. ¶Argutus] qui est acuta quadam, & accurata solertia, quasi acutè arguens, & inuestigans. ¶Contentus autem passiuæ est significationis, non actiuæ, ut Valla supputat: quoniam ablatiuum habet: ut is dicatur contentus, qui continetur ab eo, quod suo satisfacit animo: siue etiam à seipso contineatur. Terent. in Eun. Neque tu vno contenta eras. Hoc autem loco inuehit in meretricem: non quòd se à libidine non contineret, sed quòd uno nõ contenta erat, idest vno non continebatur, ut aliis abstineret. Est autem continere, cohibere siue se, siue alium, quò minùs quid dignum repræhensione admittatur. ¶Profusus] qui sua profundit, idest supra modum, largè exponit. Sall. Alieni appetens, sui profusus. q.d. profusor. uerùm hoc ex illo pendet. ¶Fluxus] a, um, qui citò fluit: ut quod est instabile momentaneum, & citò periturum. Sall. Nam diuitiarum & formæ gloria fluxa, atque fragilis est. ¶Scitus] qui sciens est, & argutus. Terent. In Eun. Scitum hercle hominem: hic prorsus ex stultis insanos facit. Vnde scitæ interrogationes, dicuntur astutæ, & uafræ, magnaque arte compositæ. Scitus interdum dicitur elegans, & formosus. Terent. in And. Scitus puer natus est è Pamphilo. Viues, Et tu

nimiùm scitus puer, & formosulus. Idem, videbis lusus scitissimos. ¶Inueteratus] qui in malis insenuit. quale illud in Susan. Inueterate dierum malorum. ¶Excretus]qui excreuit. Verg. in 4. Georg.

Multi iam excretos prohibent à matribus hædos.

¶Exoletus] qui exoletus, & adultus est: aut qui adolescere desiit, vt ait Festus. Plaut. Reliqui domi virginem exoletam. Exoletus, substantiuum significat masculum scortum, & præcipuè iam adultum. ¶Adultus] qui adoleuit, & creuit Vnde iuuenes dicuntur: qui in florida ætate, & in cremento positi sunt æui. ¶Defectus] qui deficit. Mart. Dulcia defecta modulatur carmina lingua, Cantator cycnus funeris ipse sui. Quint. Defectaque labore senectus magna pars mortis nihil mihi reliquit. Apul. lib. 5. de asin. au. Sauciam Psychen, atque defectam, sic permulcet uerbis lenientibus. Hinc compositum, indefectus. Tertullianus. Vt lumen de lumine accensum manet, integra, & indefecta materiæ matrix. ¶Discretus] Valla exponit qui qualitates personarum, & rerum momenta discernit: vel quasi à turba diuisus. Hæc autem tam actionem, quàm passionem adsignificant, vt tutus, ignotus, falsus. ¶Tutus] tutus portus, tuta urbs actiuè, quæ nos defendit. passiuè quidem sic. tutus sum ab hostibus, idest munitus, & sine periculo. ¶Ignotus passiuè, idest incognitus, qui ignoratur. Actiuè pro eo, qui ignorat. Quint. Ne quis tamen erret ignotus, non est filij mei nouerca, sed mater, idest ignorans. ¶Falsus] qui fallit, actiuè. Terent. Censen' me aliquam caussam, fictam, falsam, ineptam saltem potuisse proloqui. Passiuè verò qui deceptus est. Idem, Carine falsus es, idest deceptus. falsum habere, est fallere. Sall. Neque ea res me falsum habuit. Hoc est, neque ea res me fefellit. Captus]& imbutus]&c.

Sunt quædam nomina speciem participij habentia teste Prisciano, cui cum Donato, & Sergio astipulor. Quæ sunt? Hæc.

Pileatus] incappellato. Tunicatus] con la robetta.

Togatus]

Togatus] chi ua con la ueste longa fin alli piedi. Prætextatus] con la cappa da giouenetto. qua utebantur Romani ad xiiij. usque annum. ò ingramagliato. Trabeatus] con le ueste de Imperatori. Soleatus.] con le pianelle. Obęratus.] chi è schiauo per debito. Macheratus.] chi ua con la spada.] Christatus] con il pennachio. Armatus] armato, sine quidem tempore. Ocreatus] con li stiuali. stiualato.] Petasatus] con il cappello. Cirritus] con li cerri di capelli. Galeatus] con lo morrione, o celata. Clypeatus] borchierato. Peltatus] con la rotella. Scutatus.] con il scuto. Hastatus con l'asta, picca. Comatus] con la coma. Penulatus] con la cappa o ferraiolo da acqua. Brachatus] con le brache grandi. Manecatus] con le maniche grandi. ò con le inguante, ut manicatus ferro. personatus] con la maschera. Larua. loricatus] con la corazza. Sagatus] con il saggio. Toracatus] con il giuppone. Anulatus] con l'anello. Baccatus] à bacca idest, gemma: acinus florum. Stellatus] pieno di stelle, ut cœlum. Literatus] litterato. Turritus] loco, onde sono più torri. Astutus] pieno d'inganni. Hirsutus] rustico. Gemmatus] ornato di gemme. Lunatus] doue sono più lune.. ò fatto a questa forma. Verg. Lunatis agmina peltis. Pellitus] chi ha più pelli. Crepidatus] con li piantoffoli. Paludatus] loco pieno di pantani. Crinitus] con li capelli longhi. Caligatus] con le mezze calze. Cornutus] ut bos, ceruus. fastigiatus] a mergolato. lacernatus.] con la ueste arrapata. Cerussatus] con il bianchetto. Barbatus] con la barba. Capitatus] testuto. Picturatus] pieno di pitture. Suffarcinatus] arrifaudato. Funeratus] pieno di morte. Glaciatus] pieno di giaccio. Phaleratus] insellato, bardato. Fanaticus] Spiritato. Sagatus] vestito di lana, ò ablaxo. Pexatus] uestito di ueste cottonate. Palcatus] fatto di paglia. Vncatus] torto in giuso, ò incuruo. frimbriatus]. i. ambitum incisus. Marginatus] qui habet marginem latum. Costatus]

à coſto fœm.gen.eſt enim exiguus in Arabia, Syria, inq; India naſcens frutex radicem ferens odoris eximij. Mucronatus]con la punta,vt enſis. Vndulatus]fatto di ciambellotto,vt vndulata veſtis. Lymphatus]dilutum. Sardonicatus]ornata di tal pietra. Sardonix lapis precioſus eſt. Teſſalatus] inaſtricato a ſcacchi. ut pauimenta teſſalata atria. ¶Nec terminata hæc in bundus erunt participia. Sunt, concionabundus] chi ſpeſſo predica. furibundus] chi ſpeſſo s'infuria. Gloriabundus]chi ſpeſſo ſi gloria. Moribundus] chi ſpeſſo muore. Errabundus] chi ſpeſſo erra. Sic, Populabundus.] Rubicundus.] Ludibundus] Prædabundus.] Lætabundus.] Vitabundus.] Vacabundus.] quæ potiùs ſimilitudinem dicunt. vt errabundus, ideſt authore Priſciano, erranti ſimilis.
¶Hæc cum tempore fiunt participia. vt doctus literas.] Et vir armatus. ¶Prætereà quædam etiam abſque uerbis paſſiuè accipiuntur. vt Triumphatus] triumphor nõ dicitur. Ita, regnatus.] laboratus.] erratus.] decurſus.] ſecundùm verò aliquos à verbis tranſitiuis naſcuntur.
¶Quædam participia & nomina pariter eſſe poſſunt. vt paſſus, uiſus, cultus, iudicatus, monitus, auditus, lectus. quæ genitiuo ſingulari diſcernuntur. Nam ſi nomina fuerint genitiuum caſum in us longam ſyllabam mittunt: ut huius paſſus, uiſus, cultus. participia autem in i, mittunt genitiuum deſinentem. ut huius paſſi, uiſi, culti, auditi, lecti.

Repetundarum, & de repetundis pecuniis non habet alios caſus teſte Laurentio, ubi quis ambiget, participium ne ſit, ſiue nomen; ſiue gerundium. Verres accuſatus eſt repetundarum: vel de repetundis pecuniis.] Cùm autem repetundarum dico, ſubintelligo pecuniarum: quo nomine pecuniæ omnia, quibus diuitiæ conſtant, contineri dicimus. Hæc autem accuſatio propriè cadit in eos, qui cum forent magiſtratus, prouincialibus magiſtratibus aut ui, aut dolo, eripuerunt pecunias, aut uaſa precioſa, ueſtem, frumentum, nauigia, nummos, quæ omnia pecuniæ nomine comprehenduntur. Ideo autem in hoc uerbo mutata eſt e, in u, vt differat

ferat ab eo, quo dicitur, ad res repetendas. Et sunt missi legati ad res repetendas, quando principi, aut populo erepta sunt pecora, agri, homines, & similia. inde res repetendas. Hæc.

Nec illud est eruditionis aspernandæ, hoc enim est, quot modis in uim nominis transire participium contingat, meminisse. Fit autem tribus modis. Constructione. Amissione temporis. Et compositione. Quomodò participium transit in uim nominis constructione? Sic. Quando participium discedit à sui uerbi syntaxi. Vt Abundans illius rei nomen est; inquit Priscianus. Nam participium ablatiuo, quomodò & verbum eius, construitur. Igitur, doctus Grammaticam, participium est, quia doceor quoque Grammaticam, dicimus. Doctus verò Grammaticæ, nomen est. Sic acceptus illi, est nomen: acceptus ab illo, participium. Item præfectus urbis, nomen, præfectus urbi participium. Qualia hæc; quæ rei inclinationem, & habitum sine certo tempore significant. Sicut, Amans uini.] Spirans minarum.] Seruans æqui.] Fugitans laboris.] Præstans animi.] Desperans sui.] Intolerans studiorum.] Appetens alieni.] Ambiens gloriæ.] Audiens imperij.] Abstinens uitiorum.] Patiens inediæ.] Fugiens litium.] Cupiens alieni.] Potens armorum.] Metuens uirgæ] Fidens animi.] Timens periculi.] Negligens rerum.] Efficiens utilitatis.] Prospiciens futuri.] Sitiens sanguinis.] Experiens laboris.] Intelligens falsi.] Sciens iuris.] Diligens literarum.] Ferens laboris.] Amans virtutum.] Callens utriusque linguæ.] ¶ Doctus literarum.] Literis, literas. Eruditus literarum.] Peritus rerum.] Expertus belli.] Consultus iuris.] Consuetus pacis.] Versus animi] Suspensus animi.] Fessus belli.] Mutatus propositi.] Victus animi] Exterminatus animi.] Profusus sui.] Parcus rerum.] Quomodò transit in uim nominis participium amissione temporis? Sic, Cùm non significat tempus, ut amans, idest amator, vel amore captus. Ouid. Militat omnis amans: & habet sua castra cupido. i. omnis amator. Optimus quisq; amandus est. i. amari dignus; non qui amabitur. Hoc. n. multis quidem futuri tẽ

poris passiuis participiis euenit. Mutatione temporis, vt cùm participium in rus, resoluitur per præteritum imperfectum coniunctiui modi. Ouid. in Hero. Expectem qui me nunquā visurus abisti? Hoc est eo animo abiisti, vt me non ampliùs videres. Val. Max. Experiri enim volui si tibi propositum ex sententia parùm cessisset, quàm æquo animo me ferro essem interemptura] idest æquo animo me ferro interimere auderem. Plin. Iu. Librum, quo nuper optimo principi gratias egi, misi, missurus etsi non exegisses. Verùm vt cunque sit nomen, semper amittit tempus. Etenim nomen pars est orationis significatiua sine tempore. ¶Quomodò participium transit in uim nominis compositione? Cùm componitur cum dictione, cum qua uerbum est, componi non potest. Qualia hæc. Indoctus, innocens, inultus, incautus, illæsus, intactus. Non enim dicimus. Indoceo, innoceo, inulciscor, incaueo. Item, infectus, inauratus, iniustus, ingenitus, innatus, inornatus, indiligens, incontinens. ¶Adde etiam (ut docet Laurent.) participia iuncta cum infinitiuis, seruare uim participiorum: iuncta verò cum gerundio uim nominum. Sicut, timens nauigare, uel nauigandi.] Cupiens discere, vel discendi.] Peritus cantare, vel cantandi.] Assuetus ludere, vel ludendi. ¶Participium transit in uim nominis, secundum aliquos, comparatione. vt amans, amantior, amantissimus. Acceptus, acceptior, acceptissimus. Participium enim (inquit Priscianus lib. viij.) comparationem habere non posse: cùm loco verbi fungatur, quod comparatione penitus caret, quantum est in uoce sua, nisi aduerbij magis adiectione comparari potest. vt Verg. in 1. Aenei. Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam Posthabita coluisse Samo. Verùm quod circunfertur, participia formandis inde comparatiuis, ac superlatiuis nomina fieri, ratio est in primis deridicula. Non enim participia ideo nomina fiunt, quia inde formentur comparatiua, & superlatiua, sed contrà: ideo illa ipsa inde formantur, quòd ea iam facta sint nomina. Dicimus enim, amans uirtutis, & amans virtutem: illud nomen, hoc participium.

Sed

Sed illud iam nomen est, nullo etiam num inde formato comparatiuo, uel superlatiuo. Item alia complura eiusmodi apud authores est reperire: vt patiens laboris, tolerans calorum, obseruans legis, rerum sciens, quæ, quòd uerbi iam deposuerunt structuram, inde gignendis comparatiuis simul, & superlatiuis sunt accommodata. Quandoquidem nemo dicet, amantior uirtutem, amantissimus bonos: sed amantior uirtutis, & bonorum amantissimus. ergo nomina iam priùs facta erant, quàm compararentur. Colum. lib. 7. Quis famulus amantior domini? Plin. lib. 4. Epist. Est homo eximius, & bonorum amantissimus. Cicer. de Natura Deo. Canum tam fida custodia, tam amans dominorum. Verg. in 2. Aenei. Qui fuit in Teucris, & seruantissimus æqui. Item, doctior pilæ. Amantissimus nostri. Est tamen à quibusdam participiis adhuc seruata uerbi structura (transitiua tamen semper excepta) formari comparatiua. Quod genus apud Cicer. ad Q. fra. sic habeto. Nũquã me à caussis, & iudiciis districtiorẽ fuisse. Ad Piso. Tu abundantior cõsilio, ingenio, sapientia, quã Crassus. Distringor à caussis, abundo consilio, dicitur.

Participium inuentum est caussa necessitatis, breuitatis, & ornatus. Necessitas participij author est Lancilotus, accipitur quando aliter, quàm per participium, dicere possumus. vt mulieres ornant se ne uedentes eas homines derideãt. ridiculus esset sermo, si diceretur, ne homines eas uideant, eas derideant: eas. n. omnino uident homines. De qua re Valla ait, Habet autem participium talem, tanquam nonnunquam gratiam, ut sine eo nõ sit planè latina oratio. ut est apud quendam persæpe hoc vitium admittentem. Circundedimus castris fossam & uallum, ne hostes uenire possent. & nos opprimere. Quasi fossa, & uallum ideo fiãt, aut hoc præstare queant, ne hostes uenire possint sola rõ & cautio de oppressione. Itaq; fuit dicendum, ut sentiunt humaniores, ne uenientes hostes, aut ne aggressi hostes nos opprimant. Similiter hæc oratio, Mulieres ornant se, ne uideantur, & & derideantur. Si copulatiua sit (teste Badio) fal-

ſa cenſetur, quia altera Cathegoricarum eſt falſa. vtpote, mulieres ornant ſe ne uideantur, uideri enim uolũt. Verùm ſi ſit oratio de copulato prædicato, uera putatur. Latiniùs tamen ac uenuſtiùs dixeris, Mulieres ornant ſe ne uiſæ irrideantur. & ſic de ſimilibus. participium hinc etiam patet, inuentum, ut plures actus uni uerbo ſine coniunctione media attribuantur. Et ſimiliter gerundia. ¶ Breuitas, quia oratio fit breuior, & dilucidior, omiſſis relatiuis, Aduerbijs, & coniunctionibus. Sicut, Homo pauca loquens inter ſapientes connumeratur id eſt. Homo, qui pauca loquitur. Vitatur pronomen etiam cum relatiuo, ut audiens intelligit, ideſt, Ille qui audit intelligit. Item, Cęnatus eo cubitum ideſt poſtquam cænatus ſum. Et illud breuitatis teſtimonium eſt, lecta lectione ad te ueniam ideſt quãdo lecta erit lectio. Cognita cauſa, error facilè tollitur. ideſt poſtquam cognita eſt. Legens diſce. ideſt lege, & diſce. Item, ueniens uidi ideſt cum uenirem. ¶ Ornatus cauſſa eſt; Quia ornatior fit elocutio per participia ſæpius, quam relatiuo & uerbo compoſitis. Sicut, cognita ueritas à nobis, multum affert ſplendoris, longè ornatiùs eſt dicere, quàm, ueritas, quæ cognita eſt à nobis. ¶ Addit etiam Priſcianus, participium ideo inuentum, ut loco uerbi obliquis caſibus intranſitiuè adiungatur. Etenim ſolus nominatiuus & (ſecundum aliquos) uocatiuus intranſitiuè iunguntur. At uerò cùm poſſint obliqui caſus adiungi uerbis intranſitiuè, loco uerbi ſubit modò participium, ut Priſcianus habet. itaque caſus illi obliqui gratia participij intranſitiuè etiam adhærent. Sicut, Bonus homo loquebatur.] boni hominis loquentis orationem audiui.] bono homini loquenti dedi] bonum homiminem loquentem audiui.] à bono homine loquente accepi.] quia non licet dicere, boni hominis, bono homini, bonum hominem, à bono homine loquebatur. Loco ergo uerbi loquebatur, ſubit participium loquentis, ti, tem, & te. Sicut enim bonus homo in prima, ita obliqui caſus in ſequentibus, intranſitiuè ſtant.

¶ Flectito autem puer ſic participia. Nominatiuo hic,

hæc

hæc & hoc amans, l'homo, la fœmina, la cosa amante, amãdo, laquale ama, & laquale amaua.] Genitiuo huius amantis.] Datiuo huic amanti.] Accusatiuo hunc & hãc amãtem, & hoc amans.] Vocatiuo ò amans.] Ablatiuo ab hoc & ab hac, & ab hoc amante, uel amanti.] ¶Et pluraliter nominatiuo hi & hæ amantes, & hæc amantia.] Genitiuo horum, harum, horum amantium.] Datiuo his amãtibus.] Acusatiuo hos & has amãtes, & hæc amantia.] Vocatiuo ò amantes, & ò amantia.] Ablatiuo ab his amantibus.] ¶Nominatiuo hic, hæc, & hoc legens.] Genitiuo huius legentis.] Datiuo huic legenti.] Accusatiuo hunc & hanc legentem, & hoc legens.] Vocatiuo ò legens.] Ablatiuo ab hoc, ab hac & ab hoc legẽte, siue legẽti.] ¶Et pluraliter nominatiuo hi & hæ legentes, & hęc legentia.] Genitiuo horum, harum, & horum legẽtium.] Datiuo his legentibus.] Accusatiuo hos & has legentes, & hęc legentia.] Vocatiuo ò legentes, & ò legentia.] Ablatiuo ab his legentibus.] ¶ Nominatiuo Amaturus, amatura, amaturum.] l'homo, la femina, la cosa da amare, laquale sarà per amare, hauendo ad amare, essendo per amare, & che amarà Genitiuo amaturi, ræ, ri.] Datiuo amaturo, ræ, ro.] Accusatiuo amaturum, rã, rum.] Vocatiuo ò amature, ra, rũ] Ablatiuo amaturo, ra, ro.] ¶ Et pluraliter nominatiuo amaturi, ræ, ra.] Genitiuo amaturorum, rarum, rorũ.] Datiuo amaturis.] Accusatiuo amaturos, ras, ra.] Vocatiuo ò amaturi, ræ, ra] Ablatiuo amaturis.] ¶Nominatiuo Amatus, amata, amatum.] L'homo, la femina, la cosa amata, laquale fu, ò era stata amata. Genitiuo amati, tæ, ti.] Datiuo amato, tæ, to.] Accusatiuo amatum, tam, tum.] Vocatiuo ò amate, ta, tum.] Ablatiuo amato, ta, to.] ¶ Et pluraliter nominatiuo amati, tæ, ta.] Genitiuo amatorum, tarum, orum.] Datiuo amatis.] Accusatiuo amatos, tas, ta.] Vocatiuo ò amati, tæ, ta.] Ablatiuo amatis.] Nominatiuo Amandus, amanda, amandum.] l'homo, la femina, la cosa da amarsi, laquale si douerà amare, che sarà per amarsi, & laquale sarà amata. Genitiuo amandi, dæ, di.] Datiuo amando, dæ, do.] Acusatiuo amandum, dam, dum.] Vocatiuo ò amande, da, dum.] Ablatiuo

tiuo amando,da,do.]¶Et pluraliter nominatiuo amandi dæ,da.]Genitiuo amandorum,arum, orum.] Datiuo amãdis.]Acusatiuo amandos,amandas,amanda.]Vocatiuo ò amandi,amandæ,amanda.]Ablatiuo Amandis.

Ablatiuus,qui dicitur à Grammaticis absolutus,septimus etiam dicitur casus secundum aliquos, ut Ser. in illud Maro.Musa mihi caussas memora,quo numine læso. & est(inquit)septimus casus. Hoc autem fit, quoties duæ orationes ad diuersa relatæ supposita nominatiui & uerbi sic se habent,ut alteri apponatur orationi talis particula dum,quando,postquam,aut similis.nõ illepidè priorem mutamus in duos ablatiuos,qui nullo uerbo reguntur;uerùm absolutè ponuntur. Sicut,studiando,ò mentre che studiaua,ò quando studiaua io in Græco & Hebraico tu andaui à solazzo. Studente me Græcis ac Hæbraicis literis,tu deambulabas]idest dum,donec, quando ego studebam]Plorante matre, mutasti sententiã] idest cum,uel dum ploraret.Piangendo la matre,mutasti parere. Euntibus ordine fatis, senex priùs suum diem obit. atque iuuenis.] Li fati andando con l'ordine il uecchio deue più primo morire del giouene. Nobis studentibus tu dormiebas.]Florescentibus arboribus,uernãt aues.]¶ Si uerò nõ reperitur,dicimus per uerbum & dum,uel donec,uel postquam.ut,uenuta la està molti si amalano. Postquã uenit æstas:plerĩq; ægrotant.]partita la inuernata uiene la prima uera. Vbi discessit hyems,uer aduenit.]Hic dicere minimè licet per septimum casum; quia uenio , discedo, & id genus,uerba non habent participia in tus, temporis præteriti.¶Dicitur præterea septimus casus ab aliquibus ablatiuus in consequentia,uel in designatione sequelæ. Quamobrem?Quia necessariò huiusmodi ablatiuos aliquid consequi debet. Vt sole ascendente , factus est dies.] Quid hoc quæso? nisi quòd ascensionem solis dies secuta est. Traiano bellante, uicti sunt Parthi.] Quid inquies? Nisi quòd secuta uictoria est Traianum bellantem. Græcis Ilion obsidentibus,uicti sunt Ilienses.]Hoc enim est, propter Græcorum obsidionem secuta est uictoria de Iliẽsibus.unde clausulas ex se dependentes appellant hic cõse-

sequētiam. ¶At uerò cùm dicimus, te sedente, ego sto.] hic non est necesse me stare, dum tu sedes. nō erit igitur ablatiuus in consequentia, nisi in consequentia dicitur, quia consequi omnino aliquid debeat, ex quo perficiatur oratio. Verùm commodiùs ibi dixeris uel septimum casum. uel ablatiuum absolutè positum, licet pernegent.

Quotuplices ablatiui sunt absolutè positi? Quintuplices ingeniose puer. Primò enim quando alter est nomen, alter uerò participium. Vt, sole oriente lucescit.] Augusto regnante natus est Christus.] Tyberio Imperante crucifixus est.] Redijt ad nos re infecta.] Apertis hostijs intrare licebit.] Magistro legente, discipuli garriunt.] Sole elucēte euanescunt tenebræ.] In sacris lit. Apertis thesauris suis obtulerūt Magi munera domino.] Mulieres ueniūt ad monumentū orto iā sole.] Viso domino, gauisi sunt discipuli.] Crescēte numero credētiū, aut apostolorū, factus est murmur Gręcorū.] Boet. de consol. Nouimus quantas dederit ruinas, urbe inflammata, patribusq; cæsis.] ¶Secūdo, Quando alter ablatiuorū est pronomē, alter aūt participiū.] Sicut, Te imperante oīa faciam.] Me patre uiuente non egebis.] In lib. psal. Dante te illis, colligēt, aperiēte te manū implebuntur.] ¶Tertiò, quando uterq; est nomen, uel alter pronomen, & alter nomē exponibile per participiū, quanquam in huius modi elocutionibus subaudiatur substātiuū participiū, quod est (ente) nec unquā exprimes. Terent. Me impulsore hanc emptā esse dicit.] .i. me impellente, uel suadente, uel ente impulsore. Plau. Me suasore atq; impulsore id factū audacter dicito.] Iuuen. Credo pudicitiam Saturno rege moratam.] Horat. In Carm. Miles te duce gesserit.] Ouid. Me duce carpe uiā.] Horat. In arte. Difficilis, querulus, laudator, tēporis acti se puero.] Quint. lib. 8. laudarique me puero solebat.] Verg. Te duce si qua manēt sceleris uestigia nostri.] Hor. Nil desperandū Teucro duce, & auspice Teucro.] Iuuen. Se iudice nemo nocēs absoluitur.] Mar. Inter aues turdus si quis me iudice certet; inter quadrupedes gloria prima lepus.] Cicero, ò fortunatā natā me cōsule Romā.] Cicero me consule Catilina dānatus est.] Petrus abijt hospite in-

salutato.]Item, Me inuito] nobis inuitis].i.nolentibus. Inuito patre nuptiæ factæ sunt. Te magistro, te doctore multa didici.]¶Quartò, Quando reperitur unus ablatiuus absolutè positus, cùm uenit à uerbo exceptæ actionis, aut ab impersonali passiuæ uocis. Sicut, Pluente, & & torante, herbæ madescunt.] fulgurante, & tonante. timore concutior.] Tonante intramus domum.] Supple, Deo, uel Natura. uerùm rectiùs loquimur per dum, & verbum. Sic, dum pluit domum intramus] teste doctissimo Badio. ¶Quintò, quando solum participium præteriti temporis neutri generis ponitur absolutè. Sicut, Dicto de nomine agendum est de uerbo]. i. postquàm dictũ est de nomine. Item, Nunciato, ubi inimicus esset, subitò paratæ sunt insidiæ.] Audito, quòd Turcinæ copiæ uenirent, conscriptus est in Italia copiosus exercitus.] Sic, Iuuencus. Sed Maria audito Christum uenisse cucurrit.] Silius. Auditoque furens socias non defore.] Sall. Audito, Regem in Siciliã tendere. infrequens sermo est apud doctos. præterea in hoc loquẽdi genere clausula tota supplet uicem nominis ut Audito, Regem in Siciliã tendere. Testato, quoniam potum in ursinam rabiem agat. Excepto, quòd pedes mihi trisyllabos nõ uidetur excedere. Non hoc, Audito de aduentu, audito de discessũ. Habito de patre: audito de filio.] ¶Cauendũ in primis, ne idẽ sit ablatiuus absolutè ponendus cum nominatiuo prioris uerbi: alioqui non tã latinè, quàm Græcè loqui uidebere. Sicut, Non effugies huius pœnæ culpam, te patrono.] Se iudice, nemo nocens absoluitur.] ¶Cùm idẽ est utriusque orationis suppositũ, aut participio utemur Nominatiui casus: aut uerbo cũ copula: ut Occupatus uenire non potui. uel quia occupabar, sed non tam uenustè. pro eo tamen ne dicas, occupato, uenire non potui. Itẽ, Comedens sudo. non me comedente sudo. Multa feci, tuliq; puer.] non dum fui puer, aut me puero. Ieiunaturus multùm comedo.] non ieiunaturo multùm comedo. Dum eo rus, cæpi mecum cogitare.] non eunte rus, cœpi mecum cogitare egomet; inter, ita ut fit, ubi quid in animo est molestiæ, aliam rem ex alia cogitare.] cùm fueris fælix: multos numerabis

merabis amicos.]non ente,uel futuro fœlici, multos nu merabis amicos. Item,legens proficio.]

Nunc autē quæro,quę participia poni poſsūt abſolutè in ablatiuo?Hęc,ſcilicet participium præſentis, & præte riti imperfecti,ideſt in ans,aut in ens. Pręteriti perfecti, & plusquam perfecti,ideſt in tus,in ſus,& in xus,quæ fre quentiſsimè in ſeptimo inueniuntur caſu. Item futuri in rus;ſed rarò. Exempla ultro ſe offerunt, ſi quis quærat. ¶Ioue tonante,& fulgurante,comitia populi habere ne-fas eſt.] libidine dominante,temperantiæ locus non eſt.] Creſcente luna,frumenta grandeſcunt.] Q.Metellus pro Lucio Cotta dixit,accuſante Aphricano.]Verg.Bis denis Phrygium conſcendi nauibus æquor. Matre Dea mon-ſtrante uiam data fata ſecutus.] ¶Venturo Cæſare, prædā ignauæ liquere manus.]Phosphore,uenturo Cæſare, red de diem] .i.cùm eſſet Cæſar uenturus.Val. Max. Id luce proxima conſulibus ſacrificio uel expiaturis, ſi poſſet a-uerti,uel ſi certum deorum ēt monitu uiſum foret, execu turis,hoſtiarū exta ſomnio congruerunt.]Item, facturo me copiam bonorum librorum ſtudioſis, cæperunt om-nes gaudere uehementer.] Illuſtriſſimo Ioanne Panor-mū uenturo,locarium erit cariſſimū.] Iudicaturo domi-no uiuos & mortuos, præparentur conſcientiæ noſtræ. ¶Corpora intereūt,ſpiritu,aut humore amiſſo.]Plin. de Ariete.Dextro teſte præligato fœminas generat, leuo ma res.]Clodius(occiſo Milone)regnaturū ſe putabat.]lectis literis aliquantulū acquieui.]Ille in crucē actus eſt, exe-cta lingua.]Diffuſo uino alia negocia exequar.] tramuta to lo uino.¶Vtimur ēt ſeptimo caſu,ſine participio. Qua le.Clemente Pontifice, Reſpublica Chriſtiana grauiter uexata eſt.] eſſendo Papa Clemente,la Chriſtianità fu gra uemente trauagliata.Rege Saturno fuit ætas aurea.] à tē po,di Re Saturno fu la età di oro. Marco Tullio Conſu-le,detecta fuit coniuratio Catilinæ.] à tempo di Marco Tullio Conſole,fu ſcouerta la coniuratione di Catelina. Illuſ.Carolo præſide ī hoc regno,terror hoſtes habebat.] à tempo di Don Carlo precedente in queſto regno,ſi ſta-ua con ſpauento dalli inimici. Priamo Troianorum

Rege Ilium deletum est funditus.] Te pacis authore depolita sunt arma.] Te præceptore, bonas literas didici.] à tempo che tu mi fuisti maestro, ho imparato bone lettere. Chiappisio lectore iuuenum pectora metus & tremor habebant.]Item, illis iudicibus.] hoc est cùm essent iudices. Illis testibus damnatus fui.] Meo quidem iudicio] al mio parere. Vel meo iudicio. Me quidē iudice, uel me iudice. Meo quidem animo, uel meo animo.] secondo il cuore, & animo mio. Mea quidē sententia, uel mea sententia.] secondo il mio parere. His ducibus, & Dijs iuuantibus breui salui erimus.] con questi capi, & con l'aiuto d'Idio in breue tempo saremo salui. Cùm futurum sit, ut te tædeat studij. præclariùs tecum ageretur, si non inciperes.] Hauendoti à recrescere del studio, meglio saria, che non incomenciassi. Si oppugnabitur arx maiestatis accusabimur.] Hauendo à battagliarsi il castello, saremo accusati di rebellione. nec dicas, oppugnanda arce, in septimo casu. Rege Secuturo, a castris non discedam.] Hauendo il Re à seguitare più, non mi partiro dal campo. Item, Voluendis assiduè libris bonis, quamplurima memoratu digna discuntur.] Orationem autem latinam efficies legendis libris pleniorem].i. cùm legentur. Hęc autem cùm tempus amittunt, non sunt participia, Aldus ait.

Nullane erit horum ablatiuorū absolutè positorū concordātia? Maximè, uerùm quādoq; quidē sic, quandoq; quidem non. Etenim cùm alter ferè adiectiuum sit, concordabunt igitur in tribus accidētibus, in genere, numero, casuq;. Sicut, sublata beneuolentia, tollitur nomen amicitiæ,]bello confecto.] confectis bellis.]non autē bello confectis, pax sequi debet.]¶At uerò hi ablatiui, absente, & præsente, construuntur, interdum cum ablatiuis pluralibus. sic ergo dices more Attico, Absente nobis. Et præsente nobis. pro nobis absentibus, & præsentibus. sic Plau. in Am. Neque nobis præsente, quisquā aliquis ausi sunt. Teren. in Eun. Neque scio quid profectò absente nobis turbatum est domi. Pompo. Quid enim apud forum præsente testibus mihi uendidit? Næuius, uolumus dona

dare

dare præsente omnibus. Accius. Est res aliqua, quæ præsente his priùs natura institit. Pro his præsentibus. Marcel. autem putat has dictiones absente, præsente esse monoptotæ formæ, uel certæ præpositionum uim habẽt. ut sit absente, clam; præsente, coram. uerùm hæc equidẽ inter obseruata digna usurpatu ne reposuerim.

His expeditis, sine ulla ornatioris eloquij authorum cõtrouersia, hęc ẽt ferè usurpari inuenies. Quid autẽ hoc? Quoduis uerbum admittit ablatiuos, uel septimos (ut aiunt) casus, significantes instrumentum, Modum actionis, Materiã, Caussam, Effectũ, Pretium, Tẽpus Spatiũ loci, Mensurã, Copiã, & Inopiam. de quibus summatim modò disserã. ¶Quicquid habet rationem instrumenti, septimo gaudet casu. Etenim id est, quod Quintilianus dicit li. 1. cuius hæc uerba sunt. Quærat ẽt sit ne apud Gręcos uis quædam sexti casus, & apud nos quoq; septimi. Quia cùm dico, hasta percussi, tũ nõ utor ablatiui natura. Hinc Honoratus Seruius, & pleriq; alij septimũ esse casum affirmant. Quid est obsecro non utor natura ablatiui? Argutus Valla hanc caussam agit, Etenim (inquit) ablatiuus aut ui nominis regitur, aut ui uerbi, aut aduerbij, aut intercedente præpositione. Vel ablatiuus is est, cuius est natura separare & diuidere; Cùm uerò dico percussi hasta, nulla quidem significatur separatio, ideoq; uidetur esse uis quædã septimi casus. Vnde ablatiuũ, qui nõ regitur aliquo prædictorũ modorũ, ceu ablatiuum instrumẽti, & eum, qui ponitur absolutè indesignatione sequelæ, uocãt septimum casum. Habes aliquot exempla? Habeo: Quoniã exempla magis afficiunt, quæso dic. Perijt me saxo.] Cæcidit seruos loris.] Enecas me istis uerbis.] Vincit oẽs sapientia.] Plerosq; sibi cõciliauit humanitate.] Scripsi hęc calamo arundineo.] Percutio te pugnis.] Corrigũtur flagellis.] Omnia mensurantur nummo.] Pugno dolis.] ludo arte.] Aureo piscatur hamo.] Dæmona non armis, sed morte subegit Iesus.] Panẽ scindũt cultro.] Video oculis.] tango manibus.] Nitor baculo.] ludo alea.] Caue dicas ingeniose lector, tãgo te cum manibus, Video te cũ oculis. Etenim præpositio (cum) aut comitem, aut concomitan-

mitantiam denotat. Comite sic, Magister venit cum discipulis. Hoc est, uenit magister,& discipuli, V.g. venerunt cum eo. Itaque, video te cum oculis; quid? quasi uideo te,& oculos meos. quod ineptum esset. Ouid. tamen in Trist. inquit,

Vtq; cremasse suum fertur de stipite natum.

Sed quidam exponit, vnà cum nato crematum fuisse stipitem, quod non aliis probatur. Concomitantiam autem sic, Acceptus ab omnibus est cum honore. Scripsit ad me magna cum beneuolentia. Cum dira truculentia me aspexit.] Verùm tamen hi ablatiui non instrumentum adsignant, sed coniunctionem. vt sit sensus. Honore comite, non instrumento. vel honore coniūcto, comitante, uel socia beneuolentia. Item, rectè dicitur, Acceptus fuit summo honore, idest honorificè. tamen video oculis, auribus audio, manibus tango, pedibus ambulo, nostra censura. Modus, est qua via, quave ratione fit aliquid.] Omne verbum igitur potest construi cum ablatiuo modum actionis significante vel passionis.] Sicut amat miseris modis.] idest miserè. vnde ablatiuus constructus secundum hoc præceptum exponitur ferè per aduerbium qualitatis. vt, cantat alta, submissa, graui, acuta voce.] idest altè, submissè, grauiter, acutè. Item, Excepit me hilari fronte.] idest hilariter. Aspexit me toruo uultu.] idest toruè. Ambulat celeri passu.] idest celeriter. Anus incedit testudineo gradu.] idest tardè, vt testudo. Mira celeritate rem peregit.] Hic tamen plerunque additur præpositio, cum: vt, summa cum eloquentia: Et summa eloquentia. Summo cum conatu. summo conatu. Summa cum industria: Et summa industria egit caussam tuam.] Magno impetu corruit.] Summa cum humanitate tractauit amicum.] Egi cum populo] bellè dicitur, tametsi comitem significet. Item, pro meo more, pro meo iure dixi.] Ex antiquo instituto gestum est,] Veniet tacito curua senecta pede.] Diuina ira lento gradu procedit ad vindictam]Meo more, meo iure id feci.] idest confidenter. Recito dulci prolatione.] Summopere desidero.] Desiderio desideraui.] Sum magno desiderio expectatus.] Nul-

lo

lo pacto id poteſt fieri.] ¶Item, Quæ in aduerbia tranſeunt; vt falsò loqueris] Auſpicato uxorem duxiſti] Sedulò operam dabo.] Haud expectatò uenisti, tam citò abiturus.] Inſperatò aduenisti.] Aequo animo feras aduerſa.] Neſcio seriò, an ioco loquaris.] Ore deũ amas, corde verò negas.] Vſu uenit.] Meritò patior.] Immeritò percuſſit.] Si ſpiritu uiuimus, ſpiritu & ambulemus.] Qua mente id feciſti?] Dormit ſopore graui.] Lepores pa tentibus dormiunt oculis.] Et mille id genus.

Materia, ex qua aliquid fit, in ablatiuo ſæpius exprimitur cum præpoſitione de, e, uel ex, ſicut faber facit ſcamnum ex ligno.] Homo factus eſt de limo terræ.] Opi fex calicem ex auro fecit.] binas mihi dediſti literas ſcri ptas auro.] uel aureas. Templum ædificatur ex ſolido marmore.] Panis ex furfure confectus.] Anulus ex argen to, uel argenteus.] Conſtat ex quatuor elemẽtis homo.] Ex cemento, calce, lateribus, lignis, lapidibus domus eſt conſtructa.] Aliquando præpoſitio ſubauditur, ſed verè apud Poetas. Verg. in 2. Aeneid.

Sectaque intexunt abiete coſtas.

Idem, Viminibus, molliq́ue paras detexere iunco.] Sic, Sutor facit calceum corio, ex corio.] Sartor tunicam panno, ex panno.] Statuæ fabricantur ære, ex ære. ¶Ablatiuum aſciſcit materia, circa quam uerſatur uerbum, uel adiectiuum: aut qua verbum, uel adiectiuum auget, minuit, uel quocunque modo afficit illud, cui additur. Sicut, lepidus ſermone.] Dulcis eloquio.] Lentus gradu.] Præditus uirtute.] Afficio te honore.] Libero te curis.] Sterno lectum tapetis.] Auctus muneribus.] Huber lacte diſtentum.] Vir duplex animo.] Fœcundus prole.] Fœtus armis.] Dignus, indignus laude.] Præſtãs aliis ingenio.] Cicero in Verrem. Homo ſingulari cupiditate, audacia, ſcelere, præditus.] Benignus natura.] Compunctus corde.] Incircunciſus labiis.] Velox pedibus.] Promptus lingua.] Tardus manu.] Licèt etiam hic ſit materia, in qua tamen quoque dici poteſt materia, circa quam. Sic Sall. Lingua, quàm manu promptior.] Sic, fungor magiſtratu.] Pythagoras veſcebatur herbis crudis.] Fruor aſpectu

L amici.]

amici.]Vtor nummo.]Fraudo te iure.] Fortuna beat homines diuitiis.]Dono te munere.] Spolio te clamyde.] Sed opus esset, si cuncta enumerentur.

Caussa,uel effectus est,propter aliquid fit.] Oē igitur verbum,plurimaq; adiectiua regere possunt ablatiuum caussæ efficientis,præsertim naturalis sine præpositionis nota:qui ablatiuus declaratur per præpositionem,p, vel præ, vel,propter:Habes exempla?Habeo. Cedo obsecro. Id efficiam primo quoq; tpe. Labore paratur doctrina.] Cōcordia res paruæ crescunt,discordia maximæ dilabuntur.]Oderunt peccare boni,virtutis amore: Oderunt peccare mali,formidine pœnæ.]¶Da exempla caussæ naturalis.Hæc.Taceo pudore.]Rubesco ignorantia]Tremo metu.]Eiulo dolore.] Baccharis ebrietate.] Expergiscor clamore.]Hoc est,propter pudorem,ignorantiā,metum, dolorem:aut,præ pudore,ignorātia,metu.]Sic, stupet vitio]Lam tor tristitia.]Pinguescit glis somno.]Aegroto labore.]Fatigor itinere.] Amo te virtute tua.] Vapulas à magistro susurro.]Facio amore tui.]Ieiuno amore Dei.] Veni gratia videndi tui.]Gratia Dei sum id,quod sum.] Opera tua liberatus sum.]Auxilio tuo euasi.]Consumor cura.]Maceror dolore.]Caussa efficiens est,non finis.]Da exempla de adiectiuis.Ecce.Elatus diuitiis.]Inflatus sciētia.] Turpis infamia.]Feruidus ira.]Ebrius dulci fortuna.]Pallidus morte.]Albus frigore.]Tardus senio.]Grauis ære.]Superbus honore.]Nobilis progenie.] Vilis scelere,& mēdacio.]Amplus honoribus.] Tardus pigritia.] Speciosus forma.]pulcher aspectu.]Velox spe , timore.] Generosus virtute.]Insignis laude]Inclytus gloria.] Clarus probitate.]Molestus litibus.]Virtute modestus.] Fessus cursu.]Lassus cura.]Lætus honore.]¶Item,corpus tenuissima de caussa sæpe conficitur].i ob caussam.Claudicat exvulnere].i.pp vulnus.Ex iniuria homines occipiūt insanire].i.ob iniuriam.Præ lachrymis reliqua scribere non valeo.]Præ dolore loqui non possum.] Tibi pro tuis erga me summis beneficiis gratias ago.] Gratias tibi agimus domine provniuersis beneficiis,quæ quotidie nobis elargiris.] Deus pœnas à te ob aliquod delictum expetiuit.]

uit.] Inuictus uiribus.] Tardus ætate.] Facetus sermone.] ¶Priscianus autem lib. xviij. ait, omnibus verbis licet ablatiuum adiungere, cùm caussam per eum indicamus ipsius actus, uel passionis, quod licet in omni verborum specie facere. Vt, Plato uiuit anima].i. propter animam. Aristoteles ambulat pedibus.] idest per pedes. Socrates philosophatur scientia.] idest propter, per scientiam. Similiter Horreo frigore.] idest propter, per frigus. Hæc ille. ¶Quoniam autem de caussa efficiente dictum est, propterea quæro; Quotuplex est caussa alicuius rei? Quatuor. Quæ? Scilicet, Efficiens, materia, forma, & finis.] Quid est caussa efficiens? Quæ rem facit ab efficiendo dicta. Sicut, faber. Est autem duplex, Interna, & Externa. Interna, vt taceo pudore. Externa verò, sicut, à Deo manat omne bonum. Gloriatur de malè gestis. Materia quid? Verè ex qua res fit, ut lapides, & lingua: ex quibus constituitur domus. Et est triplex. Primùm ex qua aliquid fit, ut ex ligno fit scamnum. Aliàs, materia, in qua est proprietas, ut manus est materia, in qua est talis albedo, nigredo, & huiusmodi: quæ etiam id temporis Logici subiectum uocant inhæsionis. Aliàs, materia: circa quam, est circa quam res uersatur: ut laude dignus: dulcis eloquio. Quid rei est forma? Quæ dat (ut aiunt) esse rei; sicut, In domo figura, anima in corpore. Quid finis? propter quem aliquid fit, ut habitatio domus. quod genus caussæ caussam caussarum appellant philosophantes.

Pretium cùm est certum, ubique ponitur in ablatiuo, vel in septimo casu.] Itaque omne uerbum ad pretium, uel æstimationem pertinens pretium, ualoremque in ablatiuo omnium dictionum; Exceptis tantùm, quantùm, plùs, & minùs cum eorum compositis: quæ dum sine substantiuis ponuntur, in genitiuo regi uolunt: maritata autem substantiuis in ablatiuo, sicut alia omnia, prçter tantidem, quod quia ablatiuo caret, substantiuum non recipit. Vergilius in sexto Aeneid. Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem. Idem in primo. Exanimumque auro

 corpus

corpus uendebat Achilles. Horat. In Epist. fiet, eritq; tuus nummorum milibus octo. Val. Max. lib. v. Magno ubiq; pretio uirtus æstimatur. Ouid. Stat mihi non paruo uirtus mea. Idem lib. 2. de Trist. Quoque minùs prodest pœna & lucrosa poetæ; Tantaque non paruo crimina prætor emit Inspice ludorum sumptus Auguste tuorum: Empta tibi magno talia multa leges. Verg. in 2. Aen. Hoc Ithacus uelit, & magno mercentur Atridæ. Item Christi sanguine redempti sumus. Spem pretio non emo. ¶ Sed interrogamus quanti (non quanto) emisti librum? Rursus, non quanti prætij, uerùm quanto pretio librum emisti? Respondebimus autem, tanti, pluris (nam maioris non latinè dicitur, ut ait Valla contra Raudensem) minoris emi liberum. non autem tanto, pluri, aut minori, nisi cum pretio, ut tanto, pluri, minori pretio; aut pecunia. ¶ Tu minoris reuendes, quàm emeris.] per manco prezzo uenderai, che hai comprato. Vendidi domum meam paulo pluris, & nihilo minoris centum aureolis.] ho uenduto la mia casa poco più, & niente manco di cento scudetti. Sex trientibus uitulina expletus sum.] per sei tornesi sono satio di carne di uitella. Emi librum dimidio cariùs, quàm æstimabat.] ho comprato il libro la metà più che lo stimaua. Quanti indicas pisces?] come uendi li pesci. Vitulina inscripta est nummo argenteo.] Vale, haue la meta ad un carlino. Nil emere cupit, qui rem minoris dimidio licetur.] non ha uoglia di comprare, chi offerisce la metà manco, che la cosa uale. Appende mihi carnem pleno pondere.] fammi bon peso della carne. Parco pondere.] à peso scarso. Mercatores frumentum triplo pluris, quàm emunt, uendunt.] tre uolte più.

Spatium temporis ponitur in accusatiuo, uel ablatiuo: Cùm quæstio fit per quandiu, quàm pridē, uel quàm dudum: Et continuum tempus significatur in utroque casu, licèt pernegent. Noctes atque dies crucior miser.] Hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte.] Tribus ab hinc mensibus est occisus.] Tota nocte studui.] & totam

totam noctem. Item ubi significatur pars temporis.] Sicut, superioribus diebus ad te scripsi.] Anno proximo te uisam.] Vicesima secunda hora significata, præceptor nos missos facit.] ¶His quoq; modis effertur. Per tres annos tenuit prouinciam.] Ad annũ centesimum uixit.] Num igitur, si ad centesimum annum uixisset, senectutis suæ eum pœniteret?] Ad annos quinquaginta natus.] Ad quatuor menses è pedibus domi laborabat.] In mensem unum creatus est Consul.] In diem mercantur panem.] Aues in horam uiuunt.] In aliud tempus te expectabo.] plus mensem inclusus.] Ampliùs biduo detentus.] Anno uno atque altero moratus.] Annus agitur quintus à morte patris.] Annus hic decimus est, cùm tecum esse cæperim.] ¶ Cùm uerò quæstio fit per quando, aut quanto tempore, per ablatiuum tantùm loquendum est, & species, aut pars temporis denotatur. Sicut, Nemo mortalium omnibus horis sapit.] Venit prima luce, discessurus hora sexta.] Memoria nostra, Memoria patrum nostrorum factum est.] puncto temporis rerum momenta uertuntur.] paucis diebus, aut ipse ueniam, aut litteras ad te mittam.] Tertio calendas, calendarum.] Ad tertium calendas, calendarum.] Sed, Vesperi, luci, tempori, factum est.] Prima luce. prima die uenit. Sed differunt: Etenim prima luce, significat prima parte diei, quasi diluculo. Sed prima die significat ipsa die, quæ prima est.] Similiter differunt primis tenebris, & prima nocte. Illic enim de prima noctis parte loquimur: hic de ipsa nocte.]

¶ Redditur hic ablatiuus uariè. A' cæna occisus.] Imber à media nocte coortus est.] Sub somnum aliquid legendum.] Sub idem tempus, horam uenit.] sub ipsa die discedunt.] sub literas lepidi statim recitatæ sunt tuæ.] per noctem, per diem, per tenebras plurima uoluens.] De nocte vigilat.] De die dormit.] De luce studet] in tempore, in sequenti nocte, in paucis diebus confectum.] Ad diem, ad tempus, ad quintumdecimum diem uenit.] Intra paucos dies opus absoluam.] circiter calendas, idus, nonas

natus.]Venit poſt Paſcha.] Ante Pentecoſten obiit.] Veni, vt tanto te interuallo viderem.] ¶Et per Eclipſim. Id ætatis conſulem agebat.] Id tempus creatus eſt Pōtifex.] Illud horæ expirauit.] Ego iſtuc ætatis amori operam non dabam.] Id temporis mecum eras.] Quando uerus regitur à uerbo,non ponitur in ablatiuo. vt Hyems me perdidit.

Spatium locale accuſatiuo,aut ablatiuo gaudet.] Sicut,Murus tres pedes latus, quinquaginta uerò altus.] Nucleus craſſus ſex digitos.]Pater abeſt ab urbe,iter vnius diei.] Biduum, triduum proceſſit.] Non diſcedam à ſententia tua digitum tranſuerſum.] Biduo diſtamus à patria.] Iam mille paſſus proceſſerunt.] Patet in longum ſeſqui miliarium.] Pedem, latum culmum, latum vnguem, latum digitum, latam paleam, hinc ne diſceſſeris.] Iter, uel itinere unius diei, duorum dierum.] Vel bidui,tridui.]¶Itē,figuratè,longū quatuor pedum.] Vnius palmi latū.Aberā ab urbe bidui, tridui.] ¶Spatiū, quod redditur qōni ubi, ablatiuum expoſcit. vt, captus quinto ab vrbe lapide.] Sexto miliario à taberna occiſus.]Mille ab hinc paſſibus caſtrametati ſunt.] ¶Fit etiā addita præpoſitione. Poſitis à millibus paſſuum quindecim, auxilia Germanorum expectare conſtituit.]A millibus paſſuum circiter duobus, Romanorum aduentum expectabat.]A mille ferè paſſibus caſtra poſuit.]Ad intra mille paſſus occiſus eſt.

Menſura etiam accuſatiuo, vel ablatiuo gaudet. Sicut, Muri vicenos pedes alti.] Puteus patet tres palmos.] Baculus craſſus ſex digitis, uel ſex digitos.] Ferrum graue tribus & uiginti libris.] Vas capax ad ſextarios ſex.] Prop. Tam multa illa meo diuiſa eſt millia lecto. Quantùm Hypanis Veneto diſſidet Eridano.] Ouid.

Sulmo mihi patria eſt,claris uberrimus vndis,
Milia qui nouies diſtat ab vrbe decem.

Verg.

Tres pateat cæli ſpatium non ampliùs vlnas.

Plaut.

Comeſſe

Comesse panem tres pedes latum potes.

Vitruuius. Hæc autem basis erat longa pedes duodecim, lata pedes octo, alta pedes sex. Plin. Iunior. Decem & septem millibus passuum ab urbe secedit. Idem, Ambulat millia passuum tria. Idem, in Creta terræmotu rupto monte inuentum est corpus stans quadragintasex cubitorum, quod alij Orionis, alij Etionis fuisse tradunt. Idem, Babylon Chaldaicarum gentium caput diu summam claritatem obtinuit in toto orbe, propter quam reliqua pars Mesopotamiæ, Assyriæq; Babylonia appellata est, sexaginta millia passuum amplexa, muris ducentos pedes altis. Quint. Iugeri mensuram ducentos & quadraginta longitudinis pedes esse, dimidioq; in latitudinem patere, non ferè quisquam ignorat. M. Cato. Non minus quàm quindecim milia Anien abest. Id quoque pondus habet. sicut, Plumbum graue centum libris.] Aurum sexaginta libris.] ¶Mensura excessus, & res, qua fit excessus, in ablatiuo ponitur, ut in comparatiuis dicetur, Annosior me tribus annis.] Sum altior te tribus palmis.] Maior me biduo, mense, anno.] Antecedo te tanto interuallo.] Superat omnes nobilitate, doctrina, arte, & vsu.] Sum longior te tribus digitis.

Copia, & inopia gaudet ablatiuo, uel genitiuo.] Omne igitur nomen adiectiuum, vel verbum denotans copiam, aut plenitudinem & inopiam, potest regere ablatiuum, vel genitiuum.] Exempla de adiectiuis, sicut, Plenus, diues, locuples, abundãs, beatus, fœlix, satur, ebrius, refertus, onustus, fęcundus, egenus, indignus, purus, cassus, viduus, orbus, vacuus, inanis, dignus, expers, inops, immunis, pauper, reus. ¶Habes super his aliquot exempla? Cedo. Verg. in 1. Aen.

Quæ regio in terris nostri non plena laboris?

Terent. Plenus rimarum sum. Cicero, Stultorum plena sunt omnia. Var. lib. 1. rer. Rust. Nihil sua interesse vtrum his piscibus stagnum plenum, an ranis. Sall. bel. Iug. Quæ quanquam grauia & flagitio plena uidebãtur. Atq; hoc, Aue Maria gratia plena. Alibi. Plenũ gratiæ & veritatis. Hor. In arte. Diues agris, diues positis in fęno

re nummis. Ouid. Ecce ueni magno diues philomela paratu. Horat. li. Epist. Mancipiis locuples eget æris Cappadocum Rex. Verg. io Buc. Quàm diues pecoris niuei, quàm lactis abundās. Cic. pro Cluētio, Mulier abūdās audacia. Idem, Quis tam abundans copijs. Verg. in secundo Aeneidos, Nunc cassum lumine lugent. Idem in primo, Diues opum. Horat. lib. 3. car. Dignus morte perit. Plaut. Non ego sum salutis dignus. ¶ Exempla de uerbis, ut impleo, repleo, expleo, abundo, exundo, redundo, egeo, indigeo, careo, scateo, & reliqua. Verg. in primo Aen. Implentur ueteris bacchi, pinguisq; ferinæ. Idem in eodem. Impleuitque mero pateram. Terent. Vt metum, in quo nunc est, adimam, atque expleam animum gaudio. Plau. Quia tui abeuntis egeo. Lactant. libr. 5. Tantam esse innocentiæ uim, ut non egeat nec armis, nec uiribus. Cicero, Carere debet omni uitio, qui in alterum paratus est dicere. Ouid. Quod caret alterna requie, durabile non est. Terēt. Omnes mihi labores fuere leues, præterquam quòd & carendum erat. Ouid. lib. 15. Meta. Morte carent animæ. Verg. Hoc ego te fasce leuabo. ¶ Sunt prætereà uerba quędam actiua significantia priuationē alicuius rei, & regūt actiuū cum ablatiuo. ut priuo, spolio, libero, orbo, mulcto, soluo, exonero, leuo, & mille id genus. ¶ Munusculo isto ingeniosi lectores contenti quæso eritis, quod uobis tota mentis intentione dicaui, facturus ampliora multò si possem. Sed in quantum ad participium spectat, receptui canere contingit. Valete.

D. VITI CHIAPPISII, SACCENSIS,

Grammaticarum institutionum LIBER NONVS.

De Relatiuis.

GVRGITIS immensi, ac admodũ undosi portio lõge maior, cursuq; difficilior huc usq; uẽtorum turbine tumet: Verùm Deo præstante (unde ueniet auxilium mihi) cui difficillima quæque facilia, impossibiliaq; possibilia sunt, cœperat iam perinde uideri mihi Romani eloquij pelagus undique placidum, nullisque ferè impeditum obicibus, & undas solito laxiores præstare: Cùm spe, atque auiditate contingendi litoris, in quo quies bellè promittebat futura; & ob superatos labores uectrici cymbulę, remis modò deferor & uelo in altũ. Interea ne quidẽ tu perpatua ratis diuersa æquoris incõmoda reformida; nã Deus in nobis, sunt & cõmertia cœli: Deus ecce Deus pręcipites inquit festinate uiri, & considite transtris. Soluite uela citi; Deus æthere missus ab alto. Festinare fugam, tortosque incidere funes. Ecce iterum stimulat. Sequimur te Sancte Deorum, Quisquis es, Imperioque iterum paremus ouantes. Adsis ò placidusque iuues, & sidera cœlo, Dextra feras, doceas, fortunæ cætera mando. Tu igitur fili mi Ioannes Anto. cui relatiuorum opus nuncupaui, Deum patrem ora, ut eius protectus auxilio & pelagi huiusce ruinam, sæuamque hyemem, inimicorumque rugosas sannas effugere honestè ualeam. atque in sancti eius nominis gloriam hos ludos

dedu-

deducam in finem: Supererant multa; sed quoniam mihi sat dixisse uidetur, omittenda reliqua censui. Etenim est & posteris relinquendus locus dicendi seu scribendi ne inuidisse uideamur futurorum ingenijs: & arrogantia quadam, ad quam omnes aspiramus, uideamur occupasse sequentium gloriam. Miti ergo animo ferendum est, quod honestis agentibus caussis, aut breuiter dictum est, aut caussa breuitatis omissum. His igitur contenti in eo, qui nostrum est gaudium, nostrumque omnium futurus est præmium in cęlo, operis principium aggredimur. Deus in primis proposito nostro fauere uelit: Amen.

Quando hic labor ille domus est, & in extricabilis error. Attamen cælesti arbitror auspice rem impeditam ac ferè perditam cæca regens uegistia filo ipse Dedalus expediã. Sed primum omnium quid uentilandum ac discutiendum fit obuiam uide, num Relatiua inter nomina cum Prisciano, an tutiùs inter pronomina cum Donato & Diomede atque Probo de lingua latina benè meritis admittenda forent. Quis, & Qui licèt plerique (aiunt quidam) inter pronomina ponant, nomina tamen non pronomina sunt, teste Prisciano in libello de 12. carminibus Vergilij: Cuius uerba, si desideras, hæc sunt, Qui à quibusdam pronomen esse putatur. Sed non rectè, Proprie enim pronomen est, quod pro nomine proprio ponitur, & personam finitam certamq; habet. Ergo cùm quis uel qui: & talis, qualis: & quantus & tantus: & similia infinita sunt, vel interrogatiua, uel relatiua, nec finitas habent personas, potiùs sunt nomina. Nec mirum si quædam ex ipsis declinationem habent pronominum: cùm pronomina quoque multa, de quibus nulla est dubitatio, quin pronomina sint, nominum habent declinationem, ut, meus, tuus, suus, noster, & uester. ¶Et (ut uult Honoratus Seruius) Qui secundæ declinationis fuit. Quis uerò tertiæ. Ideoq́ue à quo, quorum, quis, quos, & à quis, obliqui sunt huius nominis, Qui. Quis uerò apud antiquos communis erat generis. Plaut. Dic mihi, quęso quis ea est, quam uis ducere uxorem. Et declinauerunt. Nominatiuo hic, & hæc quis, accusatiuo hunc & hanc quem, abla-

ablatiuo ab hoc, & ab hac qui. Sicut facilis, facili. Pluraliter autē sic, ques, quium, quibus. sicut puppes, puppium, puppibus. Cato in originibus. Ques sunt populi. Plaut. In medo. Ques sunt isti? ¶ Quid est relatiuum? Nomen est antelatæ rei repræsentātiuum, uel cōmemoratiuum: Quodq; rem ante dictam iterum dicit, repræsentat, meminitque. Et dicitur à referendo, hoc est à repræsentādo. uerùm hanc lectionem clariùs aduerte docebo. Relatiuo posterior semper ab ea re, cuius est relatio. Vt imago in speculo, ab eo semper existit, ac pendet, cuius est imago. Quoniam si referre repræsentare est, aliquid antecedat, necesse est. Relatio igitur ibi disperit, ubi quod natura præit abscesserit. quò fit, ut relatiua signa quodammodo sint ad aliquid. Quæ artifex ipsa dicendi sapientia non tam necessitate ulla excogitauit adinuenitque, quàm elegantia. Scilicet quibus ut tanquàm articulis, & quibusdam quasi nodis ad constituendam orationem, & leuandum ad fastidium, uteremur. Ne si eadem nomine repetendo toties inculcaremus, unde oratio prorsus hians, inconcinna, atque inuenusta redderetur. Hæc autem eò præfati sumus, quò minùs à quoquam existimetur, relatiua nulla alia ui constare, præter eam, qua non se, sed aliena semper repręsentant. Ex quibus, relatiuum aliud nihil est, quàm signum rei cuiuspiam antecedētis, quæcunque sit illa, repręsentatiuum. ¶ Relatiuum duplex: substantię unum, accidentis alterum. uerùm hic ambiges fili mi nescius quid substantiæ, quid accidentis sit. Substantiam (pende iam ex ore meo) hic nemo accipiat naturam per se stantem. Neque accidens, naturam nō per se existentem. Verùm utrunque per quandam, ut aiunt, mimisim, hoc est imitationem hic dictum est. Etenim ut nominum illa dicuntur substantiua, quę instar substantiæ, per se in oratione subsistunt, qualia quę in declinatu aut uni, aut duobus ad summum iunguntur articulis: Perinde ea relatiua substantię dictitata, quę antecedens repræsentant substantiuum. ¶ Rursus, ut ea nomina dicta sunt adiectiua, quę accidentis in morem substantiuo in oratione

tione adhærescunt, cuiusmodi quæ in flexu, aut nullis, aut omnibus iunguntur articulis. Sic igitur relatiua accidentis, quæ antecedens repræsentant adiectiuum. ¶Nec dubitaueris pulcherrimè rerum, quando relatiuum substantiæ non semper substantiuum antecedens refert; quale hoc. Ille, qui currit, mouetur. Audi attentissimè lepidũ caput, pronomen est, quod stat nominis loco proprij substantiui: Ergo pronomen ille, & se explicitè exprimit, & substantiuum nomen signat implicitè. Ille igitur subintellige Sortes, Socrates, aut Plato. ¶Sed enim relatiuis accidentis in alium locum reiectis, primùm omnium de substantiæ, quæ natura, ordine, & dignitate antecedunt; agamus necesse est. ¶Quotuplex est relatiuũ substantiæ?] Duplex. Similitudinis, & diuersitatis. Quid est relatiuum substantię similitudinis? Quod idem refert cum suo antecedente, & pro eodem supponit. Verbum autem hoc (supponit) ex Dialectica officina, non illepida, neque impropria significatione sumptum est: Idque apud eos nihil aliud annotat, nisi uocem aliquam significatiuam pro aliquo, uel aliquibus in oratione accipi. Vt quoniam ipsæ res in orationem ingredi non possunt, uoces pro rebus supponant; nimirum significatione passiua. Quemadmodum & latinissimi authores usurpant, lauimus pro loti sumus: & arma mouisse, pro mota esse. Ergo, qui, quæ, quod, ille, ipse, hic, is, idem, suus, atque sui, relatiua sunt similitudinis. primum quia reddunt substantiuum antecedens: deinde quia pro eodem, quod referunt, supponunt. Quorum omniũ (præter sui, quod nulli respondet, quia substantiuum est) id proprium, ut semper in genere, & numero cum eo conueniant, pro quo supponunt. Plin. lib. 25. Mithridates, quem debellauit Põpeius, omnium ante se genitorum diligentissimus uitę fuisse argumentis præterquàm fama intelligitur. Hic duo sunt relatiua, quorum utrunque refert Mithridatem, & pro eodem supponit, ab eo nihil aliud significans. ¶ Relatiuum substantiæ similitudinis igitur conuenit cum eo, quod à superiore secum reperit, in casu, genere, & numero. sicut, Fœlix, quem faciunt aliena pericula cautum. Qui amat periculum,

lum,peribit in illo. In hac cōstructione duo semper sunt uerba:quorum prius sit antecedentis,posterius uerò relatiui.ut pauci sunt,qui uirtutem amant.Hinc non uerebere, quare relatiuum cum antecedente non conuenit etiam in casu. ¶Nota quòd idem,à quo in abstracto identitas,tripliciter dicitur,Idem numero.] Idem specie]Idē genere]Idem numero dicitur,esse unius numeri,ut Sortes & Plato.]Idem specie,quando aliqua indiuidua sunt sub una eademque specie, de qua prædicatur genus, ut Sortes,Plato,Vergilius,& omnia indiuidua,quæ sub homine specie continentur.] Idem genere, quando plures species continentur sub genere;sicut,Homo,Leo,Equus, Capra.dicunt idem genere;quia continentur sub genere, quod est animal.Hoc idem relatiuum substantiæ similitudinis cum suo substantiuo antecedente refert,at ueriùs idem indiuiduo.Vt Plato, qui fuit doctissimus Philosophorum suæ ipsius ætatis docuit Aristotelem, & is idem Socratis discipulus fuit. Hic idem est Plato,idem qui.

¶Relatiuum quandoque naturalem mutat ordinem figurate. Sicut, Quod bonum,faustum,fœlixque sit (Quirites)regem create. Cęteris satisfacio omnibus, mihi ipse nunquam satisfacio.¶Multiplex est autem huius relatiui repræsentandi ratio. Repetit igitur primò nomen proprium,ut hem dauus est,qui loquitur.] Carolus Imperator,& idem clemens.¶Secundò,appellatiuum:ut,scelera, quę non puniuntur,omnibus nocent.¶Tertiò,Pronomē. Ille ego,qui quondam gracili modulatus auena Carmē. ¶Quartò, Aliquid loco nominis, totam fere clausulam: ut.Quod isti fortunatum putant uxorem nunquā duxi.] Si me audies,id tibi plurimū proderit.] Cicero ad Lent. Videbatur .n.reconciliata nobis uoluntas Senatus esse, quod tum dicendo, tum singulis appellandis perspexeram,quod,idest quam rem. ¶Quintò, cùm idem etiamnum efficiat plura antecedentia promiscuè,indiscriminatimque referens.Plin. in Epist. Est Aciliano facies liberalis,multo sanguine, multo rubore suffusa : Est ingenua totius corporis pulchritudo, & quidam Senatorius decor,quæ ego nequaquam arbitror negligenda.] quę, id-

est quas res. Liuius lib. 37. Multa in eo, & dexteritas, & humanitas visa, quæ commendabilia apud Africanum e-rant. quæ, idest quæ res. ¶ Sextò, Aliquid in pronomine possessiuo inclusum, ut, scripta sunt hæc ad correptionem nostram; in quos fines sæculorum deuenerunt.] ¶ Septi-mò, Aliquid ex alijs certum. ut, coram, quem quæritis, ad sum.] ¶ Octauò, Aliquid in alio inclusum, tanquam ge-nus in specie, ut, fui Romæ, quem locum multi reui-sunt.] Scribo librum, eo opere perfecto, mox ad te ue-niam.] Huc pertinent illæ parentheses. Quæ tua est hu manitas, potestas, pietas, libido. Et qua pietate es, cu-ius pietatis, ea tua est pietas, ea es pietate, eius es pie-tatis. ¶ Nonò, Aliquid speciale in generali inclusum, ut in quo hæc discebat ludo, exaduersum ei loco tonstrina est.] Arte noua speculata locum, quo littore feras agi tabat Iulus.] ¶ Decimò, Aliquid Synonymum. Vt sua des Bruto, ut scribam: eas literas cras ad te mittam.] Pæ dagogi sint eruditi, quam curam primam esse uelim.] ¶ Vndecimò, Aliquid omnino alienum. vt, scribis te uel-le mecum decedere, quem diem utinam uideam.] Ipse me per literas consolatus sum mirificè, quem librum pa-ucis diebus habebis. [¶ Item cum eadem uox in utra-que clausula, modò in secunda apertè exhibetur, modò supprimitur. vt Diem dicunt, qua die conuenirent.] Duo itinera erant, quibus itineribus domo exire pos-sent.] Relatiuum sæpe refert uerbum, & totam (ut e-tiam prætactum est) orationem, in qua ponitur uerbum sicut, Tu fugis hinc Romam, quod procul absit mihi.] quod idest fugere Romam. Tu es piger, quod abest à me.] quod scilicet esse pigrum. Terent. In tempore ad eam ueni, quod dominum rerum est primum.] quod scilicet in tempore uenire. Cicero, Qui uirtute prædi-tus est, hic suis rebus contentus est, quod diuitiarum est proprium.] vnde liquet in huiusmodi relatione uerbum repetendum esse in infinito, qui frequenter pro nomine ponitur. Ideoque relatiuum in neutro genere ponendum est: quia omnis pars orationis indeclinabilis, ipsaque oratio pro nomine posita, genus induit neutrum. ut, scire

tuum

tuum nihil est.] Iam cras hesternum consumpsimus, ecce aliud cras.] ¶ Relatiuum interdum mutat proprietatem. Hęc autem personalis proprietas est, quòd uerbum debet conuenire in persona cum antecedente, non cum relatiuo. Sicut, ego, qui scribo: Tu qui scribis. Ille qui scribit. Quando igitur secus fit, mutatur personalis proprietas. Vt Danai, qui parent Atridis, quàm primùm arma sumite.] pro qui paretis. Item in hymno trium puerorum. Benedicite aquę omnes, quę super cœlos sunt, domino.] pro estis. In libro psalmorum. In atriis tuis Hierusalem. Hierusalem, quæ ædificatur ut Ciuitas.] pro ædificaris. Sed in his Solęcismus est, propter immutationem personarum.
¶ Quæsierunt Grammatici si relatiuum debet cum antecedente in persona congruere? Minimè. Quare? Quia Relatiua sicuti adiectiua omnia deficiunt personam: quando uerò antecedenti adhærent, illius sunt personæ, cuius est antecedens. Etenim cùm dico solùm, qui, uel quæ, uel quod, nullius sunt personæ: cum uerò dico, Ego qui, quia relatiuum qui est coniunctum antecedenti ego, quod est primæ personæ, ipsum quoque fit primæ personæ, & propterea uerbum, quod sequitur debet esse illius quidem personæ, cuius est antecedens relatiui, ut ego qui compono.] tu qui componis.] Petrus qui componit.] Nos qui componimus.] Vos qui componitis.] Illi qui componunt.] Et quia omnis uocatiuus casus est secundæ personæ, sic cum ei adhæret relatiuum, sequetur uerbũ etiam secundæ personæ. Quale Tullianum Illud in Epistola ad Flaccum. O nox illa, quæ pene æternas huic urbi tenebras attulisti.] Idem apud Eundem. O nonæ illæ Decembres, quæ me cõsule fuistis.] ¶ Relatiuum interdum refert antecedens pro uoce, quamuis ipsum antecedẽs supponit significatiuè, & supponit tunc relatiuũ materialiter, non pro se uoce, sed quod pro uoce sui antecedẽtis supponit. Hoc est, cũ antecedẽs pro re, & relatiuũ pro uoce supponit. Sicut, Martyribus, Doctorib. & uirginibus datur aureola, qđ deriuatur ab auro.] qđ. s. aureola.

Item

Item, inuenimus Messiam, quod interpretatur Christus.] Tu uocaberis Cephas, quod est Petrus.] Et crucifixerunt eum in Golgata: quod est Caluariæ locus.] In huiusmodi autem relatione relatiuum ponendum est in neutro genere, quia omnis uox materialiter, id est pro ipsa uoce posita genus neutrum assumit.] ¶ Interdum antecedens sumitur materialiter, idest pro uoce tantum, & relatiuum refert ipsum pro eius significato. Tunc autem quia relatiuum non supponit materialiter, non semper in neutro genere ponendum est. Hoc enim est, cum antecedens pro uoce, & relatiuum pro re ponitur. Ouid. lib. Fast. Iamque duæ restant de mense secundo, Marsque citos iunctis curribus urget equos. Ex uero positum permansit Equiria nomen, quæ Deus in campo perspicit ipse suo. Equiria sunt ludi, quos Romulus Marti primus instituit, in quibus equi in Campo Martio currere solebant. ¶ Relatiuum & antecedens quandoque ponuntur æquiuocè; Hoc est, cum relatiuum mutat significatum sui antecedentis. Hoc fit quando est Homonymon, & relatiuum refert ipsum pro alio significato ab eo, pro quo stat antecedēs in sua constructione: Vt in sacris literis, Manus meæ, quę uos fecerunt, clauis confixę sunt.] Hic manus stat pro mēbris corporis Christi, & relatiuum refert manus, & stat pro potestate, quam etiam significat manus. Cicero. in oratione inuectiua contra Catilinam. Tractus est ille, qui hanc urbem cōdidit Romulus, quem inauratum in Capitolio paruum atque lactentem uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis. ¶ Antecedens persæpe ponitur absolutè, ut relatiuum habeat locum in constructione Hoc autem, ubi cum relatiuo & antecedente ponitur tantum unum uerbum, cum propriè debeant duo uerba habere, aut saltem bis unum positum. Ponitur autem antecedens hac ratione absolutum in quolibet casu. primò in Nominatiuo; ut, uirga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.] In Genitiuo; ut, studentium uirtuti, eorum dij non obliuiscuntur.] In Datiuo, ut, Habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis.] In Accusatiuo, uer & æstatē, tu plasmasti ea.] Lunam & stellas, quæ tu fundasti.] In

Ablati-

Ablatiuo;vt ludo & ioco,uti quidem illis licet, sed sicut somno.] ¶Relatiuum, quod referri deberet ad uocem antecedentis expressam, sæpe hic refertur ad subintellectum antecedens. Sicut, species est, quo prædicatur de pluribus differentibus numero. Hic quod referre, uniuersale, subauditum omnium, nostraque censura docet. uerùm de his cùm de figuris meminerimus, satis abundè. At uerò quando relatiua qui, quæ, quod, non habent expressum antecedens, facillimè subauditur is, ea, uel id. ut quem quæro, non inuenio.] scilicet eum. Quam quæsiui, inueni.] scilicet eam. Quod quæris, non inuenies.] scilicet id. Num quem diligit anima mea, uidistis?] Quod quæris, intus habes.] ¶Quandoque ad præcedēs refertur uerbum more Græco. Sicut, Restitue in quem accepisti locum.] Apertis rationibus, quibus præscripsimus, attentum reddat auditorem.] ¶Diuersa uox semper explicatur, & relatiuo præscribit accidentia. ut, Mitto librum tibi, quod munus spero fore tibi gratum.] Celeresq; sagittas corripuit, quæ tela fidus gerebat Achates.] ¶Figurata sunt, Quī tu aliquid saltem, quorum indiget usus.] Adeon homines immutari ex amore, ut non coguoscas eundē esse?] Eunuchum dixti uelle te, quia solæ utūtur his reginæ.] Hic his non refert eunuchū, sed subauditur deliciis. ut sit sensus, Eunuchum dixti uelle te, quia reginæ solæ his delicijs utuntur.] ¶Archaismus est, .i. sermo antiquus. Quis tu es mulier, qui te insueto nuncupasti nomine?] Hic antecedens mulier dissimile est relatiuo in genere. Vel dicam facit solæcismum, nobis haud imitandum. Etenim multa licent summis, quæ non licent uulgo. aut quia quis olim fuisse communis generis dictum est.] ¶Relatiuum sæpe refertur ad pronomen possessiuum loco primitiui positum. Sicut, Scio diuitias tuas, qui te paupe- rem quereris.] pro tis diuitias. Item, Aspice liberos meos, qui dicor orbus.] pro liberos mis. Cernant sua prædia, qui mihi unum fundum inuident Ouid.

Nec mea scripta legis, qui sum submotus ad Istrum. Ter. Laudare omnes fortunas meas, qui haberem gnatum tali ingenio præditum. Item, Meum est prędium, qui

ſum Priſcianus.]Et quoniam (ut inquit Priſcianus lib. xvij.) proprium eſt poſſeſsiuorum pronominum duas ſignificare perſonas, ipſam quidem, quæ poſsidet, per genitiuum ubique, eamque uerò, quæ poſsidetur per omnes caſus: poſſumus quoque relationem ad poſſeſsiuum pro re, quæ poſsidetur, ut uos legitis mea, quæ non placent inuidis. Hæc de relatione dicta ſunt.

Plerunque antecedens reſpondere relatiuo in caſu reperitur. tunc autem cùm antecedens eleganter ſubticetur in primo loco, ita ut in ſecundo poſt relatiuum exprimatur: Sicut, Quas ad me miſiſti literas, iucũdæ fuerũt.] Hanc conſtructionem in omni ſtilo nobis imitandam, & elegantem exiſtimo. Si quidem oratores ea frequenter utuntur. Sic, Sall. Nunquid quos protulit Scipiones, & Metellos, uel Fabios ante fuerunt, aut opinionis, aut gloriæ. Ouid. Cecidere manus, quas legerat herbas. Idem, Sub qua nunc recubas arbore, uirga fuit. Quin. Ne quos porrexerim cibos, uenena fiant. Terent. Quas credis eſſe has, non ſunt uerę nuptiæ. Idem, Populo ut placerent quas feciſſet fabulas. In ſacris literis. Quem ego mittam uobis ſpiritum ueritatis, teſtimonium perhibebit de me. Item, Qua te contemplor amicitia, ex litteris ad te meis abundè ſatis perſpectum eſt.] Quos homines ſecuros, nulliuſque rei curioſos putamus, in utramuis aurem dormire prouerbiali ſententia dicuntur.] Quem habes librum, is magno emitur.] ¶ Quando autem ſic relatiuum anteceden s præponitur ab eodem regi uerbo uidetur, & in uerbo antecedentis ipſum antecedens in recto repetendum. Sic, ille liber, quem librum habes, magno emitur. ¶Cùm autem antecedens præponitur relatiuo, minus eſt elegantiæ. Plaut. Naucratem quem conuenire uolui, in naui non erat. Terent. Eunuchũ quẽ dediſti nobis, quas turbas dedit? Verg. Vrbem quam ſtatuo, ueſtra eſt. M. Cato. Agrum quem Volſci habuerunt, campeſtris plenus Aboriginum fuit. Plaut. Apud me profectò nihil eſt ſummatio loci, Sed iſtum quẽ quæris, ego ſum. In ſacra pagina Euang. Ioan. Cap. 14. Sermonem quem audiſtis, non eſt meus, ſed eius qui miſit

me

me patris. Ioan. in Epist. cap. 2. Vnctionem quam accepistis, maneat in uobis. Ioan. in Euang. cap. vij. Et hunc quē habes, non est tuus vir. In lib. Psalm. lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. ¶Hic ponitur præceptum tale de relatiui constructione. Quoties relatiuum substantiæ similitudinis ponitur inter nomina diuersorum generum, quæ utraque sunt appellatiua: utrilibet respondere possunt. huius modi sunt qui, quæ, quod. Sicut, Rosa, qui, uel quæ est flos pulcherrimus, placet mihi. Si uerò alterum proprium fuerit; illi relatiuum respondebit, ut Honoratus Grammaticus in primo Aene. Quoties præmittimus nomen cuiuslibet generis, & interposito relatiuo pronomine, sequitur nomen alterius generis, tunc medium illud pronomē proprij nominis sequitur genus. ut Sall; in Bel. Cati. Est locus in carcere, quod Tullianū appellatur. Nauigo, uel lego aquā, qui Rodanus est. Si aūt utraq; nomina appellatiua fuerint, licenter cui uolumus, respondemus. ut Lucretius, in hoc cœlo, qui dicitur aer Ouid. Vnus erat toto naturæ uultus in orbe, quem dixere chaos. Animal plenus rationis, quē hominē uocamus. ¶Hanc regulā Seruianā Valerius Maximus non obseruauit, qui lib. 2 ita ait, Antea senatus assiduā stationē eo loci peragebat, qui hodie cœnaculum appellatur. Exempla prioris partis regulæ nostræ. Verg. lib. 1. Aen. Celeresque sagittas Corripuit fidus, quæ tela gerebat Achates. Cic. li. 1. Tuscul. quæst. Et cùm omniū artiū, quæ ad rectam uiuendi uiam pertinerēt, ratio & disciplina studio sapientiæ, quæ philosophia dicitur. Itē. Homines. n. sunt sub hac lege generati, qui tuerentur illum globū, quem in hoc tēplo mediū uides, quæ terra dicitur. ijsq; animus datus ex illis sempiternis ignibus: quæ sidera & stellas uocatis. Lactant. lib. 4. Hæc aliquando in cor suum, quæ pars est & ipsa damnationis, admittunt, ¶Simile in diuersis numeris frequenter fit; ut relatiuum non respondeat antecedenti neq; in genere, neq; in numero; ut Cicero lib 2. offi. Omnes nō improbi humiles (quæ magna in populo multitudo est) præsidiū sibi paratum uidēt. Verg. lib. vj. Nec partem posuere suis,

quæ maxima turba est. Fabius, Vniuersas familias fames extinxit, quæ pars maxima est. Exempla alterius partis. Verg. Aeneid. lib. 1. Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt. ubi ait Honoratus Seruius subintelligi debere quã. Festus Pomp. Tullianũ illud, quod dicitur pars quędam carceris, Seruium Tullium ædificasse aiunt. Paul. Apost. ad Galat. 3. in semine tuo, qui est Christus.

Relatiua referunt in quolibet casu. Aliàs in Nominatiuo, Magnes lapis est, qui ferrum ad se allicit, atque attrahit.] Ager, qui multos annos quieuit, uberiores fruges afferre solet.] Quis tam uecors, qui cùm suspexerit in cœlum, deos esse nõ sentiat?] Quis nauigauit unquã, qui non se aut mortis, aut seruitutis periculo committeret?] lex est, quæ in Græcorum conuiuijs obtinetur, aut bibat, inquit, aut abeat.] Agricola serit arbores, quæ alteri sęculo prosint.] Crocodili bestiæ sunt aquatiles, quæ in terra gignuntur.] Nullum animal, quod habeat sanguinem, sine corde esse potest.] In præstantibus rebus magna sunt ea, quæ optimis proxima.] Curiosum est ea scire uelle, quæ ad nos non pertineant.] Duo sunt quæ condiunt orationem, uerborum, numerũq; iucunditas.] ¶Aliàs, in genitiuo. Quantò id Deo est facilius, cuius numini parent oĩa.] Animi partes duæ, quarũ altera sensum, mutũ motũ, & appetitum habet; altera rationis, atque intelligentiæ est particeps.] ¶Aliàs in Datiuo. Quis enim, cui mors cũ appropinquat, non refugiat?] Quis est tam stultus, quanuis sit adolescens, cui sit exploratum, ut ad uesperam se credat esse uicturum?] ¶Aliàs, in Accusatiuo, Non est boni parentis, quem procrearit, eum non uestire, & ornare.] Nihil est, qu od Deus efficere non possit, & quid sine ullo labore.] Est ea iucundissima amicitia, quã similitudo morum coniugauit.] Sunt homines, quos infamiæ suæ neq; pudet, neq; tædet.] In his linguis, quas nõ intelligimus, surdi sumus.] Dialectici multa inueniunt, quæ non possunt ipsi dissoluere.] Experiri id noli, quod ne assequi posse confidas.] ¶Aliàs, in ablatiuo. Deus mundum ea forma figurauit, qua omnes reliquæ formæ concluduntur.] Hyppias gloriatus est pallium, quo erat amictus: soccos, quibus

bus indutus erat; se manu sua confecisse.] Soccus genus est calciamenti. Nemo est, qui non equo, quo consueuit, libentiùs utatur, quã intractato, & nouo.] Ira procul absit, cũ qua nihil rectè fieri potest.] Atq; hæc Priscianẽsis.

Docebo nunc te pulcherrime rerum quo pacto a uos, qui, quæ, quod ponuntur in oratione relatiuè, interrogatiuè, & ĩfinitè.] Pro primo, Deus, qui dat cuncta moueri, bonus est.] pro secundo; ut, Cur quæris qui sim?] Quę hęc ẽ fabula?] Qđ malũ est?] Vnde Verg. lib. 1. Aen. Sed uos q tandẽ? quibus aut uenistis ab oris? Titus Liu. 3. ab urbe. Qui finis discordiarũ? Apu. Quinã hic nouus est hospes? Verg. in Buc. Ecquæ tanta fuit Romam tibi caussa uidẽdi? Idẽ. lib. 1. Aen. Quod genus hoc hominũ? quæue hunc tã barbara morẽ Permittit patria?] Pro tertio, Qui sim nescis.] Plin. in Epist. Tum mihi nescio, quid in aurẽ susurrauit.] ¶Prima autẽ particula (Qui) præter hæc in aduerbium transit, aliorũq; pluriũ uicẽ subit. Aliàs, pro quomodo ponitur, vt qui uales? i. quomodo. benè responde, uel malè. Cic. Qui fieri poterat? Ter. in And. Nunc si quid potes, aut tu, aut hic Birria, facite, fingite, inuenite, efficite, qui detur tibi: ego id agam, mihi qui ne detur. i. quemadmodùm. Aliàs pro; vt idem in prologo, Non qui argumẽtum narret, sed qui maleuoli ueteris poetæ maledictis respondeat.] Aliàs, pro vtinam. Idem in Phorm. Qui illum dij omnes perdant.] Aliàs, pro unde. Idem in And. Qui istæc incidit suspitio? Aliàs, ponitur pro Cur. Cicero lib. 5. Tusc. quęst. Qui enim beatior Epicurus, quòd in patria uiuebat, quàm Metrodorus, quòd Athenis. Horat. Serm. lib. 1. Saty. 1. Qui fit Mæcenas. i. Cur, aut quomodò, teste Badio Ascen. ¶Quis, &, quid interrogatiuè, & infinitè tantùm, nunquam relatiuè ponuntur. Sicut, Quis es?] Quid agis dulcissime rerum?] Quis fuit?] Quis est, qui me?] Quis uenit?] Quid est?] Quid cecidit humi?] Infinitè, Quis fuit, nescio] Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Quid sit ignoro.] ¶Is, & idem relatiuè ponuntur. vt, Deus inuitat ad præmia iustos, & is idem uocat peccatores ad pęnitentiam.] Plato docuit Aristotelem, & is idem mortuus est.] ¶ Ipse etiam relatiuè

relatiuè ponitur; ut, Ego Vincentium unicè diligo,& ipse me deperit.] Deum amo, & ipse bene facit mihi.] ipse, discretionis particula, iungitur omnibus personis nominum,& pronominum; Sicut, Ego ipse.] tu ipse.] ille ipse.] Videamus hortum ipsum.] Quid ipsa morte crudelius?] Quod ipsum.] Illo ipso die pugnatum est.] Re ipsa compertum est.] Rem ipsam attigisti.] Homo ipse.] ¶Idem quoq; omnibus est commune personis, idem ego ille consul uehemens.] Tu idem perge facere hoc, ut facis.] Hoc idē, quod illud.] Quod idē.] ¶Ille, rei eminentiam, iste contēptū significat.] Homerus ille fons poetarum.] Sacrosancta illa Cic. maiestas.] Cic. ille patēs patriæ.] Ille ego, qui quondā.] Aemulum istum, quo ad poteris, ab ea pellito.] Iste Chęrea.] ¶Ille, plerunq; iungitur cōiunctioni Quidē, quoties aliquid concedimus, à quo mox aliud remouemus; ut, Qui summum bonum in uirtute ponūt, præclarè illi quidē; sed hæc ipsa uirtus amicitiā & gignit, & cōtinet.] ¶Acriter attendendū est, quādo sex illa pronomina demonstratiuè: & quādo relatiuè sumenda sunt: ut, Tolle hunc hominē à me.] Emi agrū mille aureolis, & totidē eum uendidi.] Sic, ille, ipse, iste, is, idē. ¶Hic, ille, iste, & is, aliquādo non tā extra positū aliquid, quàm continuò in sermone dicēdum demonstrant; Vt, Hoc liberis nostris fuit grauius, nos diu uiuere.] Vereor, ne illud Phædria grauiùs tulerit, quòd heri intromissus non est.] Vtinam istud uerbum ex animo diceres, potiùs, quàm te inimicum habeam.] Nam id arbitror in uita apprimè esse utile, ut ne quid nimis.] Perge idem facere, ut nos ames.] ¶Aliquando de absente dicitur demōstratiuum: sed uel recenta præsente, uel de quo paulò ante habitus est sermo. Neque meo cordi esse quenquàm cariorem hoc Phædria.] Sed hic Pamphilus firmauit fidē.] ¶Hic, & is, lepidè ponuntur demonstratiuè post relatiui sensum: Sicut, Qui suis rebus uiuit contentus; hic solus mihi diues esse uidetur.] Quod tibi nunc uideatur uir, hic magnus est nebulo.] Quem res tanta non permouet, eum oratio accendet?] Et relatiuè, post copulatiuam coniunctionem in Epexegesi. i. antedictorum expositione

tione, uel declaratione. Sed in masculinis, & fœmininis, sæpius is, quàm Hic, utimur; Sicut, Paucis nummis superbit, nec ijs suis.] Vestis parua, & ea detrita, ac sordida.] Verùm in neutro denotatur uehementia; ut, Alexander paruis copijs fretus, superauit Darium cum infinito exercitu, & hoc in adolescentia.] Duo accepit uulnera, & ea mortifera.] Venenum obtulit, & id præstantissimum. ¶ Idem, in hoc loquendi genere coniunctionem non admittit; Sicut, Ad quencunque locum secesseris, ad eundem te sequar.] Quicquid nomine meo receperis, ego idem bona fide præstabo.] ¶ Hic ad primam personam refertur, Iste ad secundam, Ille ad tertiam; ut, per caput hoc iuro.] q. d. meum. Remoue gladios istos.] q. d. tuos. Vnde illud monstrum?] Cùm uerò duo præcesserint. Hic, ad posterius; ille ad prius dictum refertur. Sicut, Satius est mendicare, quàm ignorare: quoniam hoc mors, illud penuria indicatur.] ubi hoc (ignorare) illud (mendicare) refert. Fabius li. 10. Densus Thucydides, dulcis Herodotus: ille concitatis, hic remissis affectibus melior; ille concionibus, hic sermonibus; ille ui, hic uoluntate.] iam cernis lector optime, ut ille Thucydidē, hic Herodotū referat. Sed ne certa aut ratione, aut lege potiùs hæc, quàm authoritate facta putes; Excellentissimi latinitatis proceres eisdē ipsis cōtrario modo interdū usi sunt. Cicero pro Roscio Comædo; Quid est, quòd negligenter scribimus aduersaria? Quid est, quòd diligenter conficimus tabulas? Quia hæc sunt monstra, illæ æternæ, hæc delentur statim, illæ seruantur sanctè: hæc parui temporis memoriam, illæ perpetuæ existimationis fidem & religionem amplectuntur: hæc deiecta, illæ sunt in ordinē confectæ.] Hæc. i. aduersaria: illæ. i. tabellæ. Titus Liu. li. 20. Melior, tutiorq; est certa pax, quàm sperata uictoria: hæc in tua, illa in deorum manu est.] Hæc. i. pax: illa. i. uictoria. Columella, lib. 4. Si quidem magis pampinatio, quàm putatio uitibus consulit; nam illa quamuis multùm iuuat, sauciat tamen, & resecat, hæc clementiùs sine uulnere medetur.] illa. i. putatio; hęc. i. pāpinatio. laboro profectò leui uim ꝓnominū nouus linguæ miles edisat.

Quomodo differt quis nominatiui casus, à queis datiui & ablatiui casus? Sic, Quis in nominatiuo singulari corripitur; In datiuo autem & ablatiuo pluralibus producitur. Iuuen. Exitus ergo quis est ò gloria, uincitur idem. Verg. in libr. 4. Aeneid. Sed quis erit modus? Horat. in serm. Queis humana sibi doluit natura negatis. Ver. in 1. Aened. -- O terque quaterque beati; Queis ante ora patrum. ¶ Item, inter quis & qui nominatiui casus hoc interest.] Quòd quis interrogatiuè, & infinitè tantùm ponitur: nunquam relatiuè. Qui uerò relatiuè, interrogatiuè, & infinitè. ¶ Similiter discernuntur quod & quid. Etenim quod relatiuè capitur etiam; quid relatiui nunquam ponitur. Ideoque non dicimus; animal, quid currit. Et Tullius quis legit. Sed uerò animal quod currit. Et Tullius, qui scribit. Præterea quid cum natis omnibus substantiuum est: & iungitur genitiuo. Quod autem cum suis omnibus compositis adiectiuum est. Dic igitur. Quod pomũ, quod malum. Quodcunq; donum, quodque munusculũ. Non autem, quod pomi, quod mali.] Item dic, Quid boni, Quid mali. Non autem, quid bonum, quid malum. ¶ Quid quandoque ponitur pro cur, aut quare. ut Quòd hoc fecisti? idest cur hoc fecisti? Ouid. lib. Trist. -- Quid, quem fugat ille, tenetis? ¶ At ubi interrogatio fit, Quis natat in mari? Responde, Petrus, Ioannes, nauta, homo. Caue respondeas, piscis, bos, aut canis. Nam quis & qui de uiro, & fœmina loquuntur. Si autem, Quid natat in mari? Respondebis aptè, piscis, aut, canis. aut bos, cancer. Non autem Petrus. Item, quis est? Ego Petrus, hic, ille. Quid est? nihil est. ¶ Differunt etiam quæ, & qua nominatiui casus. Quòd quæ in compositione præponitur, qua uerò post ponitur semper, ut quæcunque, quæuis, quælibet, & quædam. Siqua, nequa, aliqua, ecqua, nunqua, non autem si quæ, aliquæ. ¶ Et nota, quòd huiusmodi interrogatiua, infinita (ut aiunt) uel relatiua, quis, qui, qualis, quantus, quotus, quot, quoties, quo, qua, ubi, unde, & similia geminata, posteriorem partem in cunque resoluere possunt (uti Priscianus ait) vnde etiam idem significat qualis qualis, & qualiscunque, quotquot, & quot-

cun-

cunque: quotusquotus, & quotuſcunque; quoquo & quocunque, ubiubi, & ubicunque, undeunde, & undecunq;. Excipiuntur quiſquis & quícquid; quæ (quoniam quis, & quid non componuntur cum cunque) non rectè reſoluuntur per quiſcunque, & quidcunque. ſed quiſquis per quiſcunque; & quicquid per quidcunque. ¶ At quoniam quis, & qui cum eiſdem componuntur particulis: ut autem ſcias cum quibus quis, & cum quibus qui componatur, tene hos uerſiculos Aldi, eoſque memoriæ commenda, quoniam tantùm ſcire profitemur, quantum memoriæ mandamus. ſunt igitur,

Quę cum quis, uel qui poſſunt componier; hæc ſunt,
Si, que, putas, ali, quàm, nam, ne, num, ecque, piamque,
Nec non quis cum qui poteris componere, ſed dam,
Viſque, & cunque, libet, qui recte adiungere debes.

Vt ſiquis, ſiqua, ſiquod, ſiquid.] Quiſquis, quæq;, qnodque.] Quiſputas, quæputas, quodputas, uel quidputas.] Aliquis, aliqua, aliquod, uel aliquid.] Quiſquam, quæquam, quodquam, uel quicquàm.] Quiſnam, quęnam, quodnam, uel quid nam.] Nequis, nequa, nequod, uel ne quid.] Nunquis, nunqua, nunquod, uel nunquid.] Verùm nunqua, & nunquod in uſu frequentiori non ſunt. Ecquis, ecqua, ecquod, nel ecquid.] Quiſpiam, quæpiam, quodpiam, uel quidpiam.] Quidam, quædam, quoddam, uel quiddam.] Quiuis, quæuis, quoduis, uel quiduis.] Quicunque, quæcunque, quodcunque.] Quilibet, quælibet, quodlibet, uel quidlibet.] ¶ Suus ponitur reciprocè & ſui.] Vt Deus diligit creaturas ſuas.] Quiſquis ſui memor.] Petrus diliget ſe.] Item ſuus ideſt proprius, & conueniens. ut unuſquiſque ſuum munus exhibet.] ¶ Reciprocatio autem dicta, quaſi eius, quod emiſſum eſt, in ſeipſum receptio, ſicut ſpiritus reuerberatus reciprocatui, & unda, alueus, littus, & euripus (ut ait Laurentius) ad priſtinum curſum rediens, reciprocus eſt. Ita hæc pro nomina, alterum primitiuum (ut ſui) alterum deriuatiuum (ut ſuus) ad id, unde prodierant; reuertuntur. nam iſtuc demũ

eſt

est poni reciprocè, à se in se ipsum reflecti, ppterea qđ in omni fermè reciprocatione principium aliquod agens requiritur, in quod reflexio fiat; munus tamen hoc proprium est eorum, quæ insita quadam exui reciproca appellata fuere, si quidem ea quantum est in se, ferè semper eò retrògradiuntur, unde profecta sunt. Quæ relatio quoniam labyrintheo quodam an fractu inuoluitur, quo illustrius intelligatur, exemplis usus accommodatis Badiana præcepta subijciam Laurentij de fonte decerpta, atqui non pænitenda. ¶ Principio igitur omnis reciprocatio (teste Laurentio) uel simplex, uel retransitiua est. Illa uno in uerbo conficitur, hæc pluribus. Porrò simplex patratur, uel cùm in seipsum quid simpliciter reflectitur; ùt Petrus amat se.] vis amoris de Petro in Petrum flectitur. Cato amat se.] Terentius, Hic furti se alligat.] Idem, uterque est similis sui.] Rursus, Quidnam hic sibi uult?] ¶ Vel cùm possessor in possessionem transit. Vt Cato amat filium suum.] Pater diligit filium suum.] Ille docet auditorem suum.] Terent. In And. Quid? Glycerium iam hic repetit parentes suos?] Idem in Phorm. Eccum, à sua palestra exit foras.] ¶ Vel cùm in possessorem à possessione retro agitur. Sicut paret illi seruus suus.] Cicero pro P. Sylla. Quid Antronio nonne collegæ sui defuerunt? & Antronium sua consuetudo non conuincit? Idem de Aruspicum responsis, Sua concio risit hominem. Plinius libr. 33. Sua ætas uaria de Catullo existimauit. Cicero in Pisonem. Sua quenque fraus de mente deturbat. Verg. 3. Aeneid.

Viuite fœlices, quibus est fortuna peracta.
Iamque sua ------

Ouid. in Epist. Miscuimus lachrymas mæstus uterque suas. ¶ Porrò autẽ retrãsitiua reciprocatio pluribus (uti iã diximus) efficitur in uerbis. Aliàs per primitiuum, idque bifariam. Aut cum actus unius, uel alterius uerbi posterioris agentem in personam prioris uerbi reflectitur. Terent. In And. Orare iussit, si se ames, hera, iam ut ad sese uenias. Cicero pro Sex. Roscio, Lucius à uobis iudices postulat, ut hunc sibi scrupulum, qui se dies noctesque pongit euella-

euellatis. Terent in And. Ego audiui ex illo, ſe ſe eſſe Atticum. Cicero pro Milo. Vos ex M.Fauonio audiſtis, Clodium ſibi dixiſſe, periturum Milonem triduo,] Aut, cum actus eiuſdem poſterioris uerbi, impatiens prioris, in quod alia perſona tranſit, reflectitur. Plaut. In Milite. Si eſt, iube hunc tranſire, ſe ut uideant domi familiares. Terent. In Phorm. Video filium inuitum ſanè mulierem ab ſe amittere. Aliàs per poſſeſſiuum, idque etiamnum duobus modis. Aut cum tertia perſona actum ad aliam dirigit, & rurſus eadem in oratione actus ultimi uerbi poſteriore caſu in perſonam agentem primi reflectitur. Cicero lib.3. off. Pythius piſcatores ad ſe uocauit, & ab his petiuit, ut ante ſuos hortulos poſtridie piſcarentur. Idem in Verrem. Nunc homo audaciſſimus intelligit, me ita paratum in iudicium uenire, ut in oculis omnium ſua futura defixurus ſim. Aut cum tertia item perſona in aliam tranſit; ſed rurſus eadem in oratione actus ultimi uerbi non poſteriore caſu, ſed ulteriore in perſonam agẽtem primi uerbi reflectitur. Cicero pro L. Flacco. Puer repetit eam, quam ego patri ſuo ſpoponderam dignitatem. Idem pro P. Quintio, Ridet Næuius noſtram amentiam qui in uita ſua rationem ſummi officij deſideremus.

¶ Sunt & alia (credo equidem) multo plura reciprocandi genera, quæ Laurentianos, aut Badium conſulentem non aufugere, de quibus ſummatim (Deo præſtante) modò diſſeram. ¶ Reciproca Sui, & ſuus, aliquid ſemper retorquent in tertiam perſonam, quæ præceſſit; quo fit ut ſenſum inchoare non poſſint. Sicut, ſorex ſuo indicio ſe prodit.] Patrem ſequitur ſua proles.] ¶ Cauendum, ne reciprocum pro relatiuo, aut relatiuum pro reciproco ponamus more Græcorum, quoniam nos pronomina à reciprocis diſtincta habemus, Græci autem communia (ut ipſius, aut ſui) quamquàm magni authores uideantur interdum aliter locuti. Marti. Sis licèt inde ſibi tellus placata leuiſque. Plin. Vinea ſi macruerit, ſarmenta ſua comburito. Ouid.

Reſpice Laertem, ut iam ſua lumina condas.

¶ Vtimur ſui, cum tertia ꝑſona reflectit in ſe trãſitionẽ

ſui cohærentis. vt, Hic obliuiſcitur ſui.] Memor ſui.] Admirator ſui.] Sibi nequam.] Placet ſibi.] Laudat ſe.] Loquitur ſecum.] Alienus à ſe.] ¶ Vtimur relatiuo, aut reciproco; vbi non ſui, ſed alterius cohærentis tranſitum in ſe recipit: quod fieri contingit per infinitum verbum, vel particulas, vel relatiuum, vel infinitum nomen. ſicut, Rogat te venire ad ſe.] Rogat te, ut eum excuſatum habeas.] Dedit mihi, quod erat ſibi chariſſimum.] Neſcit quid ei expedit.] ¶ Si regreſſus fiat cum præpoſitione inter, ad nominatiuum, uel accuſatiuum: rectiùs tum per reciprocum loquaris. Vt, Omnes ferè Grammatici inter ſe diſſentiunt.] Amicos inter ſe optimo decet eſſe animo.] Vna ſpes ſalutis eſt, iſtorum inter iſtos diſſentio.] Latiſſimè patet ea ratio, qua ſocietas hominum inter ipſos continetur.] Latiſſimè patens hominibus, inter ipſos ſocietas hæc eſt.] In magnis quoque authoribus incidunt aliqua uitioſa, & à doctis etiam inter ipſos mutuò reprehenſa.] Plura virorum inter ſe, quàm fœminarum ſtupra.] Multa ſunt ciuibus inter ſe communia.] Cùm interclusiſſent exercitum à mutuò inter ſe auxilio.] Fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinate, homines inter ſe tum moribus, tum fortuna ſimiles.] ¶ Verùm ſi ad genitiuum, datiuum, vel ablatiuum fiat reciprocatio cum hac eadem præpoſitione: ſæpiùs per relatiuum (ut patuit ſupra) ipſi loquuntur authores: Et quandoque per reciprocum. Vt, Hoc facinus perpetratum eſt ſceleratorum inter ipſos conſenſu.] Omnium rerum inter ſe quædam ſimilitudo eſt.] Grammaticis inter ipſos rixa eſt de lana caprina.] A doctis inter ipſos multa ſunt mutuò repræhenſa.] Amicorum omnia inter ſe communia.] Obſeruat Laurentius reciprocum locum habere: cùm ablatiuus, qui ponitur in deſignatione ſequelæ, cum eo præcedit: vt, Tradito ſibi puero vir dicendi peritus in primis eius ingenium, & naturam perſpiciat. Docet idem ancipitis eſſe uſus, quæ ſequuntur. Beatus eſt ille, tot ſe, vel eum laudantibus.] Poteſt ſecurè uiuere, tanta ſibi, vel ei, accedente hæreditate.] Bellè ſe

geſſit,

gessit, tot se, vel cum in sequentibus.] ¶ Vtimur suus, (vt iam diximus) quando tertia persona per aliquid sibi cohærens, agit in rem à se possessam; vt, Cicero reminiscitur clientum suorum.] Parcit hic erroribus suis.] Diligit rem suam.] Capit consilium cum fratre suo.] ¶ Et cùm res possessa denotatur quouis modo agere in possessorem: vt, Ciceronis indiget suus filius.] Iniquos vlciscentur mores sui.] Rumor est Cæsari insidiari suos.] Fama est, Alexandrum occidisse suos.] In magistrum redierunt scelera sua.] Pythagoram venerabantur discipuli sui.] Patris pudet filium suum.] ¶ Quando verò alterius rei interponitur actio: modò reciprocum, modò relatiuum vsurpatum legas: vt, ille me rogauit, ut suum docerem filium.] Vult, ut suus à me audiatur sermo.] Petit, ut eius defendam caussam; redeam domum suam, vel eius.] Scit, quid doleat inimicis suis.] Dedit, quod erat præcipuum rerum suarum.] Vel ipsius. quod Laurentius per retransitionem fieri confirmat: itaque rectiùs per reciprocum, quàm per relatiuum loqueris. ¶ Relatiuo vtimur, seu reciproco, cùm res diuersa agit in utrunque. Sicut, Comitatus illum in domum eius.] Percunctatus sum illum de regno suo.] Cepi columbam cum pullis eius, vel suis: In nido suo, iuxta, prope, extra, nidum suum, vel eius.] Relinquam legentibus iudicium suum.] Admone illum vitij sui.] Lauda illum humanitate sua.] ¶ Relatiuo potiùs utimur, cùm res illa diuersa est tertiæ personæ: vt, Iudex suspendit furem cum sociis eius.] non suis, ne fortè de sociis ipsius iudicis intelligatur.] Homo amat Deum, propter bonitatem ipsius.] Deus damnat hominem propter peccata eius.] Ille allocutus est Petrum ante domum eius.] Cædit magister discipulum propter errores eius.] ¶ Si inter obliquos interuenit copula, reciproco nullus ferè locus est. vt, Cepi passerem, & pullos eius.] Vidi Iacobum & fratrem eius.] Vidi Leonem, & catulos eius.] Percussi patrem, & filium eius.] Diligo amicos, & mores eorum.] ¶ Vtimur reciproco, si priori obliquo additur participium, uel adiectiuum. Sicut, Vidi hominem

ſerertem agrum ſuum.]Audiui columbam gementem in periculo pullorũ ſuorũ.] ille reperit fratrem in erranté in domo ſua] uidi illũ mæſtũ, triſtẽ in morte patris ſui.] inueni leonem iratum ob omiſſam prædam ſuam.] ¶Vtimur reciproco ſuus, quoties tres sũt tertię perſonę, & ad primam earũ fit relatio: ſi uerò ad ſecundũ fiat reciprocatio, per relatiuum potiùs loquemur; ut, ille uocauit peregrinum in domum ſuam.] Peregrinus uſus eſt humanitate illius.]¶Vtimur reciproco ſuus, quando ſuus pro proprio, aut debito ponitur; ſiue cùm ſubſtantiuè capitur; ut ſua quenq; fraus, & ſuus error uexat.]Cupio abducere, & reddere ſuis.]Suo ſibi hũc glodio iugulo.] ſuo loco. Suo tempore. Suis horis, menſe ſuo, agenda ſunt omnia;] Itẽ, cùm ſubſtantiuè capitur. ut Cõperi illum inter ſuos:]aut cum ſuis. Ioannes amat ſuos.]Hoc autem diſcriminis habent pronomina poſſeſſiua ſubſtantiuè capta; quia quãdo his utimur in maſculino genere, dicit conſanguineos, affines, propinquos, familiares, natos, & amicos. In neutro uerò genere, res, bona, fortunasq; ſignificant.] ¶Reciproca ſui, & ſuus, lepidè conſtruuntur cum Quisq;, vnusquisque, & uterq;: ſed ita, ut hæc antecedant ſubſtantiuum ipſius ſuus, & diſcrepent cum conſequente uerbo, uel adiectiuo per Sylepſim, & Prolepſim; Sicut, Pro ſe quiſque uiri ſumma ui optum nituntur.] Suos quiſque patimur manes.] Hirundines (uere ineunte) redeunt, in ſuũ priſtinum unaquæq; nidum, commigrantes.]Offendi parentes ſuo utrunq; affectos morbo.]Quisq; ſui memor.] & ſui ipſius. ¶Eſt & alius in pronomine reciprocus ſermo, ubi prima, uel ſecunda perſona reflectitur in ſeipſam. ut ego mihi conſcius ſum.]ſum mihi proximus.] tu tibi es conſcius.] iniurius es tibi ipſi.]Item per aduerbia, inuicem, & mutuò, ac præpoſitionem inter, cum aliquo pronomine; ut amamus nos mutuò.]Diligite uos inuicem.] Diſſidemus inter nos.]Aliàs, per participium figuratè, ut amamus alter alterum.]Alter alterum defendite.] Excuſant ſe, alter alterum, pueri.] Memento etiam mi fili, utriuſq; particulæ (ut) & (ne) quæ reciprocationis uim afferunt. Magiſter iuſſit, ut ad ſe uenires.]idem dixit ne ſibi diſpli-

displiceres.] Aliàs sequente uocatiuo est locus reciproco:ut Cæsarem defendite ò milites sui.] licèt Alexander (sui) casum habere uocandi perneget; quod doctiores cum Valla reprobant.at hæc de reciproco dicta sufficiāt. ¶Plerunque relatiuum substantiæ simili tudinis pro relatiuo accidētis usurpatum reperitur.Cuiusmodi sunt hæc, Quis es?] idest qualis.Non sunt ij,quos putas.] idest tales,quales putas.Quis tibi uideor?] idest qualis.Hi qui sunt?] idest quales. Non ea sunt tempora, quæ uelim.] idest,talia,qualia uelim.Sic Cicero ad Lentu. Sed præsta te eum,qui mihi à teneris,ut Græci dicunt, unguiculis, es cognitus.]idest,præsta te talem,qualis mihi à teneris, ut Græci dicunt,unguiculis, es cognitus. ¶Item Ambo, & uterque relatiuè etiam ponuntur: ut Petrus & Paulus dilexerunt se,& ambo mortui sunt.] Pater & mater curant familiam,& uterq; timet Deum.] Ambo illic Pe. & Paul.uterque autem hic pat. & mat.repræsentat. preterea studiosi plura super notabunt.

His expeditis relatiuis substantię identitatis: hoc minus negotij differendis relatiuis substantiæ diuersitatis relinquitur,quo qui alterum oppositorum rectè nouit, utrunque nouit. Igitur relatiuum substantię diuersitatis est, quod antecedens repræsentat substantiuum,& supponit pro alio. Qualia, Alius, Alter, Reliquus,& Cætera, rū.aliqui tamen non obnunciant dici cæterus, quo usus est M. Cato in Re rust. Horum autem ea naturam, ut genere, numero,& casu cū consequente semper conueniant, pro quo supponunt: Deinde ut antecedens referant eiusdem generis, uel speciei cum subsequente,quod quidem generalius sit, & communius,atq; adeo suum antecedens sub se cōprehendat, necesse est.Pli.li.1. Epist. fabam, & cætera legumina sero.] Viden' ut fabam inter legumina referat author? Vergili. lib.3. Aen. Dira Celeno, Harpyiæq; colunt aliæ.] Viden'ut Celeno inter Harpyias?Cicero in Lælio.Scęuola exposuit sermonem Lælij habitum ab illo secum,& cum altero genero.] Viden'ut Scæuola sit etiam gener? Item, uideo camelum & cætera animalia.] arguo animal esse camelum:

lum, qui tamen ab alijs animalibus ſpecie diſtinguitur; nam ea cætera non ſunt cameli. Item, ſi dicam, inſequor leporem, & alios lepores.] Hic iam non eſt diuiſio generis, neque ſpeciei. Quid ergo? diſtinctio numeri, aut indiuidui, ut Saulus docet Alpharabium, etenim indiuiduũ huius leporis non eſt idem, quod cæterorum indiuiduorũ, nam proprietates cuiuſque indiuidui diuerſa qualitate, & quantitate profectò differunt; uerùm indiuidua inter ſe ſe ſeptuplici differunt differentia, quam arguunt ſequentia carmina.

¶Forma, figura, locus, tempus, cum nomine ſanguis,
Patria, ſunt ſeptem, quę non habet unus, & alter.

¶Quęrunt deinde magni latinitatis Antiſtites, quid intereſt inter relatiuum ſubſtantiæ ſimilitudinis, & diuerſitatis? Hoc. quod relatiuum ſimilitudinis plerunque concordat cum antecedẽte. Relatiuum uerò diuerſitatis cum ſubſequente conuenit. & licèt ab antecedente diſcordet, tamen antecedens diuerſum à conſequente quod refert, eiuſdem generis, & ſpeciei cum conſequente eſſe debet, nam ſi dico, diligo laurum, & cæteras arbores.] Significo quidem laurum eſſe arborem, ſed diuerſam à cæteris arboribus: non enim laurus idem, quod cæteræ arbores. Item, placet mihi polypus, & alij piſces.] Oſtendo quidẽ polypum piſcem eſſe, at uerò ſpecie differre à cæteris. Caue igitur dicas, Iudæi crucifixerunt Chriſtum inter alios duos latrones.] Item, uideo Magiſtrum, & duos alios diſcipulos. Nam ſic dicendo, diceres Chriſtum fuiſſe latronem. Et magiſtrum quoque diſcipulum. Vtrunque aſſerere nefas eſt. Non unquam igitur utaris huiuſmodi relatiuis ſubſtantiæ diuerſitatis, niſi antecedens eiuſdem generis, aut ſpeciei cum eo, quod ſequitur, fuerit. Sic Sall. Leones, & alias feras.] ex quo infertur, feram quoque Leonem eſſe. Verg.

Tum caſia, atque alijs intexens ſuauibus herbis.]

Infertur, caſiam herbam eſſe. ¶Oppoſitum ab eo, quod dictu :: eſt; tenet Cicero lib. 2. off. ubi ait. Expertes rationis equi, boues, ut reliquæ pecudes. Quid hoc? numnam

equi,

equi, boues, idem, quod pecudes? Ex quo igitur fit, mi lector, ut duplex relatio sit; Altera, cùm antecedens, uel simpliciter, uel reciprocè tantùm repræsentatur. Altera, cùm ipsum antecedens in subsequens quasi reducitur, & sub eo contineri ostenditur. Reliquus tamen, & Cæte. non nunquam ab insita lege desciscunt. Culumb. lib. 2. Leguminum non alia cura, quàm reliquorum frumentorum. Plin. libr. 9. delphini, & reliqua cete simili modo coeũt. An idem genus legumen, & frumentum? Non hercle magis, quam delphinus & cete idem piscis. Apul. lib. 8. Meta. Asinum celeri cursu cæteros equos antecellentem mirabantur omnes. An idem fortè asinus, & equus? ¶ Nota, quòd Alius, alia, aliud, trifariam reperitur usurpatum. Aliàs, Relatiuè. Vt uideo magistrum, & alios sacerdotes.] Modò sit sacerdos magister. Aliàs, discretiuè, cùm nulla relatione comprætensa, simplicem tantum notat diuersitatem; ac differentiam. Sene. lib. 2. de Benef. Vnum utrique nomen; uis quidem, ac potestas longè alia. Item, sum alius à te.] Longè alium à nobis te prædicant.] facite, qui ne à me alij sitis.] Alium censes esse nunc me, atque olim, cum dabam.] Aliàs, Diuisiuè, ut hominum alij rident, alii flent.] Discipulorum alij legunt, alii scribunt.] Aquilarum alia sursum, alia deorsum, uolat.] Mortalium, alii diuites, alii pauperes.] ¶ Dubitari etiam uideo, suus, sitne potius relatiuum identitatis, an diuersitatis. Verum omissis omnibus aliis, diuersitatis mihi uerius uidetur. primum quia eorum structuram in totum sectatur relatiuorum: Deinde, quòd pro eodem, quod refert, non supponit. Longè siquidem aliud est possessor quem refert, aliud possessio, pro qua supponit. Quare si relatiua cum eo semper conueniunt, pro quo supponunt; satis consequor (suus) esse diuersitatis, propterea quòd semper conuenit cum subsequente, pro quo & supponit. Sicut, pater orat te, ut custodias domũ suá.] antecedens est pater, & tamen conuenit cũ subsequente, qđ est domum. Et mille id genus. Verum pro relatiuo substantiæ identitatis, & diuersitatis, uerbumuõ amplius addam.

Sed plus ultra, quandoquidem (ingeniose puer) superest de secunda relatiuorum parte, quæ accidentis appellantur, ut disseramus modò. Etenim eorum duplex ratio, altera diuersitatis, altera identitatis, idest similitudinis. uerùm quæ diuersitatis dicuntur esse modò reiectis, de identitatis tantũ enucleabimus, eaq; (diuina p̃stãte ope) in lõga huiusce codicis area anserino calamo flagellabimus. Porrò relatiuũ accidentis idẽtitatis est, qđ antecedẽs repræsẽtat adiectiuũ, & supponit ꝑ simili, uel ꝑ quali. Quãdo huius id ingeniũ, ut subsequẽs suo antecedẽti uel simile, uel ęquale cõmõstret: qualia hæc, qualis, q̃tus, quot, quotus, quoteni, quotẽnis quotuplex, cuias, & cuius. De q̧bus singulis, q̧d cuiq; amplectẽdũ; uti rectũ, latinumq;, q̃d porrò reijciendũ, uti prærãcidũ, suis optimè cõstabit locis. hæc etiã consequẽti respondẽt, in genere, numero, & casu, pro quo etiam supponũt, ut Callias niger est, qualia sunt mancipia.] ¶ Similiter discernuntur relatiuũ substantiæ, & relatiuum accidentis. Quod relatiuum substantiæ similitudinis concordat semper cum antecedente in duobus, in genere, & numero: præter, qui, quæ, quod, quæ nonnunquam concordant cum consequente, ut ostendimus, & suus, quod cum consequente concordat: ut nuper capite in præcedenti dictum est; ut cliens rogat patronũ, ut defendat caussam sua; Antecedens huius relatiui est cliens, conuenit tamen cum substantiuo sequente, quod est, caussam, in genere, numero, & casu. Relatiuum uerò accidentis in nullo concordat cum antecedente, uerùm cum consequente in genere, numero, & casu. Sicut Animal uarium. & mutabile, qualis est mulier.] Turris est alta, quantus est mons.] ¶ Asserunt alta sapientes: quod obliqui istorum pronominum, quis, qualis, quantus, cuius, cuias, quotus, quot, & reliqua, capti relatiuè, uel interrogatiuè, debent ordinari ante nominatiuum, & uerbum à quo reguntur. Relatiuè quidem sic. Deus est iustus, quem timeo.] Cui seruio.] Cuius auxilio egeo] Talis, ac tanta fuit eloquentia Ciceronis, qualem, quantamque nunquã habuit homo.] Pasco Melibæi pecus, cuium tu nuper pauisti.] Audio uocem, nescio cuiam.] Cicero in Verrinis.

Cuia

Cuia res est, cuium periculum.]Ego sequor Peripateticũ, cuiatem insectaris.tu.]Ille colit nunc Græcos, cuiates nuper oderat.]Ille putat è cœlo cecidisse tertium, quotũ nõ habent historiæ.] idest Catonem. Tot sunt parcę, quot numerant poetæ gratias.]¶Interrogatiuè, sic.ut, quem uidistis pastores?] cui obsequimini?] cuius pecora pascitis.] qualẽ aĩum habetis?]quãtas opes possidetis?] Quãti hãc uestẽ emistis?] cuiũ pecus custoditis?]cuiã uocẽ auditis?] Cuiates Philosophos sequeris?]Quotũ annũ agis?]Quot annos natus es?]Quoties cecidisti?]quis es, qui uocaris?] ¶In prima regula ẽ, hic, & hęc qualis, & hoc quale. Cuius redditiuũ ẽ hic, & hæc talis, & hoc tale. hęc rei qualitatẽ arguunt. cioè come è la cosa, ut di che qualità.]Come]di che sorte.] Qualita.] De che maniera.] Item, Qualis, le, adiectiua refert qualitatem quoque significantia sicut, bonus, malus, sapiens, ignorans, candidus, niger, rotundus, quadratus, albus, pulcher, demens, doctus, iustus, pauper, diues, & similia. Vt ego sum doctus, qualis est prĩceps noster.]Nigri sunt tibi crines, qualia sunt corpora Aethiopum.]Nullum deo sacrificium tale, quale est zelus animarum.]Sum pulcher, quali placuit naturæ.] Diues, aut pauper quali placuit fortunæ.] Mater flauos habet crines, quale aurum.] Mirificè ingenijs excellentibus, quale tuum, delectamur.]Multi naturis differunt, animo uerò similes, quales Cæsar, & Pompeius.] Quales in Repub. principes, tales reliqui ciues esse solent. ¶Item hæc uulgaria. Di che bellezza è Margarita? Di che modo, cõditione, maniera, forma, faculta? Qualis est Margarita?] ¶Item, hæc duo aduerbia qualitatis: qualiter, & aliter. vt doctè scripsit Maro, qualiter Naso.] In pedes procedere nascentem contra naturam est, qualiter Marcum Agrippã genitum ferũt.]. idest quomodo. ¶Quid rei est qualitas? Ea, qua alius ab alio differt; eaque duplex, propria, ut risibilis, communis, ut albus. Itaque pro re igitur nostra, ea est qualitas, communis à nomine proprio distinctio. Atque hæc trifariam, prima, qualitas intrinsica. Extrinseca, & extraposita. Prima quidem ad bona animi, qualia, bonus, malus, pertinet, secunda ad bona corporis, qua-

lia, niger albus. Vltima ad ea bona, quæ extra animum, & corpus habentur; qualia, diues, pauper. Illa sunt virtutum, & vitiorum: Ista colorum. Hæc autem neutrius sunt generis, aut qualitatis. Rursus, illa quodammodo diuina, ista naturalia: Nouissima verò fortuita censentur. ¶ Iterum, differt Relatiuum substantiæ ab accidentis, quantùm substantia ab accidente: qua maior differentia dari non potest, teste Philosopho. ¶Sene. lib.7. de benef. Non tantùm malus factus est, sed ferus, sed immanis, qualis Apollodorus.] Est, cùm qualitatem etiam, ac formam non uno adiectiuo, sed duobus, aut pluribus verbis expressam repræsentat. Aul. Gel. lib. 1. Figura quadrata, quales tesseræ. Plin. lib. 27. Aristas habet in cacumine tenues culmo, quale hordeum restibile. Cicero. lib. 1. Off. Eos aduersarios existimamus, qui arma contrà ferant, non eos, qui suo iudicio tueri rempu. uelint: Qualis fuit inter P. Africanum, & Q. Metellum sine acerbitate dissensio. Colu. lib. 9. De minoris incrementi animalibus, qualis hic lepus, hæc pręcipiemus. ¶Iam illud generatim præcipiēdum, aduerbia similitudinis omnium loco huiusmodi relatiuorum, quæ accidentis nuncupantur, eleganter inquiunt constitui. Vale. Max. lib. 11. Amari tortores, sicut illi barbari. Plin. lib. 9. Meliora, sicut lupi pisces in Tiberi amne.] idest quales. Apud Horat. verò in car. Epod. cum antecedente concordat. Sed incitat me pectus, & mammæ putres, equina quales ubera.] quales dixit, pro qualia propter metrum: & est figura Alliotheta, idest aliter posita, per quam genus confunditur. ¶Cætera desiderantur, atque hæc æqui boniq; consule. ¶ In secunda regula est, Quantus, ta, tum.] Cuius correlatiuum est, Tantus, ta, tum.] Hæc quantitatem rei referunt.] cioè quanto è grande la cosa: Sic, quanto grande, Di che grandezza, altezza, di che misura fu Polifemo? Quantus fuit Poliphemus?] Hæc autem nedum adiectiua referunt quantitatem continuam significantia; Qualia, Magnus, paruus, breuis, longus, ingens, grandis, latus, angustus, altus, profundus, bipedalis, sesquipedalis, curtus, amplus, sublimis, & id genus sexcenta.

ta. Sed quicqiud etiam animus metiri, æstimareque potest. Aul.Gel. lib. 5. Grandem pecuniam, quantam Protagoras petierat. Idem lib. 17. Longum, quantum satis est. Titus Liu. lib. 10. Ingens victoria, quantam de Samnitibus nemo, præter L. Papirium, pepererat. Plin. lib. 11. Vngues ei grandes, ceu graculis. Item, Cæsar est magnus, quantus est Iuppiter.] Polyphemus altus erat, quanta turris] Videre mihi uideor tantam dimicationem, quanta nunquam fuit.] Apparatus Turcæ non tanti sunt, quanti circunferuntur.] Tanta est uirtus, quantam homines prædicant.] Formica parua est, quantus est culex.] Est mihi frater, quantus est pumilio principis, seu nanus.] Tu bicubitus, quantum fama prædicat Zaccheum.] Magnus Hector, quantum uidi neminem.] ¶ Tantum, quantum substantiuè posita, genitiuum admittunt. Vt tantũ olei consumpsi in studendo, quantum uini in bibendo.] tantum temporis.] quantum pecuniæ.] ¶ Hinc etiam fiunt diminutiua. Scilicet, Aliquantus, aliquantulùm, aliquantulus, quantuscunque, quantusquantus. Sall. Timor aliquantus, sed spes amplior. Cicero pro Cluent. Aliquantulum agri in medio relictum est. Colu. lib. 2. Quantulocũque humore. Cicero lib. 4. Acad. Quantulus nobis uidetur. Terent. in Adel. Quantusquantus es, nil, nisi sapientia es. ¶ Fit quoq; quantum aduerbium. Vt, Tantùm tibi malè olet anima, ut nemo tibi assidere possit.] Plin. li. 2. Solem abesse à Luna undeuiginti partes, quantùm Lunã ipsam à terra, multi prodiderunt. Quantùm Deus amat homines. ¶ Quid est quantitas? Accidens, quo ipsius dimensiuæ quantitatis subiectum redditur mensurabile cõtinuè, aut discretè. Ita quòd per illud dicimur quanti, aut quot? Bicubitales, vel tricubitales: decem, aut uiginti. Constatq; quantitas triplici dimensione, longitudine, latitudine, & profunditate, quæ cuilibet competit corpori, cum suis, scilicet, loco, tempori, superficiei, atque lineæ; quæ trina dimensione circunducimus. Atque hęc satis modò, aliò approperò: sis mecum.

In tertia Regula sunt, Hi, Hæ, & Hæc, Quot indeclinata, plur. nume. om. gen. Eius redditiuum est Tot, Hæc

significant numerum discretum, & habent in sodalitio adiectiua quantitatem discretam numeralem significantia, Sicut, Duo, tres, quatuor, & quinque. ¶Ex his descendit totidem.] aliquot.] Verg. Præstiterit, totidem lectas de more bidentes. Terent. In pariundo aliquot affuerunt liberæ. Idem, Aliquot me adiere. i. aliqui. ¶ Operæpretium esse duximus Syluam Cardinalem subscribere, ne præceptorum aures stomacosi discipuli idipsum efflagitantes totum diem, obtundant. Verùm priusquam eò cõmigremus, dic quæso, Quid est numerus? Quid Cardinalis? Numerus est quantitatis incrementum à singulis ad plura procedens. Vel, Numerus est unitatum collectio. nam prima vnitas cum secunda, facit duo; alia superaddita unitate, tria. Præterea ipsa vnitas non est numerus, itaque inter numeralia minimè censetur; uel quatenus numeri fundamentum. Numeri autem species sunt quatuor. Quæ? Cardinalis, ordinalis, ponderalis, multiplicatiuus, & distributiuus numerus. Cùm igitur sint multæ numeralium species; ea tamen (quam Cardinalem appellamus) primùm omnium uentilanda occurrit. ¶Dicitur autem Sylua Cardinalis, quòd in ea tanquam in cardine cætera reuoluuntur; numeralia (Author est Donatus) à quatuor usque ad centum sunt indeclinabilia, ultra verò centum declinantur. Ordo autem est Nominatiuus, Vnus, una, unum.] Hi duo, hæ duæ, & hæc duo.] Hi & hæ tres, & hæc tria.] Genitiuo, vnius.] Horum duorum, harum duarum, horum duorum.] Horum, harum, & horum trium.] Datiuo, vni] His duobus, duabus, duobus] His tribus.] Accusatiuo, Vnum, unam, unum] Hos duos, has duas, & hæc duo] Hos, & has tres, & hæc tria.] Vocatiuo, car. O duo, o duæ, o duo] O tres, & o tria.] Ablatiuo, ab uno, ab una, ab uno] Ab his duobus, duabus, duobus] Ab his tribus.] vsque ad centum indeclinata sunt reliqua. ¶ Nominatiuo, hi, & hæ, & hæc quatuor] Quinque] Sex.] Genitiuo, Horum, harum, horum quatuor, quinque, sex.] Datiuo, His, quatuor, quinq;, sex.] Accusatiuo, Hos, has, hæc quatuor, quinque, sex.] Vocatiuo, O quatuor,

quinque,

quinque, sex.] Ablatiuo, ab his quatuor, quinque, sex.] Perge, ¶ Septem] Octo] nouem] Decem] Vndecim] Duodecim] Tredecim] Quatuordecim] Quindecim] Sexdecim] Septemdecim] Octodecim] Nouendecim] modò vnica sint nomina: At si composita cum copula, & maior numerus præcedit. Sicut, decem, & unum: decem, & duo; decem & tres; decem & quatuor; decem & quinque; decem & sex; decem & septem; decem & octo; decem & nouem; Vel pro his commodiùs dixeris, duodeuiginti, idest duobus demptis de uiginti; Et undeuiginti, idest uno dempto de uiginti; Nota, quòd Duode, & vnde, idest duobus demptis, & uno dempto, in compositione solùm utimur; duntaxat supra decem, ubicunque octonarius, uel nouenarius numerus subit; Fitque in omni specie numeri; ut, duodeuigesimus, undeuige. i. decimusoctauus, & decimusnonus. Item, Duodeuicies, & undeuicies, idest decies & octies; decies & nouies, sic duodetriginta, undetriginta. ¶ Item, uiginti] vigintiunus] uel (si mauis) unus & uiginti.] ¶ Quia, ut maximus quisque numerus habetur, ita primum sibi locum uendicāt, ubi coniunctio abest; nisi infra uiginti, & supra centū, ut uigintiunus, centum uiginti duo; Secunda regula; vti minimus quisque uumerus est, ita primum locum sibi vendicant; infra centum, & supra uiginti, intercedente copula. at supra centum, & infra uiginti, maior numerus præponitur: ut unus & uiginti, duo & quinquaginta; sed decem & septem, centum & uiginti. Quale Tullianum hoc, Plato uno & octogesimo anno scribens est mortuus. Idem, Gorgias cētum & septem compleuit annos.

Nominatiuo, hi, hæ, & hęc; uel per tres diuersas voces, vigintiunus, a, um] duo, duæ, duo] tres, & tria.] Genitiuo, vigintiunius,] duorum, duarum, duorum] trium.] Datiuo, vigintiuni] duobus, duabus, duobus] tribus.] Accusatiuo, uigintiunum, am, um] duos, duas, duo] tres, & tria.] Vocatiuo, o uiginti duo, duæ, duo] tres, & tria.] Ablatiuo, a uigintiuno, a, o] duobus, duabus, duobus.] tribus.] Conformia iunge.

¶Nominatiuo, Viginti unus, una, unum] duo, duæ, duo] tres, & tria.] Equites, fęminæ, mancipia.] Genitiuo, Viginti unius; duorum, duarum, duorum: trium: Equitum, fœminarum, mancipiorum.] Datiuo, Viginti uni; duobus, duabus, duobus: tribus; Equitibus, fœminis, mancipiis.] Accusatiuo, Viginti unum, am, um: duos, duas, duo: tres, & tria; Equites, fœminas, mancipia.] Vocatiuo, ò uiginti duo, duæ, duo: tres, & tria; Equites, fœminæ, mancipia.] Ablatiuo, à Viginti uno, na, no duobus, duabus, duobus: tribus; Equitibus, fęminis, mancipijs.] ¶Viginti quatuor.] contrà cum copula, quia tunc minor præit numerus, ut quatuor & uiginti. Viginti quinq;.] Viginti sex.] Viginti septem.] Viginti octo.] Viginti nouem.] Vel duo de triginta, & undetriginta.] triginta.] sic deinceps. Quadraginta.] Quinquaginta.] Sexaginta.] Septuaginta.] Octuaginta.] author est Priscianus. octoginta uerò ait Valla; quem ipse malim omnium. Nonaginta.] Centum.] Hæc igitur omnia pluralia sunt, præter vnum: indeclinata, præter unus, duo, tres. ¶Item, Centum & duo, Centum & tres, Centum & quatuor, uel duo, tres, quatuor, supra, post, præter, ultra cētum. ¶Item, Centū uiginti unus; duo, tres, quatuor. Vel Centum & uiginti duo: & uiginti tres: & uiginti quatuor. Item, duo, tres, quatuor & uiginti supra, post, præter, ultra centum.] ¶Nominatiuo, centum & unus, una, unum: Et duo, duæ, duo: Et tres, & tria. Vel contrà, unus, duo, tres, supra centum.] Genitiuo, centum, & unius: & duorum, duarum, duorū: Et trium.] Datiuo, centū & uni: Et duobus, duabus, duobus: Et tribus.] Accusatiuo, Centū, & unū, unā, unū, Et duos, duas, duo: Et tres, & tria.] Vcō, ò centum, & duo, duæ, duo: Et tres, & tria.] Ablatiuo à centum, & uno, una, uno: duobus, duabus, duobus: Et tribus.] ¶Infra uiginti (ut clarior sim) minor numerus præcedit per compositionem. sicut, duodecim, duodecimus, duodeni, duodenarius. Verùm in distributiuis aliter quandoque legas, Deniquaterni, deniquini, seni, septeni, octoni, noueni. Dicimus quoque Ternideni: Quaternideni: Quinideni: Senideni, nec ultra reor. In Ordinalibus

libus uidetur subaudiri coniunctio, cùm dicimus; Decimusseptimus, decimus octauus, decimus nonus. ¶ Cardinalia à decem, ad sedecim, per compositionem proferuntur: Et inde ad uiginti utroque modo, ceu, undecim, duodecim, septemdecim, octodecim, nouendecim; Item, Decem, & Septem, decem, & octo, decem & nouem. ¶ Hæc duo posteriora aliter proferuntur ante ea, quæ in Ginta, finiuntur, ut dictum est supra. Duo de uiginti. Duo de triginta. Duodequadraginta. Vndeuiginti; Vndetriginta; Vndequadraginta. ¶ A uiginti ad centum, minor numerus præcedit, si copulam adhibueris, sin eam subtraxeris, maior præcedit. Sicut, unus & uiginti, unus & quadragesimus, singuli & uiceni. At, Viginti unus, uiginti duo. Vigesimus primus, Viceni singuli. ¶ Supra Centum, maior numerus utroque modo præcedit. ut, Centum unum, Centum & duo.] Et omne id genus.
Post hæc autem sic. Bis centum] Tercentum] Quater centum] Quinquies centum] Sexies centum] Septies centum] Octies centum] Nouies centum] Substantiuè: Adiectiuè quidem Sic: Ducenti, ducentæ, ducenta.] Trecenti, trecentæ, trecenta.] Quadringenti, quadringentæ, quadringenta.] Vbi T, in D, Et C, in G, mutatur. Quingenti, quingentæ, quingenta.] Sexcenti, Sexcentæ, Sexcenta.] Septingenti, Septingentæ, Septingenta.] Octingenti, Octingentæ, Octingenta.] Noningenti, Noningentæ, Noningenta.] Vel Nongenti, secundum nonnullos. ¶ Nominatiuo, bis, ter, quater, quinquies, sexies, septies, octies, nouies, centum homines, fœminæ, mancipias] Genitiuo, centum hominum, fœminarum, mancipiorum.] Datiuo, centum hominibus, fœminis, mancipiis.] Accusatiuo, centum homines, fœminas, mancipia.] Vocatiuo, ò centum homines, fęminæ, mancipia.] Ablatiuo à centum hominibus, fęminis, mancipiis,] ¶ Aliàs, Nominatiuo Ducenti, ducentæ, ducenta] homines, fęminæ, mancipia. Genitiuo, Ducentorum, ducentarum, ducentorum] hominum, fęminarum, mancipiorum. Datiuo, Ducen-

tentis] hominibus , fœminis, mancipijs . Accusatiuo, Ducentos, ducentas, ducenta] homines , fœminas, mancipia. Vocatiuo, ò Ducenti, ducentæ , ducenta] homines, fęminæ, mancipia. Ablatiuo a Ducentis] hominibus, fęminis, mancipiis. ¶ Sic, Trecenti, tæ, ta: Quadringenti, tæ, ta: Quingenti, tæ, ta: Sexcenti, tæ, ta: Septingenti, tæ, ta : Octingenti, tæ, ta: Nongenti, tæ, ta.] Trecentorum, arum , orum : Quadringentorum , arum, orum : Quingentorum , arum, orum : Sexcentorum , arum , orum: Septingentorum , arum , orum : Octingentorum , arum, orum : Nongentorum , arum , orum .] Trecentis, Quadringentis, Quingentis , Sexcentis , septingentis , Octingentis , Nongentis.] Trecentos, tas, ta : Quadringentos, tas, ta : Quingentos, tas, ta: Sexcentos, tas, ta: Septingentos, tas, ta : Octingentos, tas, ta : Nongentos, tas, ta.] ò Trecenti, tæ, ta: Quadringenti, tæ, ta : Quingenti, tæ, ta : Sexcenti, tæ, ta: Septingenti, tæ, ta : Octingenti, tæ, ta, Nongenti, tæ, ta.] A Trecentis, Quadringentis, Quingentis, Sexcentis, Septingentis, Octingentis, Nongentis.] ¶ Mille numerale duplex: aut substantiuum; aut adiectiuum: Substantiuè captum indeclinabile est usque ad pluralem: nam inde declinatur, utrunque sub neutro genere. vt, Nominatiuo, Hoc mille,] Genitiuo huius mille] Datiuo, huic mille] Accusatiuo, hoc mille] Vocatiuo ò mille] Ablatiuo ab hoc mille.] Tunc unico scribitur. l. author est Georgius Valla, cui, Niniuita maxime astipulatur.] Et Pluraliter, Nominatiuo, Hæc millia] Genitiuo, horum millium] Datiuo, his millibus] Accusatiuo, hæc millia] Vocatiuo, ò millia] Ablatiuo à millibus.] Adiectiuè uerò sumptum, pluraliter declinatur, & est indeclinabile. Vt, Nominatiuo, Hi, Hæ, & Hæc mille] duplici, ll, notatur. Genitiuo, Horum, Harum, Horum, mille] Datiuo, His mille] Accusatiuo, Hos, Has. Hæc, mille] Vocatiuo ò mille] Ablatiuo ab his mille.] Si mille substantiuè sumitur, tum admittit perpetuò genitiuum Syncopatum in utro-

que

que numero. Sicut, Mille sestertium] pro sestertiorum. Mille hominum.] Mille nummum, denarium, uirum] pro nummorum, denariorum, uirorum. Mille militum, ducum, desideratum est:& desiderati sunt. Si uero adiectiuè capitur, tum substantiuis ahæret, & cum illis in debitis conuenit accidentibus.ut, Mille uiri] Mille mulieres] mille sestertia.] ¶ Inflecte substantiuè cum genitiui regimine. Nominatiuo Hoc mille hominum, fœminarum, mancipiorum.] Genitiuo huius mille, hominum, fęminarum, mancipiorum.] Datiuo huic mille hominum, fęminarum, mancipiorum.] Accusatiuo hoc mille hominum, fęminarum, mancipiorum.] Vocatiuo ò mille hominum, fœminarum, mancipiorum.] Ablatiuo ab hoc mille hominum, fęminarum, mancipiorum.] Et Plura. Nominatiuo, Hæc millia hominum, fœminarum, mancipiorum.] Genitiuo, Horum milliũ hominum, fœminarum, mancipiorum.] Datiuo, His milibus, hominum, fœminarum, mancipiorum.] Accusatiuo, Hæc millia hominum, fœminarum, mancipiorum.] Vocatiuo ò millia hominum, fęminarum, mancipiorum.] Ablatiuo, ab his millibus, hominum, fęminarum, mancipiorum.] ¶ Contentus quidem, sed modò adiectiuè. Nominatiuo, hi, hæ, hæc mille homines, fęminæ, mancipia.] Genitiuo, Horum, Harum, Horum, mille hominum, fœminarum, mancipiorum.] Datiuo, His mille hominibus, fœminis, mancipiis.] Accusatiuo, Hos, Has, Hæc, mille homines, fœminas, mancipia.] Vocatiuo ò mille homines, fœminæ, mancipia.] Ablatiuo ab His mille hominibus, fœminis, mancipiis.] ¶ Nota, quod duo adiectiua ibidem absente copula non cohærent. ut Antiquus, Robustus messor.] Atqui si alterum fuerit possessiuum pronomen, ut meus cum suis. Aut numerale: aut, unum ex his, Hic, Hæc, Hoc, iste, ista, istud, ille, is, & id genus semiadiectiua: quæ æquè patiuntur adhærere sibi alia adiectiua. Sicut, Hic doctus magister. Omnes docti sunt homines. Mea magna uirtus. Verum numerorum nomina his sunt

pro-

pronominibus conformia: Sicut, Centum auratæ pateræ, Mille armatæ naues, Quingenti magnanimi milites. Cæterùm (si Vallæ fidem præstamus) nomina numeralia siue substantiua, siue adiectiua sint, inter sese iungi sine copula respuunt. Ratio? Quòd nec duo simul substantiua, nec duo simul adiectiua sola esse possunt: nisi eorum alterum, aut substantiuum, aut adiectiuum fuerit. Hinc fit (ingeniose puer) dici latinè non posse. Duo, tria, quatuor, quinque, sex, centum: vtrunque enim adiectiuum. Dic ergo sic bellè, Bis, ter, quater, quinquies, sexies centum. Nec hoc, Duo, tria, quatuor, quinque, sex mille; Vtrunque quoniam adiectiuum, & numerale est verè. Dic igitur, Bis, ter, quater, quinquies, sexies mille. Vel substantiuè sic. Duo, tria, quatuor, quinque, sex millia; Eam ob rem plura (huius præceptionis memor esto) numeralia absque copulæ interuentu per se non cohærent, nisi compositione, aut legitimo inter se ordine, ut per singula dicetur; ob id adiectiuum substantiuum sequatur, & substantiuum adiectiuum præueniat, necesse est.

¶ In millibus numerandis præsente copula, minor numerus præcedit, eadem verò absente, maior primum sortitur locum; Vt, Sex & uiginti millia.] Viginti sex millia,] Da aliquod exemplar super his, uti soles de more. ¶ Et Plura. Nominatiuo, hæc duo, tria, quatuor, quinque millia hominum, fœminarum, mancipiorum.] Genitiuo, horum, duorum, trium, quatuor, quinq; millium hominum, fęminarum, mācipiorum.] Datiuo his, duobus, tribus, quatuor, quinq; millibus hominũ.] Accusatiuo, hæc duo, tria, quatuor, quinq; millia hominum.] Vocatiuo, o duo, tria, quatuor, quinque millia hominum.] Ablatiuo ab his duobus, tribus, quatuor, quinque millibus hominum.] ¶ Rursus adiectiuè. Et Pluraliter Nominatiuo, Hi, hæ, hæc, Bis, ter, quater, quinquies mille homines, fœminæ, mancipia.] Genitiuo, Horum, harum, horum, Bis, ter, quater, quinquies mille hominum, fœminarum, mancipiorum.] Datiuo, His, Bis, ter, quater, quinquies mille hominibus,

minib. fœminis, mācipiis.] Accusatiuo Hos, has, hæc, Bis, ter, quater, quinquies mille homines, fœminas, mancipia.] Vocatiuo, O Bis, ter, quater, quinquies mille homines, fœminæ, mancipia.] Ablatiuo, ab his mille hominibus, fœminis, mancipiis.] ¶ Nota hæc. Duo millia.] Bis mille. Tria millia.] ter mille. Quatuor millia.] quater mille. Quinq; millia.] quinqes mille. Sex millia.] Sexies mille. Septem millia.] Septies mille. Octo millia.] octies mille. Nouem millia.] nouies mille. Decem millia.] decies mille. Vndecim millia.] Vndecies mille. Duodecim millia.] duodecies mille. Tredecim millia.] tredecies mille, Quatuordecim millia.] quatuordecies mille. Quindecim millia.] qndecies mille. Sexdecim millia.] sexdecies mille. Septemdecim millia.] decies & septies mille. Decem & octo millia.] decies & octies mille. Decem & nouē millia.] decies & nouies mille. Viginti millia. vicies mille. Viginti duo millia.] vel duo & viginti millia.] Bis & uicies mille. Viginti tria millia.] vel tria & uiginti millia.] ter & uicies mille. Viginti quatuor millia.] vel quatuor & uiginti millia.] quater & uicies mille. Viginti quinque millia.] vel quinque & uiginti millia.] quinquies & uicies mille. Sic deinceps. Triginta millia.] tricies mille. Quadraginta millia.] quadragies mille. Quinquaginta millia.] quinquagies mille. Sexaginta millia.] sexagesies mille. Septuaginta millia.] septuagies mille. Octoginta millia. octogies mille. Nonaginta millia.] nonagies mille. Centum millia.] centies mille. Hinc, Duo, tria, quatuor, supra centum millia.] Bis, ter, & centies mille. Quint. lib. 2. Mithridati duas & uiginti linguas, quot nationibus imperauit, traditur notas fuisse.] Lucil. lib. 8. Mille die nummum potes uno quærere centum.] Item, Tu mili nummùm potes uno quærere centum.] Item, Hunc mili passum qui uicerit, atque duobus.] Cice. in Philip. Inuentus est, qui L. Antonio mille nummùm ferret expensum.] Idem, pro Milone. Mille hominum versabatur.] Titus Liuius, Mille ducentos milites confecit.] Item, Armorum duci sunt uiginti sex millia militum.] vel sex

& uiginti

& uiginti millia militum.] A Natali domini sunt anni mille, quingenti, septuaginta tres.] Vel sunt anni mille, & quingenti, septuaginta tres.] Vel sunt anni septuaginta tres, uel tres & septuaginta, supra, ultra, præter mille, & quingentos.] Mille abhinc passibus castra metati sunt.] Positis à millibus passuum, quindecim, auxilia Germanorum expectare constituit.] A milibus passuum circiter duobus Romanorum aduentum expectare constituit.] A millibus passuum circiter duobus Romanorum aduentum expectabat. A mille ferè passibus castra posuit.] Intra mille passus occisus est.] Num nam floridum, amœnumue dicendi genus, cuiusmodi reperitur in sacris literis? Sicut, decem millia talenta.] Duodecim millia signati.] Minimè uerò id quidem. Hæc enim (authore Valla) defendi nequaquam possunt, nisi ita resoluas, signati erant duodecim millia.] Talenta sunt decem millia.] uel subauditur, entia, per Appositionem, ut debebant talenta entia decem milia.] signati entes duodecim milia.] ¶ Tutius tamen (mi Lector) dices, Duodecim milia signatorum.] Decem millia talentorum.] Duodecim millia drachmarum.] Cuius erroris (si modò error est) caussa (ut Valla probè monet) hinc effluxit, quòd sæpe legimus decem millia pondo argenti, quasi illud pondo nominatiui, aut accusatiui casus sit, & non genitiui: sæpe etiam, decem millia quingenti pedites, non peditum. Ita cùm numerus posterior defuerit, supputant rectè dici posse, decem millia pedites; quod uerè falsum est. Nam cum dicimus, decem millia quingenti pedites; sic intelligimus, decem millia peditum, & quingenti pedites. Hæc ille. ¶ Vbi autem substantiuum præcedit; conueniunt in casu; ut habeo sestertia decem millia.] Talenta quinque millia.] Signati duodecim millia.] Loquuntur ita interdum authores. Plin. libr. 21. cap. 7. Ancus Martius Rex Samodia sex millia in congiario dedit populis.] Paulus Orosius libr. 1. Anni duo millia.] Cicero in Verrem. Tritici modios quinque millia.] Idem, Tritici medimnas duo millia.]

lib.

lib.3.Regum. locutus est Salomon parabolas tria millia.] Non igitur damnabimus illa sacræ paginæ exempla, modò hic seruetur ordo, signati duodecim millia.] talenta decem millia.] drachmas duodecim millia.] Et quodcunque id genus. Hinc nascuntur duo aduerbia (Quoties) quante uolte (Toties) tante uolte: Et in suo comitatu amant aduerbia numeralia: Quæ? Hæc, Semel] una uolta. Bis] due uolte; uel iterum. Ter] tre uolte; uel tertium. Quater.] Quinquies.] Sexies.] Septies.] Octies.] Nouies.] Decies.] Vndecies.] Duodecies.] Tredecies.] Quatuordecies.] Quindecies.] Sexdecies.] Decies & septies.] Decies & octies.] Vel duodeuicies.] Decies & nouies.] uel undeuicies.] Vicies.] per syncopem pro uigecies. Vicies semel.] Vicies bis.] Vicies ter.] non rectè dicitur, ait Nebrissensis; Quia, Vicies bis, dicit potius quadragies. Sic, Vicies ter, Sexagies; quàm pro mente lectoris. Dic igitur tutiùs, citraque amphibologiam, semel & uicies.] Bis & uicies.] ter & uicies.] Quater & uicies.] Quinquies & uicies.] Sexies & uicies.] Septies & uicies.] Octies & uicies.] Vel duo de tricies.] Nouies & uicies.] Vel unde tricies.] Tricies.] 30. Quadragies.] 40. Quinquagies.] 50. Sexagies.] 60. Septuagies.] 70. Octogies.] 80. Nonagies.] 90. Centies.] 100. Centies & semel. Vel semel & centies.] 101. Centies & bis.] 102. centies & ter.] 103. Centies & quater.] 104. Centies & quinquies.] 105. Centies & sexies.] 106. Centies & septies.] 107. Centies & octies.] 108. Centies & nouies.] 109. Ducenties, uel bis centies.] 200. Trecenties. uel ter centies.] 300. Quadringenties, uel quater centies.] 400. Quingenties, uel quinquies centies.] 500. Sexcenties, uel sexies centies.] 600. Septingenties, uel septies centies.] 700. Octingenties, uel octies centies.] 800. Nongenties, uel nouies centies.] 900. Millies.] mille uolte. Millies & semel.] Millies & bis.] Millies & ter.] Millies & quater.] Millies & quinquies.] Et quæ sequuntur: pro mille & una, & due, & tre, & quattro, & cinque uolte. Dein. Bis millies.] due

mil-

millia uolte. Ter millies.] Quater millies.] Quinquies millies.] Sexies millies.] Septies millies.] Octies millies.] Nouies millies.] Decies millies.] Sic deinceps, Vicies millies.] Tricies millies.] Quadragies millies.] Quinquagies millies.] Septuagies millies.] Octogies millies.] Nonagies.] Centies millies.] Item, Decies centum millia.] Vn conto di moneta. Quindecies centum millia.] Vn conto & mezo di moneta. Vicies centum millia.] Due conti. Quinquies & uicies centum millia.] Due conti & mezo. Tricies centum millia.] Tre conti. Quinquies & tricies centum millia.] Tre conti & mezo. Quadragies centum millia.] Quatro conti. Quinquies & quadragies centum millia.] Quattro conti & mezo. Quinquagies centum millia.] Cinque conti, Quinquies & quinquagies.] Cinque cõti, & mezo. Sexagies centum milia.] Sei conti. Quinquies & ſexagies.] Sei conti, & mezo Septuagies centum millia.] Sette conti. Quinquies & ſeptuagies cẽtum millia.] Sette conti & mezo. Octogies centum millia.] Octo conti. Quinquies & octogies centum millia.] Octo conti & mezo. Nonagies centum millia.] Noui conti. Cẽties centum millia.] Dieci conti. ¶ Item, Bis centies centum millia.] Tercenties centũ millia.] Quater centies centũ millia.] Quinquies centies centum millia.] Sexies centies centum millia.] Septies centies centum millia.] Octies centies centum millia.] Nouies centies centũ millia.] Decies centies centũ millia.] ¶ Item, Millies mille milia aureorum.] Vn millione de oro. Sono mille uolte mille migliara. Sic, Bis millies mille millies.] due millioni. Ter millies mille millies.] Tre millioni. Quater millies mille millies.] Quattro millioni. Quinquies millies mille millies.] Cinque millioni. Sexies millies mille millies.] Sei millioni. Septies millies, mille millies.] Sette millioni. Octies millies mille millies.] Nouies millies millia millies.] Noue millioni. Decies millies mille millies.] dieci millioni. Millionem hunc numerum etiã appellant] ¶ Plin. lib. 7. Sella curuli ſemel ac uicies ſedit: quoties nemo alius.] Ouid. & per quod

nouies

nouies, sæpius isset iter.] Plin. Quindecies ponit, Idem; Quatuordecies.] Interrogatiuum huius speciei est. Quoties, cui etiam litera, n, interponitur: author est Priscianus in lib. de ponder. & mens. ut quotiens, item, totiens aliquotiens: quod secundum eruditiores, queis & ipse astipulor, sapit antiquitatem. Quoties illuc itasti? ter, aut quater.] Quoties in mensa bibisti? Bis.] ¶ Caue dixeris, prima, uel secunda, aut tertia uice. Aut tribus, quatuor uicibus. Verùm, semel, bis, ter, quater. Nec alia uice, latinè dices. Verùm Aliàs. Et pro hac uice, commodiùs nunc, pro illa uice, tunc, dixeris. Ad illa etiam uulgaria, Ho detto due pater noster, & due Aue Marie. Vix dicere ausim, Bis dixi Pater noster, & Aue Maria. At uerò dic, Recitaui Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam bis, ter, quater.] Ho uisto tre Messe: Non uidi tres missas: Verùm, Ter Sacro interfui.] Lo Choro ha cantato tre Chyrieeleyson; Chorus ter dixit Chirieeleyson; quod septem constat syllabis. ¶ Item, Habeo mille nummos. Centum talenta.] Triginta Sacerdotes.] Bellè etiam sic, Habeo milies nummum.] Centies talentum.] Tricies Sacerdotium.] pro multis quoque uicibus, dic sæpe sæpius. Item, Annus non magies supra quingenties erit fertilissimus.] ¶ Item, tre anni sono stato Console. Ter Consul fui.] Appena che habia stato un anno Capitanio: Vix semel prætura functus eram.] Due uolte sono stato mastro di piazza; Bis Aedilis creatus sum.] Bis, atq; iterum te ut conuenirem, prodiui hodie.] Bello naua li decies centum milia aureorum Rex impendit.] Vn conto di oro in oro ha speso il Re per mettere in ordine la armata.] Ter cyathum exhausit pluris semipleno.] Hassi scolato tre coppe di uino piu di mezze, meno di piene. Sicilia millies centum millia milies aureorum Regi tribuit quotannis.] Lo Regno de Sicilia rende de tributo allo Re un milione de oro. At nunc aliud numerandi genus habeo, quod Ratiocinatorum unc aliud numerum suum est.

O

1	uia	1	fa	1
	vnum	ſemel	unum.	
2	uia	2	fan	4
	duo	bis	quatuor.	
3	uia	3	fan	9
	Tria	ter	nouem.	
4	Via	4	fan.	16
	Quatuor	quater	Sexdecim.	
5	Via	5	fan	25
	Quinque	quinquies	Vigintiquinque	
6	Via	6	fan	36
	Sex	Sexies	triginta ſex	
7	Via	7	fan	49
	Septem	Septies	quadraginta noué	
8	Via	8	fan	64
	Octo	octies	ſexagintaquatuor.	
9	Via	9	fan	81
	Nouem	nouies	octoginta unum.	
10	Via	10	fan	100
	Decem	decies	centum.	
	Via	2	fan	4
	Duo	bis	quatuor.	
2	Via	3	fan	6
	Duo	ter	ſex	
2	Via	4	fan	8
	Duo	quater	octo:	
2	Via	5	fan	10
	Duo	quinquies	decem.	
2	Via	6	fan	12
	Duo	Sexies	duodecim.	
2	Via	7	fan	14
	Duo	Septies	quatuordecim	
2	Via	8	fan	16
	Duo	octies	ſexdecim.	
2	Via	9	fan	18
	Duo	nouies	decem & octo.	
2	Via	10	fan	20
	Duo	decies	uiginti.	

10	uia	11	fan	110
	decem	undecies	decem ſupra centum.	
10	uia	12	fan	120
	decem	duodecies	centum uiginti.	
10	uia	13	fan	130
	decem	tredecies	centum triginta.	
10	uia	14	fan	140
	decem	quatuordecies	centum quadraginta.	
10	uia	15	fan	150
	decem	quindecies	centum quinquaginta.	
10	uia	16	fan	160
	decem	ſexdecies	centum ſexaginta.	
10	uia	17	fan	170
	decem	decies & ſepties	centum ſeptuaginta.	
10	uia	18	fan	180
	decem	decies & octies	centum octoginta.	
10	uia	19	fan	190
	decem	decies & nouies	centum nonaginta.	
10	uia	20	fan	200
	decem	uicies	bis centum.	
10	uia	39	fan	390
	decem	tricies & nouies	tercentum nonaginta.	
7	uia	37	fan	259
	ſeptem	tricies & ſepties	bis cētum nonag. nouē.	
8	uia	38	fan	304
	octo	tricies & octies	tercentum & quatuor.	
2	uia	40	fan	80
	duo	quadragies	octoginta.	
5	uia	40	fan	200
	quinque	quadragies	bis centum.	
15	uia	20	fan	300
	quindecim	uicies	tercentum.	
30	uia	30	fan	900
	triginta	tricies	nouies centum.	
40	uia	40	fan	1600
	quadraginta	quadragies	ſexies cētum ſup. mille.	
2	uia	33	fan	66
	duo	tricies & ter	ſexaginta ſex.	

3	uia	33	fan	99
	Tria	ter & tricies	nonaginta nouem.	
4	uia	33	fan	132
	quatuor	ter & tricies	duo & triginta sup.cētum.	
5	uia	33	fan	165
	Quinq;	ter & tricies	centum sexaginta quinq;.	
6	uia	33	fan	198
	Sex	ter & tricies	centum nonagintaocto.	
7	uia	33	fan	231
	septem	ter & tricies	biscentum trigintaunum	
8	uia	33	fan	264
	octo	ter & tricies	bis centū sexag. quatuor.	
10	uia	33	fan	330
	decem	ter & tricies	tercentum triginta.	
2	uia	30	fan	60
	duo	tricies	sexaginta	
3	uia	30	fan	90
	tria	tricies	nonaginta.	
4	uia	30	fan	120
	quatuor	tricies	centum uiginti	
5	uia	30	fan	150
	quinque	tricies	centum quinquaginta.	
10	uia	30	fan	300
	decem	tricies	tercentum.	

¶ ¶ ¶ ¶ ¶

Due uolte	2	uia	2	fan	8
	Bis	duo	Bis	octo.	
Tre uolte	3	uia	3	fan	27
	ter	tria	ter	uiginti septem.	
Quatro uolte	4	uia	4	fan	64
	quater	quatuor	quater	sexaginta quatuor.	
Cinq; uolte	5	uia	5	fan	125
	Quinquies	quinq;	q̄nquies	Cētū uiginti quinque.	
Sei uolte	6	uia	6	fan	216
	Sexies	Sex	Sexies	Bis centum & Sexdecim.	
Sette uolte	7	uia	7	fan	343
	Septies	Septem	Septies,	Tercētū quadragīta tria.	

Otto uolte 8 uia 8 fan 512
Octies. Octo Octies Duodecĩ sup. q̃nquies centũ.
Noue uolte 9 uia 9 fan 729
Nouies nouẽ nouies Vndetriginta sup. septies cẽtũ.
Diece uolte 10 uia 10 fan CIↃ
Decies decem Decies, Mille
Cẽto uolte 100 uia 100 fan CCIↃↃ
Centies Centum Centies Decem milia
Mille uolte CIↃ uia CIↃ fan CCCIↃↃↃ
Milies Milia Milies Centum milia.

In hac regula est quo tennis, ne. De quo author Priscianus meminit, et triuiales somniant, cum apud idoneos authores nusquam, uel rarò legitur, quoquomodo reiiciendum est. Grammaticis enim nihil audendum, quod authoritate in primis fulciri non possit. Itaque relatio facienda si est, exempli gratia ita dices. Puer Cæsaris biennis, aut bimus est, ut meus, quot (uel) annos meus natus est.] Sin autem interrogandum, ita dices. Quotum annũ ætatis agis?] Vel quot annorum es?] Vel, quot annos natus es?] Quemadmodum & nobilissimus Author Plautus docet tum In Menæh. Quot eras annos natus, tum te pater auexit?] Septennis. tum in Cistel. Quot annos nata dicitur?] Septemdecim. Quod dicendi genus qui secuti erunt, hi nimirum & purissimè, & latinissimè locuti fuerint; quidam aiunt. ¶ Huic autem præstant adiectiua quãtitatem quidem discretam annorum significãtia, sed proprium relatiuum cum correlatiuo omnino desiderantia. Qualia. Hæc composita ab anno, Anniculus] la] lum.] di un'anno. Hic, & hæc biennis, & hoc bienne.] Sic Triennis.] Quadriennis.] Quinquennis.] Sexennis.] Septennis.] Octennis.] Nouennis.] Decennis.] Hic pausandum, nec huius generis quidem plura. Nota, quòd uniennis non accepit usus, penes quem est ratio, & norma loquendi; pro eo autem commodius dicitur, Anniculus, uel, Annuus: teste Prisciano. ¶ Inde cadunt substantiua singulariter prolata. Quæ tandem? Hæc. Hoc Biennium.] duorum spatium annorum. Triennium.] Spatium trium annorum.] Quadriennium,] quatuor annorum spa

tium. Quinquennium.] Spatium annorum quinque. Sexennium.] Spatium ſex annorum;tamen vſurpari non auſim. Septennium.] Spatium ſeptem annorum. Octennium.] Octo ſpatium annorum; vel ſecundum aliquos, Octonnium. Vtrunque rarenter admittunt boni authores. Nouennium] Nouem annorum ſpatium, at minimè venuſtè. Decennium.] Spatium decem annorum. Vnde fit, Decennale bellum. His adde ingenioſe puer. Luſtrum.] Latinè. Hæc Olympias] Dos, græcè, pro ſpatio quinque annorum. Hoc ſæculum, vel ſeculum.] Spatium eſt centum annorum. Quod à ſene deductum muſa Latina defendit. ¶Extorſere ex his etiam adiectiua quædam: Sicut, Hic, & hæc, Annalis, & hoc Annale.] quod eſt unius anni. Biennalis.] le. quod eſt annorum duorum. Triennalis.] le. quod eſt trium annorum. Quadriennalis.] le. quod eſt quatuor annorum. Quinquennalis.] le. quod eſt quinque annorum. Et Decennalis.] le. quod eſt decem annorum. Nec plura his, pauciorave leguntur.
¶Hinc quoque pleraque turba venatur hæc adiectiua. Scilicet, Bimus] bima] bimum.] duorum ſcilicet annorum. Trimus] trima] trimum.] annorum trium. Quadrimus] quadrima] quadrimum.] quatuor annorum. Vix plura. Hæc adiectiua triuiales pædagogi ad res, & ad perſonas referri inſtituunt: verùm noſtram hodie cenſuram ad res tantùm referri, omnibus cautum ſit. Supponunt etiam pro liquoribus, ac frugibus: Sicut, Nos vtimur vino bino.] Frumento trimo.] Oleum eſt mihi bimum, vel trimum.] ¶Siſte parumper iter mi præceptor. Quid iſtud rei eſt mi fili? Non poſſum ſatis, atque iterum ſatis non admirari, quorſum iſtæ ſanciones intemeratæ (vt credo) intemeratæ inquam tuæ rem reducant: Etenim audiui (peream ni verum fateor) Netinum pro Diua Margarita, in cuius honorem quædam carmina ediderat, Bima, inquam audiui dicentem. Vnde, proh Deum, atque hominum fidem; extat hæc tanta metamorphoſis? Id credo profectò; te, aut illum inſanire: aut vtrunque haberi (ſi mauis) magnum Apollinem. Nihil hic eſt, quòd mireris Alumne mi, quoniam præter, quòd cùm bonis

latinitatis

latinitatis authoribus hac de re mihi satis conuenit; numnam hunc virum inter honoratos Grammaticæ disciplinæ professores connumerandum putes? quem ipse ego maiori ferula, quam qua pueri cæduntur, cortipiendum censui: Etenim eius errores nedum in quantitate syllabarum (res est non parua) verùm in Grammaticis quoque pueriliter defecisse liquidò prodidere. Vnde honestatis gratia labia vtraque manu premo; nam etsi hominis peccata, vel potiùs linguæ monstra omnia recensita velim; dextera (testor Deos atque homines) indignata abiecta arundine refugeret.

¶ Vtimur etiam his in voce diminutiua, modò sermo sit de pueris, & de paruis animalibus. Sicut, Bimulus] bimula] bimulum.] Trimulus] trimula] trimulum.] Quadrimulus] quadrimula] quadrimulum.] idest duorum, trium, quatuor annorum. Sicut: Hic puer bimulus: frater autem meus trimulus.] Bimulus parentes amisi.] Di due anni ho perduto il padre, & la madre. Soror mea amisit matrem trimula.] Bimulus adhuc gradiebatur. ¶Prętereà hæc substantiua nomina quartæ inflexionis inde sata leguntur. Vt, Bimatus]pe.pro.bimatus]bimatui.] Trimatus] trimatus]trimatui.]Quadrimatus]quadrimatus]quadrimatui.] Quimatus]quimatus]quimatui.] idest duorum, trium, quatuor, quinque annorum spatium, Vt, Ego te bimatu doctum reddam.] In sacris literis. Herodes occidit omnes pueros à bimatu, & infra, idest duorum annorum bimatu. ¶Pleraque alia studiose puer exinde exorta frequenter legimus. Sicut hæc. Hic, hæc, Bimestris, & hoc bimestre].i. duorum mensium. Trimestris, stre].i. trium mensium. Quadrimestris, stre].i. quatuor mensium. ¶Itē, Bipes] i. duos habens pedes.] Triceps].i. habens tres pedes. Quadrupes] i. habens quatuor pedes. ¶Item, Octipes.]Decempes.]Centipes.] ¶Item, Hoc Biduum.] Triduu]Quadriduum]. i. duorum, trium, quatuor dierum spatiū. ¶Itē, Hoc Binoctiū.] Trinoctiū.] Quadrinoctiū].i. duarum, trium, quatuor noctium spatium. ¶Item, Bicorpor].i. dio habens corpora. Tricorpor].i. habēs tria cor

pora qualem fama prædicat Geryonem. Quadricorpor.] ideſt quatuor habens corpora.¶ Item, Biceps.] ideſt duo habens capita. Triceps.] tria (ideſt) capita habens. Quadriceps.] ideſt habens quatuor capita. Centiceps.] ideſt habẽs centũ capita.]¶ Itẽ, Aduerbia fiũt; Bifariã.]Trifariã.] Quadrifariã.]Multifariã.] Plurifariã.]Omnifariã.] ideſt per duos, tres, quatuor, omnes modos ſeu per omnes partes. Quinquifariam, aut ſextifariam (teſte Nebris.) non ſunt in uſu.¶ Itẽ, Bipatens.] ideſt duabus patens partibus. Tripatens.] tribus patens partibus. Omnipatens.] ideſt omnibus partibus patens. ¶Item, Bilinguis.] duas habens linguas. Trilinguis.] tres habens linguas. accipiuntur etiam pro uiro duplici.¶Item, Bifidus]da]dum.] ideſt in duas partes diuiſus. Trifidus]da] dum.] ideſt in tres partes diuiſus. Quadrifidus.] da] dum.] in quatuor diuiſus partes.¶Item. Biſulcus.] duos habens ſulcos. Triſulcus.] tres habens ſulcos. Quadriſulcus.] quatuor habens ſulcos.¶ Item, Biuium] ij. locus duorum uicorum. Triuium.] ij. trium locus uicorum. Quadriuium] ij. quatuor uicorum locus. ¶Item, Geminus] a, um. Tergeminus.] Quatergeminus.]¶ Vnimanus.] unam habens manum. Bimanus.]Centimanus. ¶Item, Vnicolor.] unius res coloris. Bicolor.] ideſt duorum colorum. Tricolor.] trium (ideſt) colorum. Quadricolor.] ideſt quatuor colorum. Diſcolor.] ideſt diuerſorum colorum. ¶Duũ uir.] ideſt duorum comitas uirorum. Trium uir.] trium uirorum comitas. Quinque uir.] quinque uirorum ſocietas Decem uir.] decem uirorum ſocietas. Centum uir.] ideſt comitas centum uirorum. ¶Item, Bigæ] bigarum. Currus duorum equorum. Trigæ] trigarum.] currus trium equorum. Quadrigæ] quadrigarũ.] quatuor currus equorum.¶Item, Biiugi.] ideſt duo equi uni iugo alligati. Triiugi]. i. tres equi uni iugo alligati. Quadriiugi . i. quatuor equi uni alligati iugo.¶ Itẽ, Triangulus]. figura habens tres angulos. Δ. Quadrangulus.] figura quatuor angulos habens. □ ¶Item, Bifurcus.] Trifurcus.] Quadrifurcus.] ut lignum. ¶Item, Biformis] me. duarum eſt formarum. Triformis] me. trium formarum. Quadri-

formis]

formis] me.quatuor formarum. ¶Item, Biduanus]. idest duorum dierum. Triduanus.] idest trium dierum. Quadriduanus] idest quatuor dierum. Sicut, Quadriduanus Lazarus. ¶Item, Bilibris] bre. i. duarum librarum Trilibris] bre. i. trium librarum. ¶Item, Biclinium] nij. Triclinium. ¶Item, Bifrons, Bidens, Bifer, ra, rum. Biforis, re, idest utrinque pertusum. à perforo. & cætera talia: quæ nec per oēs casus, numerosq́, descendunt; Et rarò ultra temarium, uel quaternariũ numerũ procedunt. Hęc fatus ad sextam regulam obiter me confero; in qua est, Quotus] quota] quotum.] carens correlatiuo, adiectiua refert quantitatem discretam ordinalem significantia. Qualia, primus, secundus, & cætera.] Quotus ergo,] di che ordine? grado?] loco?] conditione?] Aliquanto?] Appresso li quanti?] ut, Quotus sedes?] Appresso li quanti?] a che loco?] ò grado?] sedi. Item, Quotus es in urbe?] A che conto passi in la citta?] Primus sum.] son delli principali, delli buoni, delli primi, delli capi.] ¶ Construuntur autem semper in numero singulari: Etenim ordinalia sunt, plures, quia in eodem loco esse non possunt. Dico autem loco proprio, non communi, nisi successiuè; factio nanque unius, alterius destructio est.] Bellè quidem omnia: sed sequere nomina ordinalia ad millesimum usque. Ita faciam mi fili; tu ergo specta diligenter; audi attentissimè; ac omnia memoria complectere. Videq́ue, ut eodem prorsum modo reddas, cùm reposcam. Sis igitur mecum. Primus.] secundus.] Tertius.] Quartus.] Quintus.] Sextus.] Septimus.] Octauus.] Nonus.] Decimus.] Vndecimus.] Duodecimus.] Tertiusdecimus.] Quartusdecimus.] Quintusdecimus.] Sextusdecimus.] Septimusdecimus.] Decimusoctauus.] Vel Duodeuigesimus,] Decimusnonas.] uel Vndeuigesimus.] Vigesimus.] ¶Vbi nota, quòd à decem usque ad uiginti citra copulam (Si Datho credimus) tritum numerandi moremq́ue uulgarem seruamus. Contrà cum copulæ interuentu. A uiginti uerò usque ad centum citra coniunctionis notam,

tam, numerus maior præit: cum copula autem contra.] Dic igitur, vigesimusprimus.] Vel primus & uigesimus. Vigesimussecundus.] uel, secundus & uigesimus. Vigesimus tertius.] uel contra. Vigesimus quartus.] uel contrà. Vigesimus quintus.] uel contrà. Vigesimus sextus.] uel contrà. Vigesimusseptimus.] uel contrà. Vigesimus octauus.] uel Duodetrigesimus. Vigesimus nonus.] uel Vndetrigesimus. Sic Trigesimus.] Quadragesimus.] Quinquagesimus.] Sexagesimus.] Septuagesimus.] Octogesimus.] Nonagesimus.] Centesimus.] Centesimusprimus.] Vel primus supra centesimum.] Sic deinceps, Centesimus secundus.] Centesimus tertius.] Centesimus quartus.] Centesimus quintus.] Centesimus sextus.] Centesimus septimus.] Centesimus octauus.] Centesimus nonus.] Ducentesimus.] Vel bis centesimus. Trecentesimus.] uel ter centesimus. Quadringentesimus.] uel quater centesimus. Quingentesimus.] uel quinquies centesimus. Sexcentesimus.] uel sexies centesimus. septingentesimus.] uel septies centesimus. Octingentesimus.] uel octies centesimus. Noningentesimus.] uel Nongentesimus.] uel nouies centesimus. Millesimus.] post, Bis millesimus. Ter millesimus. Quater millesimus. Quinquies millesimus. sic, decies, tricies, quadragies, quinquagies, Sex. Sept. Octo. Non. Cen. millesimus. Grammatici authores (quatenus ipse ego accepi, & uidi) omnes uno ore à decem ad uiginti, maiore preuio numero, sine copula, commodè quidem illi legunt: sicut, Decimus tertius.] decimus quartus.] Nec quidem desunt, qui secus legentem, seu proferentem in maximum errorem incidere profitentur: de quorum numero Io. Scop. notaui: Hoc autem (ait) fieri contingit, quòd librarij solent sic, breuitate gaudentes scribere: 13. 14. 15. 16. 17. ubi maior præcedit numerus: quòd tum pronunciando dicunt: Decimo tertio.] Decimo quarto.] Decimo quinto.] Demimo sexto, septimoque.] cùm multò secus dicendum esset. Mox præstant & qui hanc sanæ quidem mentis opinionem exhibilandam

dam omnino censent; nec ita loqui, ut numerus iacet, mendum putant. Errauerit igitur (inquiunt) Cicero latinæ linguę luminare maius, quàm quod maximum, dicens; sententia septimadecima accederet. Titus Liui. Septimo decimo anno. Plin. Octauo decimo ætatis anno. atque adeò tertius decimus; aut decimus tertius dici nil referre, contendunt. Intereà (dissidentibus illis inter se tu Tyruncule utraque Syntaxi citra solæ condelectabere: licèt ipse superiore libentiùs uterer. ¶Sed ad exempla propero. Alphonsus est primus apud principem.] quotus est Ferdinandus. Titius est primus apud Pontificem Maximum; quotus est Petrus Paulus apud Regem.] Primus fuit in urbe Pompeius; quotum Roma non uidit Crassum.] Quotus est magister apud Episcopum?] primus; quotum Patria noluisset uidere.] Quotus accumbis?] Quotus es in Senatu?] Primus; quo ordine non sunt alij conciliarij.] Item egregiè dices, Quotus conuiua fuisti? Vel conuiuarum, uel ex conuiuis, uel inter conuiuas?] che loco tieni fra li conuitati? Quotus sedes à magistro? primus, Quotus quilibet domi suæ. ¶Ordinalia cardinalium etiam formam admittunt: Et ponuntur pro eo, quod est, Quot. nec multò usos aliter interdum authores compertio. Sic Mart. Dic quotus es, quanti cupias cænare? pro quot estis?] Cicero, Quotus istuc quisque fecisset.] pro quot. Item, Totidem in patria nostra fęminæ sunt, quotus uir.] pro quot uiri. Quotus magistratus fuit in urbe Roma?] pro quot. Quotus præceptor est Saccæ?] pro quot. ¶ Bellissimè similiter dicitur, Quota hora est?] pro quot horæ sunt? Quot hora pulsata est?] uel, Ad quotam horam pulsatum est?] impersonaliter. Quoniam autem Qualia talia decent: eam ob rem dic, Quota hora?] Respon. prima.] secunda.] tertia.] At uerò, Quot horæ?] Respon. duæ.] tres.] quatuor.] Viginti.] ¶Item, commodiùs dicam, Arma quotæ declinationis? Magister Quotæ personæ? Amo quotæ regulæ? pro eo, quod triuiales somniant: cuius declinationis: cuius personæ: cuius regulæ.

loqui-

loquitur enim sic discipulus apud Priscianum de 12. Carmi. Aeneæ. ¶ Item, Quota hora is cubitum?] Cubo hora tertia: aut circiter quartam. Quota hora, uel, Ad quotam horam canit gallus?] Sexta hora, uel ad sextam. Quota hora studes?] A tertia usque ad quintam. Quotus discipulus est in ludo literario?] Decimus. Vigesimus. Emergerunt in horas noua mihi dicendi genera, quæ animum meum supra quàm cuiquam credibile est, uariè distorquent; uerum quia studiosæ iuuentuti (Deus mihi testis) benè cupio; silentio igitur ea inuoluenda nullatenus cẽsui. Sunt autem. Quoad aderit festum Corporis Christi?] da qui a quanto sarà la festa del Sacramento? Quo ad aderit uernum ieiunium.] Quando sarà la quadragesima, uel, post quot dies erit, uel celebrabitur festum Diuæ Mariæ. ¶ Mane paulisper præceptor summissime, & mecum (si poteris) requiesce sub hac umbra. Dij boni, boni quid mihi modo apportas? Audies rem omnem à principio. Etenim legisse memini, quòd cunctorum, qui latinã linguam suis hactenus iuuerũt monumentis, neminem propè unum inuenias, qui ubique suorum operum calumnias Momorum, & oboles posteritatis effugerit, quique nullibi acceperit uulnus. His uidi oculis, & sępius perlegi apud quendam (nomini parco) te grauiter correptũ, quòd Maria pe. pro. proferres, cuius uerba ipsius ut clarius accipias, subtus iacent. Quid tibi uidetur ille, qui Maria proferens syllabam produxit penultimam? Hæc Ille. Quę in te reflexa, uibrataque tela arbitror. Hoc fili mi dignius est risu, quam confutatu. Vtinam is ipse adesset, sed esto, iam pręso sit. Primùm adesdum brutalis homo, quid in me absentem latras? Quid dormientem tot cauillationibus excitas? Quid caput tot ineptiis mihi obtundis? Verùm quò rem paucis absoluam. Dicamus uterque uicissim, qnandoquidem conuenimus ambo; tu (mi puer) audi diligenter, iamque cognosce, ut cui laus ipsa maximè debeatur, facilè pernoscas. Chiap.] Dic age, qua ratione penultimam syllabam producendam in Maria nasute corripis?] Net. Propter uocalem ante uocalem.] Chiapp. Optime, uerum cedo regulam.] Net. Vocalis breuis ante

aliam

liam manet usque latinis,]Chiap. Ergo non in Græcis enim hic uariant,nec certa lege tenentur.]Net. fateor ip se ego id quoque,uerùm quæ ueteres usurparunt sub tali quantitate, & qualitate, eadem nos mutare non decet.] Chiap.Ah,ah,ah,indisciplinabilis hominis argumentũ, quæ (proh deum immortalem) quænam inquam ueteribus usurpata authoribus, hæc commutari mihi uides?] Net. Nihil quicquam,nisi hoc nomen Maria, quod diu correpta penultima apud omnes ferè legimus usurpatũ. noua enim effingi,(teste Fabio)sine periculo nõ possunt.] Chiap. Mi homo,quid noui ipse effingo?Numnam id nouum appellans, quod tota latinitatis respublica tritum ostendit? Deliras Netine,totaque erras uia,]Net. Quid deliro ego ipse,ais?quid erro? Si quicquàm me mentitum inuenies,occidito. Etenim nusquam leges, Maria, pen.pro.neq; id cor confirmatũ bono inuenies authore, atqui si quid habes,cedo.] Chiap.Contentus,namque ea quæ dixi omnia,uerane an falsa sint,uideri potest.Extant complura carmina P.Angeli Sangrini poetæ sæculi nostri celeberrimi, in quibus est uidere Maria productum in penultima.Sunt enim, ecce tibi è clara Dauidis stirpe Maria.]Sed tibi sponsatur mundi Regina Maria.] Aurea Iessidæ Virgo Maria canam.]Ne timeas delicta Deo sacra Virgo Maria.] Huc me,ad te misit ferto Maria precor.] Auxilium Helisabeth ferre Maria studet.]Quæ roseis surgit Dia Maria labris.] Materno geritur parua Maria sinu.] Parua Maria sinu geritur, dũ matris adoro.] Illa ab ste orta hodie Virgo Maria nitet.] Virginis en hodie natalis Sacra Maria.]Mundus ouãte colit cœlo solenne Mariæ.]Vt nostra es mater,nostri miserere Maria.] Qui leget asertam inueniet sine labe Mariam.] Hæc Sapphica. Has tibi laude modulor Maria.] Flamini compar, tibi sit Maria.]filium Dauid uocitat,Maria.]Vnica, ò mater, placida ò Maria.]Matris ò Euæ decus, ò Iudææ lilium gẽtis: ueterum ò Maria, gloria patrum.]Angelus intactæ cecinit properata Mariæ.]Sedulius, Virgo Maria nitet,nullo temerata pudore.]Post partum pueri uirgo Maria nitet.]Sed quid plura? Caussa quidem mea optima est, nisi

quid

quid mala mens, malus animus, aliud addat. Astipu lantur subinde mihi Diomedes, Donatus, & Sergius ex vetustioribus: Ex recentioribus autem Thomas Cor ræa, Bartuleus, cum Francisco Pharaonio. Hi omnes, vel differentiæ caussa, vel ne nomen Beatæ Virginis corrumpatur, vel Græca censura. Maria pe. pro. oretenus acui omnes (inquam) uno ore profitentur. Quod Fabius Quintilianus confirmat. Mihi autem (inquit) placet Latinam rationem sequi, quousque patitur decor; Et paulò pòst, Qui Græcam figuram sequi malit, non Latinè quidem, sed citra repræhensionem loquetur. Hæc ille. ¶ Errauerunt tot latinitatis præstantissimi Architecti Nasute? At sic; Quidni & cum illis Chiappisius? qui ne Maria quidem penultima correcta proferri, præterquam in sacris literis, obnunciauerit? O ignauæ hominum mentes; quæ dum alios tam prudenter flocci faciunt, non aduertunt, quàm miserè suam ignorantiam detegant. O iniquitas hominum, ò ridenda stultitia, ò ineptum facinus. Equidem dum alios deprimunt, se putant ignorantes extollere. Cæterùm vellem (mi Netine) tecum paulisper confabulari, ac iocari. Numnam meministi illius carminis, quod de ingenij tui fonte amplissimo effluxit? Id autem hoc est. Huc accede quicunque cupis remouere capillos.] Vide quàm turpiter, idest in quicunque producendum corripis? Quid hoc? An non meministi, quod habet moralis ille Cato? Hoc quicunque velis carmen cognoscere lector.] Præterea quid illud mali est; remouere capillos; nunquid lapidem ab ostio monumenti?] Prætereaque quem teipsum facis? quid tantum tibi tribuis? Habes in proemio editionis de literis tuæ, omnem loquendi barbariem à falsa interpretatione Quintiliani descendisse; solus hic Fabij mentem sedulò accepisse gloriaris: quod etiam multis tuorum delirandi caussam præbuit.
Nil docet Fabius non quotidie, verum cotidie scribi oportere: quippe qui (ni nostra censura fallitur)

non

nonita, nec ita ſcribendum monet, ſed id, & quæque frigidiora inter antiquorum ineptias euanuiſſe refert: ponunt mecum (quòd quotidie ſcribi oportet) Tortellius, Deſpauterius & Ambroſius Calepinus, uſu bonorum authorum ſic uolente. Hac igitur in cauſſa tuis cauillationibus obtemperare doctos tam decet, quàm philomelam inepto cuculorum cuccuo, delectari. Alibi tale tuum carmen legi; Sic lento procede gradu, ſentire ualeres -- Vt, quis ſpargatur rumor ab ore uirum. Qui hic eſt ordo peruerſus? Quæ ſtructura flexuoſa? Quænam ſint hæc latinitatis monſtra, me latet penitus. quantum (hei mihi) quietis dulciſſimæ; quantum temporis optimi perdidiſti, quantum friuoli laboris impendiſti, quot membranas amiſiſti; & in caſſum quot uerſiculos exaraſti? Nonne ſatius potaſſe, aut dormiſſe, tamque longum tempus riſu, iocoque conſumpſiſſe, quàm has ſcripſiſſe nugas? Cæterùm ſi hac gloriæ cupiditate agitaris, utque ſapiens exiſtimeris, ſcholas hactenus barbatus intres, audias præceptores, libros euoluas, Euigiles, diſcas paleſtras diſputantium ſolers, uiſites: aliter autem effeciſſe non ſapientiæ, uerùm dementiæ oſtentatio ſummæ eſt. Sed in portum quęſo redeamus, diu fluctuantes. ¶ Poſt, pro tempore ſupponit futuro. Vt poſt tres menſes celebrabuntur certamina Olympica, Saturnalia, Bacchanalia, Orgiæ Trieterica, Martinalia,] uel tertio poſt menſe.] Poſt tres dies ſurrexit uictor dominus de ſepulchro.] uel tertia poſt die.] Poſt duas horas tuum conficietur negocium.] Vel duabus poſt horis.] Item, Abhinc triennium careo uiſu patriæ.] Vel, tertius eſt annus] Viginti præterierunt dies.] Vel, uiginti dies ſunt.] Vel, uigeſimus agitur, adeſt dies.] Vel, Abhinc uiginti dies.] Idem, Abhinc decendium.] Vel, decem ſunt dies.] Vel, decimus eſt dies.] Vel, decem defecerunt dies.] ¶ Nunc ignaros, mi diſcipule, hoc dicēdi genus candidiſſimū, inſtruamus. Quod ſcilicet eſt, Alli tre colpi ſmoſſi la rocca.] Tertio ictu excuſſi molę. Primo ictu caput obtrūcauit.]

cauit.]Secundo ictu oculum eruit.]Nucem excussisti sesqui ictu. Tertio ictu;passu;saltu;mortuus cecidit.]Nunc locum inuenies,quarto capite,centesima pagina,secunda columna, quinta linea.] trouerai questo passo à quatro capi,alle cento carte, alle due colonne, à cinque righe.] Hic locus est apud Ioan. Pet.Paul. Aposto. trigesimo capite.]Secundo uulnere inuasit eum epilensia.] alle due ferite gli pigliò la colera. Primo uulnere semianimis corruit.] Tertio uulnere quantus quantus erat, iacuit.]Secunda noctis hora uenit pater.] Ante lucem uenit.]alla aurora, allo pater nostro.¶Dicit per sæpe ordinale ultimum in ordine.Sicut,Hic est uigesimus miles; uel militum,uel ex militibus,uel inter milites.]questo è l'ultimo di uinti soldati.Tu eras secundus in prælio prætor.]Amicus centesimus omnes in amore uincit.]Murius decimus discipulus me munere honestauit.]¶Dicit similiter penultimum,idest penes ultimum; & antepenultimum.ut,Hic est annus penultimus millesimus, quingentesimus,septuagesimus tertius.] questo anno è il penultimo di mille cinque cento settanta tre.Miles nonagesimus nonus.]il penultimo di cento soldati. Item, Martinus Patricius duodeuigesimus.] l'antepenultimo di uinti.Vnde Ouidiana Laodomia; inter mille rates tua sit millesima puppis.] idest ex mille ultima. Cicero in offi. Isocrates quarto & octogesimo anno eum librum edidit.] idest anno ultimo octoginta quatuor annorum. Idē est cùm dico,ueniam hora vigesima.] idest ultima de uiginti.Decimo die.].i.ex decem ultimo.Et id genus sexcēta prodidere authores optimi.¶Verùm aliquando unum dicit quemuis è tali numero, nō respectu ordinis,nec ratione numeri,sed quantitatis gratia.Quale apud Suetonium in Calig.Ducentesimam auctionem Italiæ remisi. Item, Centesimam uigesimam, aut decimam bonorum tuorum partem assecutus sum] idest de centum uiginti, ac decem unam tantùm. ¶Cardinali quandoque præstat. Sic Sen. iacebat conuiua centesimus] idest omnes centum. Hic liber est centesimo nummo.] non uno è centum;sed totam centenarij plenitudinem numeri complectitur.

ctitur. Ergo centum nummis, centesimo nummo. Domus hæc est aureo millesimo.] idest mille aureis. Plin. Corpora defunctorum condita, absumi constat intra quadragesimum diem.] idest intra spatium dierum illorum quadraginta omnium. ¶ Aliàs, Bis tantum, ter tantum, Centies tantum. Sicut, hoc anno centesimum attulerunt arua fructum.] idest centies tantum (cento per cento) quantum scilicet sementis acceperunt. Decimam attulit messem ager.] Seminai dieci salme, quante ne recolsi. Hoc eodem prorsus modo sentit Niniuita dictam esse quadragesimã, quinquagesimam, sexagesimam, & septuagesimam: non quasi sit ultima è quadraginta, quinquaginta, sexaginta & septuaginta, sed quòd totos quadraginta, quinquaginta, sexaginta, & septuaginta continet dies.] ¶ Flectuntur etiam pluraliter, ubi substantiuum est singulari numero uiduum. Vt primæ, secundæ nuptiæ.] Tertiæ ædes, scalæ.] quantæ nundinæ.] prima arma.] primas, secũdas literas.] In anno bissextili pro 24. & 25 Februarij dicitur, sexto calendas primas. Sexto calendas secundas Martii.] ¶ Itẽ, Quotus, a, um,] pro paruo, & minimo. Sic Senc. in Epist. 91. Nos, inter quos frequenter ista nunciatur, quota pars hominum sumus.] idest minima. Marti. lib. 1. Cæsaris hęc nostri pars est quota.] idest parua, Item, quota pars terrarum.] quota portio ciborum.] idest minima. Christianorum quota pars.] Li Christiani sonno pochi. Discipulorum nescio quid modo quota pars sumus.] Quota amicorum fidorum pars.] ¶ Signatè cum quisque quotus coalescit, & tum pro eo, quod rarum uulgus appellat, ineptum supponit. ut quotusquisque.] Quota quæque.] Quotumquodque.] ¶ Quota quæque uiuit in patria nostra meretrix.] Poche meretrici sono nella patria nostra. Quotusquisque me asse licetur.] Quotusquisque est fidus amicus.] Sono pochi li boni amici. ¶ Interrogatiuè, quotusquisque est fidus amicus?] Quod dicitur rarus; aut nemo. Quotum quodque mancipium domino suo fidele?] Quotusquisque sapiens est?] Quod dicitur Quanti che sono sapienti? nessuno. Quota quæque fœmina pudica?] Quotusquisque homo, filius, di-

 scipulus,

ſcipulus, Deo, parenti, magiſtro, ſatisfacit?] Quotus quiſ
que iuris, legumque peritus rectus eſt;] Quotuſquiſque
Philoſophorum uerus inuenitur ?] Sic Cicero de diui.
Quota enim quæque res euenit.] Poeta Naſo de Arte, for
ma, dei munus,] Forma quotaquæque ſuperbit.] Cicero
pro P. Sex. Quotusquisque inuenitur tanta uirtute uir,
qui optimam quanque cauſſam Reipub. amplectatur.]
Quotaquæque domus fœlix. ¶ Ordinaria ſimiliter quiſ-
que ſibi aſciſcunt. Qualia, primus quisque.] Secundus,
tertius, quartus, quintus quiſque dies,.] uel primo, ſecun
do, tertio, quarto, quinto quoque die.] Primo quoque
tempore.] Quinquageſimo quoque anno iubileus eſt]
Ogni cinquanta anni è L'anno Santo . Alterno quoque
die ieiuno .] Digiuno un giorno ſi, e l'altro no . Primo
quoque die menſis numerabo, uel ſatisfaciam tibi.] Te
pagherò con tanti ogni primo de meſe . Primo quoque
menſe certiorem de rebus tuis te faciam.] Tertia, quar-
ta, quinta quaque hora domum repetis.] Tertio quo-
que uerbo barbariſſas.] Ogni tre parole fai errore in lo
proferire. Primo quoque uerbo ſolæciſſas.] Ogni paro
la fai una Grammatica falſa, ò doni una maſcellata à Pri
ſciano . Iudæi ſeptimo quoque die ſabbatha colebant.]
Item, primus, ſecundus, tertius, quartus, quintus quiſque
dies feſtus eſt.] Ogni giorno , ogni due, ogni tre, ogni
quattro , ogni cinque giorni è feſta. Item , primo, ſe-
cundo, tertio quoque die conuiuia celebrant .] Prima,
ſecunda , tertia quaque hora dolore laboro capitis.]
¶ Ad illud modo uulgare . Mi ho preſtato li denari à
dieci per cento : ò con intereſſe de dieci per cento, Num
mos accepi mutuos(uel mutuo)daturus(uel ſoluturus)de
cem pro quoque centeſimo , uel cuique centeſimo de-
cem.] At uerò contrà : Sic , Dedit mercator nummos
mutuos Petro , accepturus (uel habiturus) decem pro
quoque centeſimo (uel ex quoque centeſimo decem).
Cicero , Agrum decoquere quoto quoque anno .] Idem
primò quoque die conſules referabant.] Item , primo,
ſecundo , tertio quoque palmo.] Primò , ſecundo, ter-
tio quoque pede.] Primo quoque die anni .] Canis ſe-
ptimo

ptimo quoque ſaltu leporem præhendit.] Canes quinto quoque paſſu lupo adhærent.] Catulus] primo quoque paſſu latrat baubat. ¶ Ordinalia iuncta cum, Quiſque, aliud porrò ab his docet, puta unum, & quemlibet ex illo, quem complectitur, numero, quod ſæpe diuerſa uirorum confundit authoritas, ſicut, Decimus diſcipulus, ant decimus nummus. Hic enim non eum dico, qui enumeranti decimus uenit, uerum unum de decem, quicunque ſit ille, ut de decem unuſquiſque modo decimus eſſe poſſit. Sicut, Milleſimus quiſque uix fidus habetur.] Delli mille non ſene troua uno fidele. Centeſimam quanque ouem uno mercenarius nudat uulnere quotannis.] De ogni cento pecore, il mercennario ne ſcortica una l'anno. Dux armorum exercitum recenſens uigeſimum quenque uita functum, decimum quenque uerò grauè ſauciũ.] Il Capitano dell' armi facendo la moſtra, troua di ogni uinti ſoldati uno morto, di ogni diece uno mal ferito. Sacerdotes decimam quanquam partem e frugibus iure accipiunt.] De ogni coſa la decima. Decimus quiſque nummus mihi competit.] Per ogni diece uno. Tertiam, quartam, quintam, decimam quanque partem accepit.] De ogni tre, quattro, cinque, diece, una. Aliquibus licet fatuè quidem hoc eſſe dictum uidetur; quod (mihi crede) candidiſſimum eſt. ¶ Ex ordinalibus alia conſtituuntur, quæ excellentiæ ſunt, ordinalia, & eandem formam induunt. Vti, Primanus] ideſt primæ legionis Secũdanus] ideſt ſecundæ legionis. Tertianus] ideſt tertię legionis. Hinc Tertiana febris.] dein, Tertianarius.] qui tali febre laborat, quæ tertio quoque die recurſat. Quartanus] ideſt quartæ legionis. Hinc etiam Quartana febris.] tum Quartanarius.] Qui laborat tali febre, quæ quarto quoque die recurſat. Quintanus] ideſt quintæ legionis. Sextanus.] .i. ſextæ legiõis. Septimanus.] Septimæ legionis. Octauus.] Nonanus, rara sũt. Decumanus.] Vel decimanus. queis adde, decanus.] à decẽ, lo decano. Decurio.] Decẽ qui præeſt militibus. In Euang. Et erat nobilis decurio] Hinc fit, Cẽturio.] Qui præeſt centũ militibus. Inde, ſubcentenarius miles.] Pro milite abſcititio.

Quoteni,] Rarissimum est inuentu. Et si Grammatici quid tale somniauerint, sibique effinxerint. Etenim quantum ego ipse accepi, aut legere potui, bis tantùm reperi. Semel Tullianis in Epistolis. Ad Att. lib. 12. Nescio quo tenorum iugerum.] Neque non semel apud Columellam lib. 6. Quotena semina iugerum.] Quorum utrumq; quoniam positum est pro quot, efficitur, ut singuli, bini, & id genus adiectiua distributiuè, uel diuisiuè in pares numeros posita, suo prorsus relatiuo deficiant. ¶ Itaque si faciũda relatio esset, minimè id quidem dicendum cẽsuerim.] Pedites Cæsaris eunt in prælium, quini, quoteni æquites Pompeij.] Hoc autem quidem sic, eunt quini, & equites Pompeij.] ¶ Sunt enim, singuli; singulæ, singula.] pluraliter flectuntur Vn per uno. ad uno. per ciascuno. Bini, binæ, bina.] due con due, à due à due, due per due per qualsiuoglia due. per ciascun paro. ad ogni due.] Sic, Terni.] Quaterni.] Quini.] Seni.] Septeni.] Octeni.] Vel Octoni.] teste Badio. Noueni.] Nam nonus (authore eodem) ordinis est. Deni.] Vndeni.] Duodeni.] Ternideni.] Quaternideni.] Quini deni.] Seni deni.] Septeni deni.] Vel, deni & septeni.] Deni octeni, uel octoni.] Vel octeni deni] Vel Duodeni ceni.] Deni noueni.] Vel noueni deni.] Vel undeuiceni.] Viceni, næ, na.] pro uigeni, ubi G, mutatur C. uiceni singuli.] uel singuli & uiceni.] Sic deinceps Triceni.] gradrageni.] quinquageni.] Sexageni.] Septuageni.] Octogeni.] non octuageni, quia ab octoginta octogeni, non ab octuaginta octuageni (authore Laurentio) dicimus. Centeni.] Ducenteni] aut duceni per syncopem. Trecenteni.] aut treceni. Quadricenteni.] aut quatriceni.] Quincenteni.] Aut quin ceni. Sexcenteni.] aut sexceni. Septingenteni.] aut septingeni. Octingenteni.] aut octingeni. Non ingenteni.] uel Nongenteni.] Vel nongeni. Vel Bis, ter, quater, quinquies centeni.] Milleni.] singuli millieni.] Bini millieni.] Aut bis milleni. Terni milleni.] aut ter milleni. Quaterni milleni.] Aut quater milleni. Quini milleni.] Aut quinquies milleni. Sic Deni milleni.] Vel decies milleni. Viceni milleni.] Vicies milleni. Triceni milleni.] uel tricies milleni. Quadrageni milleni.]

Vel

Vel quadragies millieni. Quinquageni milleni.] Vel Quinquagies milleni. Octogeni milleni.] Vel octogies milleni. Nonageni milleni.] Vel, nonagies milleni. Centeni milleni.] Vel centies milleni. ¶ Ideo autem hæc nomina (author est Valla) in plurali protuli numero; quòd in prosa scribentes ferè numero plurali utuntur, in carmine quoque & singulari utuntur numero frequenter, quod est in poetarum usitatius. Verg. Gurgite septeno rapidus mare summouet amnis.] Plin. lib. 17. Traduces gallica cultura binis utrinque lateribus.] Si pars quadrageno distet spatio: quaternis: Viceno inter se obuii, misceatur.] Idem lib. 13. Nec plusquam emineat oculis binis, binaque circundatur acie.] Alibi, Septuageno cultu.] Septuageno coitu.] Item, bina hastilia.] Bis qui nos silet ille dies.] ¶ Distributiuis propriè utimur, quoties singulis multorum eundem damus numerum. vt, Dedi tibi, & Petro bina poma] idest unicuique duo. Hinc etiam distributiua dictitantur, quia substantiua, quibus adhærescunt, singulis per se distribuunt, ut dedi discipulis dena poma] idest singulis decem: nec ideo, dena, & dena dicam, & si bis decem dederim duntaxat ut pote singulis duorum decem: & si tantum uni decem dederim decem, non dena dicam. ¶ His necessariò utimur pro Cardinalibus in iis, quæ singulari deficiunt, nulla ibi distributione existente. Vt Binas à te accepi literas eodem exemplo, ad quatum unas respondi.] Legauit mihi pater binas ædes, unas nouas, alteras ueteres, nouæ mihi placuere, ueterum me pertæsum est.] ¶ Quandoque additur, nomen singuli, figuratè. Quale hoc. Singulis uestrum dedi binas literas.] Singulis militum terna donauit arma.] Pro singulis uobis.] Militibus singulis. ¶ Habes exempla super his? Habeo. Cedo. ¶ Nos imus bini: quoteni (sed non sic uenustè) boues ad iugum.] Vel potiùs, ut, sicut, boues ad iugum.] Noi andiamo à due à due, come uanno li buoi al giugo. Monachi eunt bini, sicut nos omnes.] Li Monachi uanno à due à due, come tutti noi. Sacerdotes nostrates circunstantes pheretrum, bini nœnia canunt.] Li Sacerdoti del-

la noſtra patria ſtanno à torno à torno il letto delli morti, cantano l'officio delli morti, la requie à due à due. Item, Turmatim, à ciurma à ciurma.] Cunea tim, à frotta à frotta.] Aues diſcurrunt in arundine-to turmatim, ſicut paruæ formicæ ad plenas cume-ras.] Dormiunt ſeni, comedunt autem ſinguli.]
¶ Leges cum diſtributiuis adiunctum nomen ſinguli, citra analogiam. Veluti, Cæſar donauit ſingulis militibus millenos aureos.] Plin. lib. decimo. Singulis ſingulos ponit diebus.] Item, Imperator ſingulis legionibus ſingulos præfecit legatos.] Id tamen rarum eſt. ¶Nota, cùm dicimus, Cæſar legauit populo trecenos nummos.] Scilicet, ſingulis tre centos legatos nummos, intelligimus. At uerò, Cæſar legauit populo trecentos nummos.] Vniuerſo po pulo trecentos tantùm legatos intelligimus.]
Dedit pater bina prædia filiis.] Chiappiſius ſexta quaque feria ſingula proponebat uernacula diſcipulis.] Reſpondi ſingulis partibus, ſingulis capitibus, literis tuis.] Ho fatta reſpoſta alle tue lettere di capo in capo, di capitolo in capitolo. Singula ſingulis neceſſaria ſunt.] ogni coſa è neceſſaria al ſuo biſogno. Deni diſcipuli magiſtrum inuitant.] ogni diece ſcolari fanno un banchetto al maeſtro. Chriſtus Ieſus Dominus noſter miſit Apoſtolos binos.] à due à due. ¶Malè credunt modicæ diſciplinæ uiri, quaterna octo: bina quatuor: dena uiginti: ſena duo decim, ſignificare. ¶ Item, Anticamente ogni anno ſi faceano due Conſoli. Binos creabat Conſules antiquitas.] ideſt per ſingulos annos, duos. ¶Item, Accepimus à Deo quinos ſenſus.] ideſt ſinguli quinque. Habemus à Natura binas manus.] binos pedes.] binos oculos.] binas aures.] denos digitos.] ideſt ſinguli duas manus.] duos pedes.] duos oculos] duas aures.] decem digitos.] Item dic, Habent homines binos pedes.] Aſini quaternos pedes.] Malè dixeris, duos pedes, aut quatuor: quia tum ſignificares omnes homines duos tantùm pedes habere: aſinos

autem

autem omnes tantùm quatuor : quod esset contra rerum naturam. Item, Boues habent bina cornua.] Vnicorni autem singula.] Mecum ponunt Niniuita, Capha. Sidici. Resque denique ipsa monet probè.] ¶His ferè contermina sunt, Ogn'un di noi ha bisogno di tre paia di scarpe ogn'anno. Quotannis ternis calceis nostrum cuique opus est.] Binis calceamentis in singulos menses opus est.]Ternis quibusque annis nobis senis cothurnis opus est.]Duodenas eme ligulas, bis, aut ter.] Compera una dozena di lazzi, o due, o tre. Pater dedit mihi ternas ædes.] quina iuga boum.] tre paia di case, cinque paia di boui. ¶Egregiè dicitur, Ex ternis dapibus, quarum aliæ aliis suauiores sunt, quibus uescar potissimùm ignoro.] di tre modi di mangiare, uno miglior dell'altro, non so quale mangiarmi. Ex quaternis nuptiis, quarum aliæ aliis iucundiores sunt, quas potissimùm uisam nescio.] Binarum ædium, quarum aliæ aliis capaciores sunt, quas conducam potiùs, me præterit. Ex duobus equis, quorum alius alio ocyor est, quem potiùs domem penitus ignoro.] ¶ Vbicunque occurrerit aliquod distributiuum nomen in diuiduorum clausula, tunc per diuidua & per numeralia rectè loquar. vt, Quisque, unusquisque, uterque; ut pater dat ternis filiis, uel, quibusque ternis, uel tribus quibusque filiis decem aureos.] il padre dona ad ogni tre figli dieci scuti. Duas habes manus; quarum utraque quinos, aut quinque habet ungues.] tu hai due mani, & ad ogni una cinque ugne. Decem libros habeo, quorum unusquisque tribus, uel ternis nummis aureis coemptus est.] Ternis, uel tribus quibusque militibus denis, uel decem in mensem opus est aureis.] Singuli duces, uel quisque Dux, millenos, uel mille milites compararunt, uel comparauit. Et mille id genus. ¶ Seruant quoque hæc uulgaria, uidelicet. Hò pagato alli miei creditori quaranta scudi in due paghe, in due uolte, in due partite, in due fiate, in una mano uenti, & uenti nell'altra.

Enumeraui creditoribus meis quadragenos nummos aureos,bis ſoluendo . primò uicenos,deinde uel ſecundò itidem uicenos.] Pagai alli mercatanti trenta ſcudi,dieci à diece per paga , o diece ad una mano,diece ad un'altra . Mercatoribus ſolui uicenos aureos ſemel denos,uel ſemel ac iterum denos .] Chiappiſius dabat diſcipulis ſuis duodena themata , ſemel , uel ſemel ac iterum ſena.] Miſi ad te fratrem binis ænophoris uini oneratum , ſemel ſingulis .] ti ho mandato mio fratello con dui fiaſchi di uino,uno in una mano,l'altro nell'altra . ¶ Nota hæc uulgaria .] di tutti li cotogni, che ho comprato,tene manderò uno di ogni diece . Ex omnibus cydoniis , quæ emi ; decimum quodque ad te mittam .] Vel ex denis quibuſque ſingula mittam . di tutti li fichi gentili , che uerranno , di ogni otto uno ti manderò . De omnibus ficis primarijs , quæ mittentur, octaua quæque , uel ex octonis quibuſque ſingulas tranſmittam ad te .] Di ogni trenta oliue della mia maſſaria raccoglio ogn'anno un cantaro di oglio . Ex tricenis quibuſque , uel ex triginta quibuſque oleis ruris mei quotannis centenos oliui cados , uel centum cados olei ; uel centipondium olei percipio .] Di ogni mandolara raccoglio un modio di mandole . Ex ſingulis amygdalis quibuſque ſingulos amygdalorum modios percipio .] Di ogni due uigne hò diciotto botte di uino . Ex binis quibuſque uineis duodeuicenos uini cados habeo .] ¶Viri ſobrii cùm diſcumbunt , bibunt ad ſummum ternos cyathos uini .] gli homini ſobrij à tauola li più che beueno, tre uolte per uno . Pater horum legauit ad ſummum ijs trecenos quinquagenos quaternos aureos .] Ad ſummum non plus quadragenis habuit aureis . ¶ Item, luſimus pyramidibus ſinguli ex utraque parte .] Hauemo giocato alli brigli ad uno per uno . Ludamus pila palmaria bini ex utraque parte .] Giocamo alla palla à dui per banda. ¶Item Prætor binis incedit comitatus ſatellitibus hinc & inde.] il prætore anda accompagnato da due birri , uno dauanti, l'altro da dietro. Graditur Regina hinc & inde cen-

centenis comitata militibus.]¶Item, Ternis millenis boum ſena cornuum millia exiguntur.] ad ogni tre migliara di boui fanno biſogno ſei millia corni. Item, Quinis domorum millenis dena millia cadorum uini opus ſunt.] ad ogni cinque millia caſate ſono biſogno diece millia botte di uino. Perſonis millenis, binis millibus aureorum opus eſt.] ad ogni mille perſone ſon biſogno due millia ſcuti. Quadricenis quadragenis ſacerdotibus quingenti horarum diuinarum libri exiguntur.] Cic. Ad Att. Binis millenis, aut millibus librorum exiguntur quaterna millia tabularum: ternis millibus nobilium uirorum, duodena millia ſeruorum opus ſunt.] ¶ Bitias inter cęnandum exhauſit quaternos cyathos quinquies.] Vinti coppi di uino à quattro à quattro. Exegi vicenos aureos centies.] mille ſcuti à uinti à uinti. Binos incuſſi illi colaphos quinquies.] dieci ſchiaffe à due à due. Comedebat vicenas quinas fabas octies.] ducẽto faue à uinticinque a uinticinq,. Germani prima quaque cæna exinaniunt quinos ſcyphos decies.] cinquanta à cinque à cinque. Pro Regiis funebribus exequijs exhibendis in hoc regno, bina aureorum millia, uel binos millenos aureos quinquies centies milies dedi.] Vn conto à due millia à due millia. Sic Cicero ad Att. Bina (inquit) oua ſexies bibo.] Pli. libr.7.cap.3. Quinos quater enixa.] Mart. lib.7. Nam & nouies quaterna, & duo decies terna, ſex & triginta ſunt.] ¶ At ubi numerus eſt incertus; ſic fit. Comedo ſeſtertium ceraſorumin quaterna.] Vno rotolo di ceraſi à quattro à quattro. Tu comedis tria ſeſtertia pomorum in ſeptena.] tre rotoli di pomi à ſette à ſette. Diſcunt diſcipuli carmina in dena.] Canis latrat in ſingulos baubatus.] ficorum aridorum libram uorauit in binos.] à due à due. Diſcipuli appoſuere præceptori conuiuium duodeuicenis epulis.] lautiſſimum conuiuium duodenis opiparum epulis.] di dodici modi di mangiare. Mercatores denos ex centenis quibuſque lucrari non ſunt contenti.] dieci per cento. Centum, uel centenos lucratus ſum aureos ex millenis quibuſ-

busque.] Augustus decem habebat legiones, quibus ducentos legauit aureos.] Tres sunt opifices argentarii terna uasa cudentes in dies.] fanno tre uasi l'uno ogni giorno. Viginti fabri ferrarii uicenos fingunt gladios.] Mille artifices millenos nummos argenteos lucrifaciunt.] Vnde uates lyricus, *Sæpe tribus lectis uideas cœnare quaternos.* ¶Inedia coactus mutuatus sum ex Hæbreis mercatoribus talentorum decem millia ; pro quibus soluo duodenos annuos in singulos centenos.] pago dodici per cento l'anno. fenerati sunt mihi Hebræi mercatores mille aureos, denos, in centenos, exigendos.] ¶Collectiua pro numero simplici usurpari, commune non est. Igitur ne dicas, singulos nummos.] pro unum nummum. Senos Cycnos.] pro sex. Vicenis libris,] pro uiginti.] licèt bonos quandoque secus locutos inueniamus authores. Vbi maximè res æquè consimiles: si latinè dictum est. Cicero, Pueri amorum senum, septenumque denum senatorium nomen nundinati sunt.] figlioli di sedici ò dicisette anni. Quintilianus, Trecenos & Sexagenos inuenerit locos. Plinius, Centenum tricenum homines quatuor: Centenum quadragenum homines tres. ¶ Postremò hæc sunt uulgaria.] li schiaui comprano li uoui un dinaro l'uno. Serui emunt singula oua singulis nummis.] at uerò usitatiùs, singula oua nummo. comprai diece libri a trè tari l'uno. Emi denos libros tribus tarenis.] Vel decem libro; ternis tarenis. li uoui si uendeno à quattro al grano. Væneunt grano quaterna.] Emi quattuor oua nummo.] ho comprato quattro uoui per un denaro. Emi singula oua duobus nummis, uel duplici nummo.] à due denari l'uno. Emi libram ficorum duobus granis.] una libra di fici due grani. At emi ficos duodenis, uel duodecim nummis in singulas libras.] à due grani la libra. Centum uæneunt oues singulæ decem tarenis: uel, centenæ oues decem nummis argenteis.] Cento pecore per decere tari l'una. Emi pannum tribus supra triginta tarenis in ulnas singulas.] Comprai il panno

no à trenta tari la canna. Aduenæ ferentes trecenos aureos, emerunt uillosum sericum uiginti quinque florenis in singulas ulnas.] Velluto à uenticinque fioreni la canna. Congiaria offerunt Regi, modò millenos, modò quingenos, modò uerò centenos quinquagenos aureos. si fanno certe collette, o donatiui al Rè di mille, hor di cinque cento, hor di cento cinquanta per ciascuno. Emo olus nummo in binos fasciculos.] due mazzi à dinaro. Sed binis nummis in singulos fasciculos. [à due dinari lo mazzo.] ¶ Nolim (inquit author trinæ machinæ) apostolos meos binas habere tunicas] idest singulos duas. Optarim habere uos ternos libros] idest singulos tres. Sed finem facio.

Suboriuntur à diuiduis nomina quædam in arius; quæ (teste Valla) numerum earum rerum, quæ non nominantur, habent: non multiplicationem sui ipsorum, uel ipsum per se numerum sumptum assignificant: ut habeo centenarium librorum numerum] idest centum libros. Seu quò nostra sit clarior censura. Multiplicatiua in arius, cum ijs tantùm iunguntur, ad quę referuntur ea quæ numerantur. ut lapis centenarius.] Homo sexagenarius.] Non annus, aut libra centenaria. Dicimus tamen, Numerus centenarius, quia numerus omnia complectitur.] Quæ sunt tandem hæc nomina multiplicatiua in arius? Hæc, Vnitas.] uel potius Vnarius. ipse ego omnium malim, singularis, aut singularius] ria] rium] quod unum continet. Binarius.] quod duo. Ternarius.] quod tria. Quaternarius.] quod quatuor. Quinarius.] quod quinque. Sic, Senarius.] Septenarius.] Octonarius.] Nouenarius.] Denarius.] Vndenarius.] Duodenarius.] Tredenarius.] Quatuor denarius.] Quindenarius.] Sexdenarius.] Denarius & septenarius. Denarius & octonarius.] Vel duodeuicenarius.] Denarius & nouenarius.] uel unde uicenarius,] Vicenarius.] Vicenarius singula

tùm centurioni, ter tantùm equiti. ¶ Item, Gero ue-
stem triplicem, sicut tu.] idest trium generum, colorum,
plicarum. Oratio tua millecuplex.] il tuo parlare è di
mille modi. Sermo suspecti uiri est in me quadruplex.]
in quattro quarti. Facies hominum (nec uana fides) mo
dò duplex.] Seruas, habes, in arca uestes triplices.] di tre
sorti, modi, di tre tagli. Currenti toga fit uigecuplex.]
di uenti doppie. Pallium cùm plicatur fit decuplex,
tuum uerò duodeuigecuplex.] ¶ Hæc etiam iunguntur
nominibus plurali numero uiduis. Sicut, Duplex glo-
ria.] duplex fama.] triplex gratia.] multiplex salus.]
¶ A duplex, & triplex, fit duplicatus, & triplicatus.] Inde
uerba, Duplico] as. Triplico] as. Et à multiplex, multi-
plico deriuatur. Aliàs, pro genere non numero ponun-
tur; Vt, duplex medicina.] multiplex medicina.] triplex
Sacerdotium.] iudicium quadruplex.] Item, dictiones
octuplices.] Hoc duplici uia notatur.] numerum cum
modo rei assignificat. Sic Cicero, Duplices similitu-
dines esse debent.] Quint. Rei quadruplex obseruatio.]
Virtus duplex.] Quot sunt genera linguæ? Quot mo-
dis est Philosophia? pro, Quotuplex est lingua? Quotu-
plex Philosophia?] di quanti modi, ò sorte è la lingua; ò
Filosofia? ¶ Ex his quoque fiunt aduerbia, ut à simplex]
simpliciter: di un modo. à duplex] dupliciter: di due mo-
di. A triplex] tripliciter: di tre modi. A multiplex] multi-
pliciter: di molti modi. Verùm à simplex] simplicitus in-
flexit antiquitas. ¶ Seruant etiam hæc uulgaria. Questo
monte è cinquecento uentiquattro uolte duplicato: Hic
mons est quinquies centuplex, uigecuplex quadruplex.]
la terra è tremila ducento uentisei uolte duplicata; Ter-
ra est tricies, & bis centuplex, bis decuplex, sexcuplex.]
Vel, terra est terdecies, bis centuplex, bis decuplex sexcu
plex. il monte di Atlante è uenticinque miglia, & tre-
cento & quarantaotto uolte duplicato; Mons Atlas est
bis centies, & quinquagies centuplex, ter decuplex, &
quaterdecuplex octuplex.] pro quibus subiicio. Decies
centuplex.] mille uolte. Vicies centuplex.] duemila
uolte. Tricies centuplex.] tremila uolte. Quadragies
centuplex.]

centuplex.]quattromila uolte. Sic, Quinquagies, sexagies, septuagies, octogies, nonagies, centies, centuplex.] Sic, Bis, ter, quater, quinquies, sexies, centies, centuplex.] Sed aliò properò.

Quotuplum] & totuplum] qui somniant, mera illi quidem somnia somniant, nullis uidelicet præmuniti exemplis, nec quid afferant, habent. Referunt simplum, duplum, & id genus nomina, quæ (communi omnium iudicio, pondus, mensuram, quendamque sui excessum, nec non & multiplicationem numeri important. Verùm rara sunt, quare quoquomodo his nominibus præclarissimos authores usos uidemus; utamur & ipsi. Quæ sunt?] Hæc. Simplum].i. semel tantùm, uel semel plus. simplice, di un modo, non doppio, una uolta tanto, ò vna uolta tanto più. Duplum.] Triplum. Quadruplum. Quincuplum.] Sexcuplum.] Septuplũ.] Octuplũ.] Nonuplum.] Decuplum.] vndecuplum.] Duodecuplum.] Tredecuplum.] Quatuordecuplum.] Quindecuplum.] Sexdecuplum.] Decuplum & septuplum.] Decuplum & octuplum.] Vel duodeuigecuplum] Decuplum & nonuplum.] Vel undeuigecuplum.] Vigecuplum.] Vigecuplũ simplum.] vel simplum & uigecuplum.] Vigecuplum duplum.] Vigecuplum triplum.] Vigecuplum quadruplũ.] Vigecuplum quincuplum.] Vigecuplum sexcuplum.] Vigecuplum septuplum.] Vigecuplum octuplum.] Vel duodettrigecuplum.] Vigecuplum nonuplum.] Vel undetrigecuplum.] Frequentiùs verò, terdecuplum.] Quadragecuplum.] quater decuplum. Quinquagecuplum.] quinquiesdecuplum. Sexagecuplum.] sexies decuplũ. Septuagecuplum.] Septies decuplum. Octogecuplum.] octies decuplum. Nonagecuplum.] nouies decuplum. Centuplũ] decies decuplum. Ducentuplum.] Bis centuplum. Tricentuplum.] ter centuplum. Quadringentuplum] quater cẽtuplũ.] Quingentuplũ.] quinquies centuplũ. Sexcentuplũ.] sexies centuplum. Septingentuplum] septies centuplum. Octingentuplum.] Octies centuplum. Noningentuplum.] nouies centuplum. Millecuplum.] decies centuplũ ¶Frequẽtiùs hæc nomina in neutro genere legũtur, quàm

quàm in masculino, aut fœminino. Eaque nos triplicem significationem habere obseruauimus. Est, Cùm simplum]semel tantùm exponitur; duplum bis tantùm: triplum] ter tantùm. quadruplum] quater tantùm. Fab. lib.7. Illa quoque pendet ex iure, an cùm duo fures pecuniam abstulerunt,separatim quadruplum quisque, an duplum debeat; Moxque: fur quadruplum soluat, duo surripuerunt pariter decem milia, petuntur ab utroque quadragena: illi postulant, ut uicena conferant.] duplum,idest bis tantùm: quadruplum, idest quater tantùm. Plin. lib. 2. Omnibus forma semper egregia, & duplo quàm cæteris maior.]duplo,idest bis tanto. Est, cùm idem significant,atque simplex,duplex,triplex; numeraliter sumpta. Senec. lib.1. Declam. Duplam pecuniam dabo,alteram pro filio, alteram pro Tyrannicida.] Est, postremum, cùm simplum accipitur pro semel plus: duplum.bis plus: triplum, ter plus: quadruplum: quater plus. In quam sententiam manibus pedibusque it Hieronymus in Daniele. Præcepit Rex,ut succenderetur fornax septuplum,quàm succendi consueuerat.] Septulum,idest septies plus. ¶Item, Palmo quadruplo maior Elephas,quàm bubulo.]Centuplo maior est meus ager, quàm Socratis.] idest centies tantùm. Percepi de uinea quinquaginta uini cados in hoc anno,at (volente deo) in hoc sequenti triplum percipiam.] Ho rihauuto dalla uigna cinquanta botte di uino in questo anno,'ma però nel sequente anno ne hauerò (piacendo à Dio) tre uolte tanto. Dedisti amico decem aureos, accipies quadruplum.] idest quater tantùm. Duodecim frumenti modios ab agro accepi; at modò percipiam duplum.] idest bis tantùm. Amisi triginta argenteos nummos alea, die autem hesterno decuplum.]idest decies tantùm. Mille aureis te donaui, cùm uerò uxorem duxisti quadruplo.] idest quater tanto. ¶Duplo est mihi maius caput, quàm tibi.] due uolte tanto ho la testa piu grande della tua. Triplo crassior hic mulio illo muro.] tre uolte tanto è piu grosso questo mulattiero di quel muro. Duplo longiores tuis digitos habeo,pedes verò triplo latiores.]

Sesquiplo

Sesquiplo Saccæ, quam alibi lucror.] Vna uolta & meza guadagno piu à Sacca che in altro loco. Vel, sesquiplo amplius lucratus sum hoc anno, quàm superiore.]¶Dicimus etiam, Dei caussa, uel potius gratis singuli nummũ erogauimus pauperi, speremus centumplum] idest decies tantum. Hauemo dispensato un dinaro per ciascuno alli poueri, douemo sperarne cento tanti. Qui gratis unũ dat, centupla dona feret.] Emi bina iuga boum uiginti aureolis, triplo autem taurorum.] Institor radium dentibus buxei sarmatum caroleno, Eburneis autem dentibus duplo.] Tareno mensurno pauperes docentur, locupletes autem triplo.] Vn terzo piu. Meus legebat lector septuplo, tuo, uel quam tuus.] Triplo, quàm alij.]¶Ager messem mihi reddidit duplam, triplam, quadruplam, tuo, uel quàm tuus.] Mi rese la masseria due, tre, quattro uolte piu della tua. Cupedinarius uendit mihi fructus duplo, quàm aliis,] Lo Bottegaro mi uende li frutti il doppio piu che alli altri]Comparaui mihi equum minimo, reuendo triplo.]Emis simplo, reuendis duplo.]Comprai ad uno, & uendi a due tanti. Instructus ego ipse quadruplo, doceo septuplo.]Amor in te meus est millecuplus, amore erga me tuo.] L'amor che ti porto, è mille uolte piu, che il tuo uerso me.¶Item, commodè dicam, pro quotuplum. Quoties tantùm.] Quante uolte. Alterum tãtum.] altro tanto. Bis tantum.]pro duplo. Due uolte tante. Ter tantum.]pro triplo. tre uolte tanto.¶Item, ex nummo argenteo, quem mihi dedisti, tu duplum, ego uerò triplum accepturus sum.] Dello prezzo, che mi hai donato, tu ne hai due parte, io le tre. Ex pretio, quod tibi debeo, triplum Tullio, triplum Curioni debetur.] Dello prezzo, ch'io ti debbo dare, le tre parte sonno di Tullio, le altre tre di Curione. Ex pretio, duplum in mense Augusto, triplum in mẽse Septembri tibi debeo.] Dello debito ti debbo dare le due paghe ad Agosto, & tre à Settembre. Regnum Siciliæ tribuit Regi quadragies centuplum, quater decuplum, quadruplum.] Il regno di Sicilia rende per tributo allo Rè, quattro millia, quattro cento, quaranta, & quattro uolte tante. Hyspania tribuit milies sex

centies, octogies centuplum aureorum.] trecento sessanta otto milia uolte tanto. ¶ Item, Habeo quatuor decies centies milies quater decuplum domorum.] Ho due centi, & quattro cento milia, quaranta uolte tanto di case. Habet Neapolis ter centies centuplum domorum.] Napoli ha trenta milia tanti fochi. Possideo decies milies centuplum aureorum.] un conto di uolte tante. Habeo milies centuplum milies nummorum argenteorum.] vn milione di uolte tante. ¶ Item, Ager meus plus tuo soluit quincuplo.] Il mio territorio paga più del tuo cinq; uolte tãto. Puteolanus plus Cumano soluit semp uigecuplo, triplo.] Vinea mea plus tua soluit trigecuplooctuplo.] domus mea plus tua locatur triplo.] Conduxi has ædes, plus aliis, decuplo.] Et id genus sexcẽta cõponet lector ingen.

Cuius] cuia] cuium.] p tria flexile est genera. Qd (authore Valla) à ueteribus nõ inter noĩa, sed inter pnoĩa cõnumerabatur, ueluti possessiua meus, tuus. Nec Græci relatiuũ, unde hoc nomẽ descẽdit; inter noĩa, sed inter articulos collocant: Hos aũt p noĩa quædã articularia appellare solemus: ut dictũ est. Ideoq; ut dicimus, mea est, tua est, sua est. Et mea, tua, sua, interest: Ita, cuia est, & cuia ĩterest. Hæc ille. ¶ Prætereà, Cuius cuia cuiũ.] de possessione sp interrogat: cuius redditiua, sũt snĩa excessiua; qualia, Põpeianus.] Cæsarianus.] Metellinus.] Euãdrius.] Saturnius.] Aeneius.] Herculeus.] Tullianus.] ¶ Aut, pnoĩa possessiua; qualia, Meus.] tuus.] suus.] noster.] & vester.] ¶ Aut, substãtiuorũ genitiui. vt cuia domus?] di chi è, ò di che patrone è la casa? Respõde, Põpeiana: uel, mea sua, tua: Vel, Petri; Pauli. Cuiũ ẽ hoc pecus?] Regiũ: Vel nostrũ: Vel, Terẽtii.] Cuiã seruã colaphis, pugnisue cęcidisti?] Cuios libros emisti duplo plus meis?] Cuias domus emisti?] Cuiũ gladium acuis?] Cuius, uel cuiũ librũ legis?] Chiappisium.] Cuius, uel cuiũ putas ensẽ?] Meũ, uel Hectoreũ. Cuios agros serendos conduxisti?] Hospitis, uel patris, uel neutrius. Cuiũ facis hoc mãcipiũ?] Principis, ducis, uel comitis. ¶ Relatiuè ẽt, domus Saturnia, uel Satuini, cuios uidisti nup oẽs filios.] Vrbs Romanorũ, cuiũ legimus fuisse ĩperiũ.] Liber magistri, cuios scimus hos discipulos.] ¶ Cuia hæc

est

est domus?]Metellina. Vel, Pōpeiana.]Dello quōdã Metello, dello quōdã Pōpeio. Cuius liber?]Tullianus. Vergilianus. Cuius hic ẽ mos?]Di chi è questa usãza? Patrius mos: è della patria. Sic, authores uenuste locutos cōperio. Gel. lib. 16. Quicquid sustuleris dolo malo, domino suo, cuiũ id censebis esse: redde.]Plaut. In Cistel. Se mea Silenium, ut eorum, cuiam esse oportet te, sis, potiùsq̃ mea.] Idem, illud adducam ad te, cuia est fidicina.]Cicero in Ver. Vt optima conditione sit is, cuia res sit, cuium mancipium.] Ver. In Buc. Dic mihi Dameta, cuium pecus? an Melibæi?] Cicero pro Murena. Ea cædes potissimum crimini datur ei, cuia interfuit, nō ei, cuia nihil interfuit.]¶Nota, quòd cuius casus modò nominatiui ultimã acuit, ut ait Priscianus, ut differat à genitiuo cuius à qui, quæ, qđ.¶Nota, qđ frequentius nimirum loquimur per genitiuum cuius, q̃ per nominatiuum cuius. Sicut, cuius hæc penna?] cuius liber? cuius est hæc pedissequa?]Cuius ancilla est?] Cuius mancipium?]Item, cuius liber?]cuia est ancilla?] cuiũ mãcipium?]cuius, uel cuim opus?] Maronis, Ciceronis, Varronis, Horatii, Hadriani, Laurẽtii. Non igitur erit absurdum per genitiuum: utraque honesta oratio est.

Hic, hæc, & hoc, cuias.]tis.]ultimã flectit syllabam contra latinorũ regulas: etenim quibus flexus erat in penultima (authore Prisciano) & in illa litera A, abscissa, tis, & te, remãsit idẽ flexus super eandẽ literã, uel syllabã modò ultimã factã ascissione faciẽte, cæterũ ea de re apud oẽs sñia iã pridẽ lata est.¶Innuit cuias patriã, ut Romanus.] Gẽtẽ, ut, Italus,] Sectã, seu partes, ut partes, ut Pōpeianus, Stoicus.] ꝓfessionẽ, ut grãmaticus, Rhetor.] Logicus, Philosophus.]Naturalis, Theologus.] Itẽ, Aristotelicus, Platonicus, Peripateticus, Academicus; Cæsarianus, Antonianus, Augustiniani, Dominicani sectã, partes, arguũt cũ religione, ¶Hic, & hæc, cuiatis]& hoc cuiate]flectit uulgus Grammaticorum ignobile. nos autem obaudientes traditionem Aldi, & Pharaonii uiuę tanquã uocis nostræ oraculo, sic flectendum malumus, hic, hæc, & hoc, cuias, ut unica uoce finitũ inseruiat oĩ generi, hoc de nostras, hoc uestras sentio.¶Cuias es?]Romanus.]cuias ẽ q. tuo utitur hospitio?]

hospitio?]Siculus]Sum Puteolanus,cuias es tu.]Io sono di Puzzolo,donde sei tu.Cuias es?]nostras , uestrasne,externusve?Italus,an Siculus?]Germanus,an Gallus ?]Philosophus,an Rhetor?]¶Negant id tēporis Grāmatici Cuias,relatiue positum legi. Vestrates Philosophi non sunt ita populares,& fauoribiles,ut nostrates,qui Epicuri scola prodierunt.]Cuiates Philosophi uos estis?] Stoicine? an Academici?an Peripatetici?an nostrates Epicuri?] Cicero,putaresne unquam accidere posse,ut mihi uerba decessent,non solùm ista uestra oratoria , sed hæc etiam leuia nostratia.] Socrates quidem rogatus , cuias esset? Se mundanum respondit.]Essendo domandato donde fusse? disse,che era del mondo.]Monachi illi manicati,ac tunicati cuiates sunt?]De che ordine,religione sonno quelli monaci con le maniche larghe,& la tonica.] Sonno dell'ordine di santo Agostino.] Oleum , uel oliuum Cesenas.]Oglio di Cesena. Bellum Priuernas.] Guerra di Piperno.Cicero Arpinas.]Thomas Aquiuas.]Cæsar flexus, uel cessit ad iter Aquinas.]Pro eo autem diceret uulgus, Aquinate iter.]Cesare di scanzò,si appartò uerso il camino, o strata di Arpino,di Aquino.Item,Guiates uos estis, nescio penitus.]Donde uui siate,io non so.¶ Nota, quod cuias,antonomasicè,de patria rogat:ut,cuias hospes?Flāder.]Verùm,ubi de gente,aut secta,aut professione interrogat:exprimitur(ut aiunt)specialitas.Sicut, Cuias es genere?Gallus,Italus.] Cuias es patria?]Romanus.] Cuias es professione?Grammaticus,Rhetor.]Cuias es secta, uel sectæ?] Pompeianus.]Dicitur etiam ,unde es?] pro cuias es?]Item,ex quo oppido,ex qua ciuitate es?] Sum ex municipio Salernitano,Neapolitano,aut Messanensi.] Sono deli casali di Salerno, de Napoli , delli furij di Messina,]Ciuitatem de fama prædicat.] Saccensem.Sacca etenim est dulce mihi natale solum,frumenti emporio insigne.¶Belle quidē omnia.Cæterùm Venerande præceptor ultimum exemplar, quod (Saccensem) habet, certaminis cuiusdam mihi, quod inter te & Netinum summa nostrū omnium cum expectatione laudis tuæ , olim initum est, memoriam fecit.Is enim spiritu nescio quo uesano ductus,

ctus, obstinatissimè tenebat (Saccensis) non latinè dici; Quid ergo in superiori canone relatiui gentilis Cuias, tibi dictatum est? Equidem præuaricatum te (qui mihi magnus es Apollo) haud crediderim, numnam illum? Pendet animus nunc illuc, nanque quod illi inculcatum pedibus uiderim, id apud te præcipuum cerno, hunc scrupulum, qui male habet me, reiectum porrò oportet.] ¶Quid toties, proh Deum atque hominum fidem, cum bellua Lernęa (de qua poetæ fabulantur ubique) mihi res est? [Sicut enim Magnus Alcides quò plura Hydræ capita nodoso obtruncabat stipite, uel (ut alii ferunt) bipenni gladio, hoc longe plura obtruncanda, cædendaque suppullulabant. Ita, quo plura huiusce hominis & quidem Lernæi errorum capita penitus cæcidi, eo longè plura funditus delenda, refigendaque Chiappisio insurgunt continuo. Verùm uis dicam, si hunc præ manibus haberem, ligatis manibus, & pedibus in exteriores tenebras præcipitē darem. [Abi iam in malam crucem proteruum animal, cimbalum resonans sine sensu, uir insulsissime, qui nulla facultate præditus, sed omnium, qui uiuāt, amentissimus, tunc sapientes stultus, doctos indoctus, peritissimos ignauissimus, elegantes absurdus, latinos barbarus repræhendere audes? O monstrum informe ingens, cui mentis lumen ademptum est? O caput lardo, & fumo refertū. Quis adeo bono est stomacho; non ut nauseet, cum audierit, esse rabulam quendam dicacem, ex maledicorum foro abreptum. qui Ciceronis, Gellii, Plautique authoritati suam præferat uanitatem. Quis hoc æquo animo toleret. abiectum nescio quem in hara ignorantiæ, inque temeritatis domicilio nutritum, in tot latini eloquii principes uomere amentiam suam, quis hunc bipedalem non rideat asellum, qui Ciceronem, inter alios, quos uelut ignaros linguæ, castigat, nititur emendare? unde huic stulto tanta doctrina, tam uoua dicendi ars, tamque inexquisita facultas innata est, ut nouum dicēdi morem alijs in cognitum, ex se introducat. Nesciuit latinam linguam Cicero, ut ei Netino Vincentio opus fuerit emendatore?] Cicero ad M. Cæl. Itaque ego neque hunc Hyspaniensem casum

 expecto.]

expecto.]Aul.Gel.libr.7. Dictitant Rhodienses.] Cicero ad Trebatiũ,ciues Velienses.]Idem,ad C.Cassium. Alexã driense.]Fazellus,quam plurimis in locis Saccenses habet.]Sed quid plura ego ineptus?Netine nonne tuus ille libellus,qui de literis ĩscribitur:In quo distichõ extat;cuius nomen auctoris hoc titulo notatum meis uidi oculis. ¶Pauli Melfi Saccensis in Epitomen ad lectorem.] Quid hoc?Si latinè Saccensis dicitur;quid latras mendũ? Sin autem malè,quid mecum admittis? Terentianus ille Dauus es,qui modò ais, modò negas . Meritò uelim ambas inflet Iuppiter buccas,teque suo igne petat. ¶Cũ solum natale cuiuspiam significare uolumus;barbare dicetur.Sum de Sacca.]Sono de Sciacca.Sũ de Panormo.]nec Plato fuit de Athenis.]Multò secus probata authorum uirorum dicendi obseruatio præcipit.Plato fuit Atheniensis.]Camillus Romanus.]Vergilius Mantuanus.]Non de Roma,de Mantua.Varro,qui de agricultura scripserunt, enumerans ait,Amphilocus Atheniẽsis;Anaxipolis Thasius.]licèt alibi dicat. Appollonius Perri:Plaut. Vnde eã esse aiunt?Ex Samo.]Idem,Rogo,Philocratem ex Aulide ecquis omnium nouit ?] Terent. Est è Corintho annus.] Cæsar lib.3. Bel.Ciui.Duobus his præliis,desiderati sunt equites,Romani , 400. Et à placentia. 100. & à Puteolis 100.Et à capua, 100.¶Relatiua accidẽtis diuersitatis sũt hæc.Huiusmodi.] Huiuscemodi]idest tale.Istiusmodi.]Illiusmodi.]idest hoc, aut illud tale.Aliusmodi] Alteriusmodi.]Alterum tale. Cuiusmodi.] idest quale.similitudinem cum dissimilitudine referunt. Vt ego sum albus, cuiusmodi es tu .]Similitudo.Nix alba;coruus est alteriusmodi.]Dissimilitudo.¶Dixi.Laboresque nostros,quibus, his elucubrandis ad communiorem omnium studiosorũ utilitatem, ipsi nosmet excarnificauimus, ac propriè extinximus,solus exalto rerum æquissimus arbiter Deus remuneret.¶Fiat,fiat.

D. VITI CHIAPPISII, SACCENSIS,

Grammaticarum institutionum LIBER DECIMVS.

De Interrogat. Distribut. & Partit.

MEDIVM (arbitror) cursus noster iter hẽt: Esto quidem non titubanti gradu parue liber. Diuina enim luce præuia perambulauimus, & maris amplissimi non solùm scabrosa litora, quinimo & omnes eius profundissimos gurgites indefessa nauigatione, ac perspicaci quadam indagatione sulcauimus: & modò non paruus superest labor. Itaque dum præcipiti alatus Eurus aura spumas salis proruentem cymbulam ingenioli nostri adegit pelago: incæptum prosequamur institutum, quominus inde defecisse (quod turpissimum esset) uideamur. Si igitur transfretare stat Paulò post dulcia ocia celebrare, dicto citius ad interrogatiui subinde eorum, quæ consequuntur, litora properemus, eaque diligẽtia qua possumus maxima ad amussim oĩa percurramus. uirili ergo ipse mea elaborabo, ut nihil quicquã in me, quod ad officium sinceri , munusque faciat indefatigati magistri, desideres. Tu interim Hieron. fili mi nullam tẽporis iacturã admitte, quod qui perdit, & in cassum abire sinit, non tẽpus, non tempus (inquam) perdit, sed uitam quæ (ut memoriæ proditur) absumitur dormiendo, & uigilando gliscit. Nanque fortior factus surgensq; in residuum itineris nauiculæ uela concedo. Orans sicut soleo de more, ut is faueat ubiq;, meq; operis deducat ĩ cõsumationem, cui facillimũ fuit ex nihilo cuncta componere.

Interrogatiuum nobis peculiare (nisi fallor), genu prisco iam tempore factum est; tantamq; sibi totius fe latinitatis partem uendicat: remq; quàm maximam c Romano sermone complecti altiùs speculantibus cons cuum est;atq; adeò, ut nihil sit in latino nimirum serm ne,quod interrogatiuè poni nequeat.Etenim Priscian sis ait, quòd sicut de omnibus interrogare licet:ita om nia interrogatiui (sine controuersia) positionem habe necesse sit.Cùm igitur hæc,ut prætactum est, esse habeā subiectique non immemores nostri, de eo aliquid ne qu dem mediocriter agamus:Scholia nostra libenter igitu accipe;ac audi attentissimè mi puer; nec simul cum ope ra (ut in ore omnium est) oleum perdam; si nihil pro fecisse comperiar.

Interrogatiuum nomen est,quod rei dubię,uel tanqu dubiæ postulatiuum est;quòdq; per modum interrogan tis de substantia,uel de eius proprietate, deque his, qu circa substantiam uersantur,suoq; (ut aiunt) adiacet sub stantiuo.Ita interrogatio est rei dubiæ,uel tanquā dubiæ postulatio.Quare tāquàm dubiæ, dicis?fictiuo enim quo dam modo rei, quam interrogando ignorare uidemur, scij tentandi gratia, aut quoquouis alio mō interrogare consueuimus.ut si dicā, Quis es tu?Dices, Hieronymus. An non benè nouerā te esse Hieronymum? interrogatiua autem sunt, quæ cum interrogatione proferuntur. Vt Quis es? quo? unde? Vbinam commoraris? quid ita? ubi ubi sunt?ubi cænas?cui in seruis? quis clamat? quò hinc te agis? Et huiusmodi.

Cùm fiat interrogatiuū per substantiam & qualitatem in duas potissimùm partes distinctum,prisci recentiores-que Grammatici sufficienter prodidere (bimēbris enim est bona diuisio) nanq; quicquid in rerum natura est, aut substantiæ,aut accidentis uicem complet:ceu ille summus,rerumq; naturalium indagator maximus Aristoteles docet.qui omnia mundi entia obtrūcans in hæc duo, substantiam scilicet accidens diuisit ea: interrogatiuum igitur duo hæc eadem membra complectens, in interrogatiua substantiæ,& in interrogatiua accidentis diuiditur.

tur, de quibus Musa latina hæc. Interrogatiua substantiæ sunt. Quis, qui, quæ, quod, quid: atq; ea profectò in relatiuo substantiæ recensita cum uter, utra, utrum, Interrogatiua uerò accidentis sunt omnia signa accidentis relatiui; Qualia hæc. Qualis, quantus, quot, quotus, quotennis, quoteni, & reliqua id genus: quæ præter relationem interrogatiuè commodè etiam ponuntur. ut quis amicorum fidus? sed qui tandem uos? quæ hæc est mulier? quæ hæc est fabula? quod malum integrascit? quod facinus ausus es? quid illud mali est? Qualis est mulieris facies? perpulchra. quid rei? quid noui? uter oculorum est lippus? utra manuum fortior? quot Romanorum ceciderunt in bello? quot sunt, qui aliter sentiunt? quotus sedes? quotus quisque est disertus? quantus fuit Hercules? cuias es? qualem tuum gentes prædicant magistrum? Eruditum sanè.

Differunt Quis, & uter. Quandoquidem pro duobus, & pro pluribus quis interrogat. Vter uerò [de duobus tantùm. si duo igitur fuerint; dic, quis, aut uter; tuo arbitratu: ut quis, uel vter oculorum tuorum est acutior? Pedum constantior? Manuum fortior? Duorum frater ditior? At, Digitorum quis longissimus? non uter. Discipulorum quis doctissimus? Vestrum omnium quis temerarius? Vbi Argutus Grammaticus ait. Solemus interrogando, & dubitando quoq; uter Comparatiuo dare, quis autem superlatiuo. Quin. Ita non tantùm, utrum sit melius, sed quid sit optimum quæritur. Rursus. Ex duobus uter dignior: Ex quibus dignissimus? Cic. Cùm quęrere uidetur orator, utrum potiùs, aut quid potissimum dicamus? Hæc ille. Hæc autem quidem sic. Quo, uel utro oculorum clariùs uides? dextro, an sinistro? Qua, uel utra manuum potiùs uales? Vtri duorum fratrum magis faues? Cui omniũ fratrum maximè faues? Quem discipulorum doctissimum pluris edocet magister alijs? Et id genus cætera.

Longè aliam dicendi formam attingam, Qualis. Cæsar & Pompeius prouinciam petunt; uter eorum obtinebit? Cicero & Hortensius summi fuerunt oratores; quis, aut uter eorum eloquentior? Dextera, læuaque dolent;

lent, utra earum magis? Magdalena & Martha sorores ar debant Christum; at utra earum ardentiùs? Petunt discipuli à Magistro animorum relationem; uerùm quis exorabit? Petunt sacerdotes ab Episcopo beneficium; eorũ quis obtinebit? Ego, & tu scribimus; uter velocior? Cæterùm peregrinam hæc formam induunt. Amicorum vtro me minùs deceat uti, uix intelligo.] quali delli due amici manco mi conuegna ualermi, non so. Vtri librorum meorum me plus studere deceat, maximè noui.] Luso quasi di due miei libri più debba stadiare. Lectionum, quarum alteri studuisti, alteram uerò memoriæ mandasti, utra mihi magis arrideat, indicare satis non ualeo.] delle due lettioni, una studiata, l'altra mandata à mente, qual più mi quadri, non basto iudicarlo. Literarum, quarum unis lectis, alteris uerò non; utras gratiores extitisse censes? Necessariorum, quorum alter inhumanus est, alter uerò paulò minus, utrum magis colam? Præceptorum, quorum alter literatus, alter uerò diabolarius, utri propensiorem ego mercedẽ persoluam? De pluribus autem hæc. Ex tribus domibus, quarum alia aliâ pulchrior est, quam potissimùm emam nescio penitus.] Di tre case, una più bella dell'altra, non so qual più presto comprare. Ex tribus equis, uel quatuor equorum, quorum alius alio præstentior est, quem potissimùm uendam, ignoro profectò. Ex tribus magistris quorum alius alio doctior est, quem mihi eligam potissimùm, medius fidius non intelligo. Externis, uel ternarum literarum, quarum alteræ alteris breuiores fuere, quas lugubres potissimùm mihi fuisse opinaris? Multorum militum, quorum alius alio audentior est, qui potissimùm hostes abhorreat, non inuenitur. Studentium, quorum alius alio peritior est, quis hoc solutum faciat? Religiosorum, quorum est alius alio sanctior, qui cœlorum limina exorabit, fœlicissimus. cum diphtho. Sicut docet Niniuita: licèt Ibis illa spurcitior omni perneget; Verùm qui pparua istæc nubecula tantum Niniuitarũ sempiternũ lumen, plerosq; alios obtenebrare attentauerit? Equidem

dem non secus operam perdet, ut si quis Asellum (teste Horatio) in campum doceat parentem currere frænis. Distingunt alii fœlix à felix: quorum mihi sententia sanè melior.

Responsio in interrogatiuis duplex, affirmatiua, negatiua altera. Affirmatiua Authore Valla, propria est, etiam. ut uidisti me hodie? Si me uidisti (author ait) respondere debes, etiam, uel sic. Plin. Ad Tacit. Studes inquam? Etiam, respondit. Huic adde maximè, uerò, ita. nec absque ratione licèt triuiale sit. Terent. Dicenti Dauo mihi ne. Ita, Simo respondit. Negatiua uerò, quam non, nec, nequaquam, minimè, minimè omnium, minimè gentium, & mille id genus docent: ut scripsisti hodie? Non. uidisti Petrum? minimè. Dixti hæc omnia præceptori? Nequaquam. Num dixi, interminatus sum ne faceres? Minimè omnium.

Debemus plerunq; per eundem casum respondere, per quem interrogatio facta fuerit. sicut, quis me uult? pater. Cuius fundus? Petri. Cui inseruis? Cæsari. Cui nummos credidisti? Hospisti. Quem diligis? Deum. Absquo id accepisti? A Dauo. Quarum rerum non est unquam satietas? Diuitiarum. Quis tibi uideor? æquè miser, atq; ego. Cui inuidebat miles Thraso? Phedriæ riuali. Absquo amata est Galatea? A Cyclope. Quam amabat Achilles puellam in Troia? Polixenam. Quem lectorem audiuisti? Vel absquo lectore latinæ linguæ Tyrocinium accepisti? A Chiappisio. Item, Qualis est lector? Sanequàm eruditus. Quot lectiones legit? Tres. Quas lectiones? Vergilianas, uel Ciceronianas. Quales? Doctas profectò. Quantas? Breues, persæpe prolixas. Cuiates? Latinas nimirum: Quot domos emisti? Duas. Quales? Commodas. Quantas? Alteram amplam, angustam alteram. Cuiates? Pompeianas. At uerò quanti? Triginta aureolis. Quotennis es? Centum annorũ. Cuia refert legere? Petri. Hic nõ licet p eundẽ casum respõdere, quia regimẽ uariatur; atq; hic. Cuiũ pecus? Aegonis. Quanti emisti librũ; Caro, aui uili, uel tribus argenteis. Qualis fuit Salomon? Summæ eloquentiæ. Quantus fuit Hector: proceræ staturæ.

Varia,

Varia, diuersaque interrogatiua, variæ formæque diuersæ penitus consequuntur. Etenim (ut ait Priscianensis) aliàs interrogatiua fiunt, nulla responsionis sequela consequente, ceu eiusdem authoris exempla satis abundè produnt. Qui nunc me alter est audentior homo? Modò hæc de te quis dicat. Quota hora est? Quid Ioui, quid Vulcano facies? che cosa farai di Gioue, & di Volcano? Quid Petro fiet?] Ornatissimum dicendi genus hoc. Quid turbæ est apud forum?] che turbamenti sono in piazza? Quotusquisque inuenietur tanta virtute vir?] qual'huomo si ritrouerà di tanta virtù? Interrogatur an hæres sit, uel quota ex parte sit? Cur galli cantant ante lucem? Aduentu Solis. Qualis hominis, & quanti Oratoris in dicendo putas esse scribere historiam? Videon' Dauum an non? Quem uideo? Crito ne est? Quis est, qui me? Pamphilus inquit. Herusnè est? Et id genus. Aliàs per eundem casum, & uerbum, sub eodem modo, ac tempore, manente etiam eadem verbi structura, interrogatiuis respondere licet. vt, Quisnam est? Ipse responde, sum.] Chi è? Son'io. Parmeno mi nosti eam? Noui.] Parmenone mio, conoscila tu? Conoscola. Quò modò is? Eo domum] doue uai tu hora? vò à casa. Hic quis est? Ego sum Chremes.] questo chi è? Io son Chremete. Emin' ego te? Emisti] compraiti io? Comprastimi. Hunc ne uides? video] non uedi tu costui? veggolo. Num prædixi? prædixti] non te l'ho io predetto? Hai.

Aliàs, nulla fit verborum geminatio, uel breuitatis, uel ornatus gratia; atque in sequenti sequela bellè, atq; perpulchrè uerbum subauditur. Sicut, Quis is est? Miles] chi è questo? Soldato. Quid rides? Istuc, quod modò dixti] di che cosa ridi? per quello hai detto hora. Audistin? Omnia] haitu inteso? ogni cosa. Quid fecisti? paululum quiddam] che haitu fatto? un tantino, un quasi niente. Ecquis me uiuit hodie fortunatior? Nemo hercle quisquam] Et chi uiue al mondo hoggi piu sortato di me? nessuno alla fe. Sequela uerbum tacet.

Aliàs, ubi in prima uel clausula, uel oratione uox uerbi ta-

bi tacetur expresſè, quæ non tacetur implicitè: & ſequẽs affirmatiuum, nec negatiuum admittit aduerbium. vt nec, non, nequaquam; aut ita, maximè, maximè uerò. Interdum autem utraque, & præcedens, & ſequens clauſula non capit uerbum, ut ſequentia monſtrant exempla. Terent. Suamne eſſe agebat? non, cuiam igitur? fratris filiam.] Diceua eſſo era la ſua? nò, di cui dunque? figliuola del fratello. In priori (Non) reſpondet; nulla uerbi exiſtentia conſtante: in poſteriori uerò neceſſariò ſubauditur (eſſe agebat) ut cuiam igitur eſſe agebat? Item, fratris filiam eſſe agebat. Verg. in Buc. Dic mihi Dameta, cuium pecus? an Melibæi? Non verùm Egonis.] Dimmi Dameta, di chi ſono li beſtiami? di Melibeo? nò, ma di Egone. Vbi & in priori ſubauditur, & in poſteriori verbum (eſt) ut ſit ordo. Cuium pecus eſt? an Melibæi eſt? Et in utraque reſponſione itidem eſt uerbum ſubauditur, ut ſit ordo, Non eſt Melibæi, verùm Egonis eſt. Et his plura legentibus innoteſcunt.

Nouiſſimè uerò longè alio reſpondetur uerbo, ab eo, quod præcedentis eſt clauſulæ. Quale hoc. Virgo cuia eſt? neſcio hercle, vnde eſt? tantundem; ubi eſt? nec id quidem; Vbi eam uidiſti? in uia.] Di chi è la giouine? non lo sò per Dio, d'onde eſſa è? altretanto; doue è? ne queſto ancora; doue l'hai tu ueduta? nella ſtrada. Terent. Scis Pamphilam meam inuentam ciuem? audiui. Ain tandem ciuis Glycerium eſt? Ita prædicant. Dic dum hoc rurſum cherea tuam ueſtem detraxit tibi? factum; Et ea indutus eſt? factum; Et pro te huc deductus eſt? Ita. In quibus orationibus (ut dixi) uerbum ſequens alterum ab eo ſemper eſt, quod præcedit. Hæc habui, quæ id loci pro interrogatiuorum forma proderem.

Licètne dicere bona tua uenia Præceptor, uterq; Pamphili & Charini nimio ardebant amore? Nequaquam. Quid ita? Quandoquidem nec interrogatiuum, nec partitiuum genitiuum admittunt, niſi pluralem, uel ſingularem nominis collectiui. Ergo concinnè dices, uterque Pamphilus, & Charinus erant in ſolicitudine amoris maxima] l'uno & l'altro di Panfilo & Carino in grande ago

nia

nia di amore.Item,vterque Scipio Carthaginem funditus deleuere.] Decius uterq; mortem ſubire pro patria.] Vterque Plato,& Ariſtoteles Philoſophantium primi.] Terent. Vterque pater & mater ſtabant ante oſtium.] Cæterùm rectè dices, uterque noſtrum, & ueſtrum fecit hoc.]Vterque fratrum,& uterque frater.] Vter conſulũ; & uter conſul.ait Scop.Iuxta illud Maronis Aen. lib. 2. Serpens amplexus uterque Corpora.

Num]Nunquid]An]Quid]interrogandi verè formam habent.Sicut,Nũnè uides,quo miſeriarum perueneris?] veditu in che miſerie ſei uenuto?Numne conſideras in cuius manus incideris?] dimmi ſe conſideri tu alle mani di cui ſei capitato?Nunquid duas habes ueſtes,an non?] Nunquid duas accepiſti epiſtolas,an non?] Vtrum ignoras, quantum tibi ſatis tribuis.] Vtrum neſcis, qualem te gentes licentur.]An id pro nihilo cenſes?] Habes peritum eruditumque Lectorem, an non?] Quid dixti ſcelus?]Quid dixti mea ſoror,an mentita es?] An ſcit,quid ſcit hoc malum.]An neſcit quid (miſer)ſit meretrix?] An neſcimus,quid uirtus ſit?]Numnam neſcimus quàm perditè illam amarit?]Qui id ſcis?] pro quomodo. Qui uales?]Quid tibi uis?]Quid ſibi uult pater?] Quid Magiſter uociferat?]Quid rei eſt tibi mecum?]che hai tu da fare meco?Quid tibi cum illa?]Quid tibi cum patre?]Quid tibi cum morbo articulari?] Quid mihi cum paupere?] Quid mihi, tibi, ſibi, nobis, uobis, illiſve fiet?] che ſi farà di me, di te? Item, Quis eſt in ſylua? Petrus.] Quis natat in mari? Pet. Anto. Tul.Margarita,atque Liuia. At uerò, Quid eſt in ſylua? Quid natat in mari?]Bos,piſcis, canis, leo, pardus,capra,& cætera talia. Id quoq; nuper inceſſit, nec quidem abſoletum: quale, Mutuum dedi librum diſcipulo,neſcio cui.] Infinitè,uel admiratiuè. Ho impreſtato il libro,& non sò a cui delli ſcolari. Decem aureolos amico mutuos dedi,at neſcio cui.] non mi ricordo à chi. Neceſſarium uideo ad me properantem, at neſcio quem.] non sò chi.Ioannis filium ſe ſe agebat eſſe.] & neſcio cuius. Petrum ſequebatur, neſcio quem.] Patritio inſeruit filius, neſcio cui.] A magiſtro

gistro audiui, nescio à quo.] Hic puer hercle mulieris, nescio cuius.]Credidi pecuniam hospiti, nescio cui.] Vidi iam homines à longè uenientes, at nescio quos.] Mutuò dedi gladium, nescio cui.]feci, & nescio cui.] ho sten tato, & nõ sò per cui. Cumulaui, hei mihi, & nescio cui.] ho trauagliato per i miei nimici. Gratificatus sũ, nescio cui.]ho fatto piacere à chi nõ uidi mai, à schiaui negri.

Politioris etiam doctrinæ studia callentes, exhaustis Grammaticis præceptionibus cæterarum disciplinarum quiq; sensus apprimè perceperunt, hoc ingenuè professi sunt(mi puer)Negationem. s. cũ interrogatione prolatã contrariã comprehendere significationem à seipsa, naturamq; sibi sine controuersia oppositã induere: affirmationem. i. complecti negationi dissimillimam toto æquè pariter latinitatis collegio præcipiente. Sicut, Non ego feci: affirmatiuè loquor. i. etiam, uel ita. q. d. Ego id maximè feci.]non ho fatto io questa cosa: si. Non tu hoc fecisti: q. d. maximè. Non prædixi: probè. Non interminatus sum: bellè. Non dedi ad te duas elegantes epistolas: misisti. Non legit tibi manè præceptor: legit. Non altercatus est dudum cum patre de hac re? altercatus est. Non tibi id feci: fecisti. Et his plura cum interrogatione prolata legimus. Et quanuis circa substantiam & accidens versetur (ut dictum est) tantùm interrogatio: tamen quæ interrogant numero comprehendi nullo prorsus modo queunt. Etenim quodlibet, aut quodcunque uerbum; quęlibet, aut quæcunque perfecta oratio interrogatiuè utique ponuntur. At uerò dices, quid rei oratio perfecta: Respondeo, Oratio(ut Dialectica profitetur sciẽtia)duplex, perfecta, imperfecta altera. Quid est oratio perfecta: Quæ unit suppositum cum apposito, quæ (ut clariùs loquar)constituit cum uerbo nomen: inde perfectum generat sensum in auditorum animis. Sicut oratio indicatiua, imperatiua, & optatiua vt, Plato legit. Petre audi. Vtinam essem bonus Grammaticus: quibus iam perceptis, animus re cognita quiescit, nec eò ulteriùs inquirit, iam habita reique accepta cognitione. Quid est oratio imperfecta: Huic opposita: Qualis est coniunctiua,

& in-

& infinita oratio; Vt cùm amem: Me amare: nullam prorſus perfectam rei cognitionem exhibent, niſi altera conſequatur. oratio igitur perfecta tantùm cum interrogationis prolatione ponitur, atque adeò, ut imperfectæ formam capiat, niſi reſponſio ſubintellecta perfectam denuo orationem reddat. Vt Cur Sortes ſtudet? oratio indicatiua, modò imperfecta non adhuc cauſſa, quare Sortes ſtudeat, rite cognita. At ubi primùm reſpondentem adijcias, iterum perfecta oratio effecta eſt. Vt Cur Sortes ſcribit, aut ſtudet? ut euadat doctior. perfectus modò ſenſus eſt in animo auditoris iam pridem ambigẽte. Sed de his multò plura: Verùm alijs quoque inquirendi, agendíque copiam faciamus. Actutum adero.

Mox (quoniam de Diſtributiuo meminiſſe obuium eſt) quibus id modis uſu uenire contingat ex inclytorum traditionibus authorum per nos pateſiat; meque in optatum laboris huiuſce terminum fœliciter dirigat is, cui luto ex ſputo facto Celidonij Informes oculos cęci nati aperire facillimum fuit; cuique exclamanti quatriduani ſpiritus Lazari ex inferioribus terræ in fætidum corpus remigrauit obediens. Diſtributiuum ergo (uniuerſa latinitatis Academia definiente) nomen, ſignum uel nota diſtributionis eſt; inde quòd multa multis diſtribuit, nuncupatum. Vel expreſſius, Diſtributiuum eſt ſignum, quo aliqua proprietas, reíque alicuius actus ſingulis quibuſque alicuius communis nominis attribuitur. Cæterum priùſquàm in uberiorem meſſem falcem immittamus, quid rei ſignum dixerim caſtigandum eſt. Signum igitur eſt per ſe nullius rei ſignificatiua dictio, quæ alteri adiecta ſignificationẽ eius dirigit. Qualia. Ad, Apud, Atque; quæ nullius admittunt naturam rei, aſt ubi alterius adhærent comitatui, gerunt ſignificationem eius. ut Eo ad templum. Cænaui apud magiſtrum. Amo Deum, atque colo. Atque in propoſito quæ nomina ſignorum munia præſtent, noſſe præcipuum quippe foret. Veluti, Omnis, nullus, neuter, uter, uterque: quæ ſic, nihil quicquã enunciant, ſubſtantiuis uerùm conneza eorum uicem, naturamq́ue docent. ut Omnis homo natura ſcire deſiderat.

Nullus

nullus sui immemor homo est. uterque Pamphilus & Charinus amant.

Pro uocabulum(ut profitentur)fili mi sanè uarium elegans,nec non usus q̃ celeberrimi distributiuum est. Cuius dispertiendæ proprietatis duplex ratio. Etenim una distributio propria est,altera sibi impropriæ uendicat distributionis nomen.Prima gemina instructa illatione,respectu etenim unius uerbi actus refertur,uel distribuitur Aut ad oĩum communis nominis inferiora. Aut ad aliqua eiusdem uniuersalis tantùm noĩs. Si autẽ ad omnia relatam distributionem prębebit quotidiana cõstructio, tunc extant pro ea signa uniuersalia,generalitateq́; præseferentia quandam. Qualia,omnis,nullus,cunctus, uniuersus,quilibet, quiuis,quisque,unusquisque, & nemo. Vt quisque uestrum canit. Modò cantiuncula,uel cantio est actus uerbi(quemadmodum studere studium : currere cursus:ire,itio: legere,lectio, & denique emere emptio est actus)& refertur distributa omnibus uobis constantibus,cõtentisq́; sub illa nota,eoq́; uniuersali signo, quod est quisque,uos profectò singuli respectu illius inferiores estis sub superiore,cuius uicem uniuersale illud nomen gerit. Sin ad aliqua fit solùm distributio, maximè cum ad duo refertur saltem: fauentq́ue signa distributiua alia,quæ de duobus loquuntur. Qualia, Vterq́;, ambo, uter,neuter,alteruter,alter,& alius:quanquam hoc ultimum plurium est.Vt uterque uestrum legit. Lectio,uerbi actus ad uos solùm, qui plures duobus nõ estis, distribuitur.Secunda autem distributionis dispertitæ ratio, quam supra impropriam appellauimus: ea est, quæ tantùm ad unum fit,tum singularia signa præstant. Qualia, unus, & reliquus,cum quidam. Vt quidam, siue unus amicorum defecit.ubi defectus,qui est actus uerbi:uni cuidamq́; distribuitur,uel rectiùs datur amicorum. Hinc ex triplici distinctione distributiua, tria similiter distributiuorum genera emersisse,sublimeq́; speculantibus inuenta,Prisci illi Grammatici tot laborum uigiliarumq́ue traditionibus suarum sancitum uoluere. Atq; aliò(si libet) ingenij mei paudam uela citus,dictoq́; citiùs nũc huc renuncio.

Sed priùs lector iucundissime, quàm ad hoc triplex distributiuorum genus migremus; uelim quæso dicas, quare impropriè ad unum fit distributio tantùm? Etenim ea in re opus est exprompta tua mihi memoria. Id causse (venuste puer) ex propria rei æthimologia, aut vocabuli interpretatione colligere poteris; hoc autem quidem facilè, si quod prætactum est cõmisisti memoriæ; Etenim distributiuum à distribuendo dictum, multa multis distribuere. Si igitur distributiuum multa multis distribuat est necesse, quomodo (bone Deus) hæc multa distribuat ad unum relatum? Propria igitur distributio, quæ ad plura, uel ad duo saltem fiat, necesse sit. Habeo.

Dicto iam de utraq; distributione, nescio (ni me memoria fallat) quid rei, signum uniuersale, quid particulare; & rursus quid affirmatiuum, quidq; negatiuũ dixti; Hoc itidem ventiles cupio. De his Niniuitam consule, sed iã tute eius uerba audies. Signũ (inquit) uniuersale affirmatiuum, uel negatiuum, est quod singulis quicquam distribuit, affirmatiuum; aut aufert, ut negatiuum. Sicut, Oĩs homo currit; nullus homo currit; contraria sunt. Signum uerò particulare affirmatiuum, siue negatiuum, est quod alicui quicquam dat, siue aufert. Sicut, Aliquis homo currit. Non aliquis homo currit. Contradictoria nanque sunt, ut facultas logica docet. Etenim signum particulare negatiuum nullum ferè est simplex; fit igitur ex negatione præeunte, & sequente signo uniuersali affirmatiuo; quale est. Non omnes omnia possumus, quid non omnes; nisi aliqui? Contra, sequente signo particulari affirmatiuo; quale hoc. Non aliquis, i. omnes; uniuersale quando particulare fit. Quid hoc, intellexim, an nondum etiã hoc quidem? Imo omnia callidè.

Distributiua simul cum partitiuis, ut loco suo (Duce cœlesti Sammaritano) dicetur, siue dualia, siue pluralia sint, claret non alios sibi casus exposcere, præter genitiuum numeri pluralis, uel singularis noĩs collectiui plura iam significantis, aut ablatiuum cum præpositionis nota, e, uel ex, uel de; aut præter casum quartum cum præpositione inter prçcedente, quamuis barbarum censeant

verùm

uerùm nihil tale nostra comminiscitur censura. Quale, nemo uirorũ uirtuti paret; uel nullus istius populi ab Rege defecit. nullus de discipulis, uel nullus inter discipulos præuaricatus est, nisi Iudas. Eqdem cõtentus, sed edissere quid sibi uult collectiuum nomen? Nomen collectiuum est, quod enunciatione singulare est, intellectu uerò plurale. Non hercle mihi hoc claret, dic manifestiùs igitur, ut liquidò pateat. Age dicam. Nomẽ collectiuum est, qđ in uoce singulari multitudinẽ significat; qualia hęc. Turba, gens, populus, unio, &c. id genus. Porrò cõtẽtus.

His explosis, illuc potiùs remigrẽ, unde nuꝑ abij; naturã, positionẽq; duorũ distributiuorũ quisqs, & quicunq; ꝑscrutari precinmoperæ duxi. Hæc aũt duo eò sibi uerba comprehẽdunt, ꝗ uim relatiuũ pariter & distributiuam contentam, illatãq; adsignificant; pro huius. n. intellectu rei adnotandum Quicunq; & quisquis quadrifariã usurpari. Sæpe relatiuè, & distributiuè: at uerò ubi id fieri cõtingit, tum distributiuũ nomen in eo positum casu oportet, in quo relatiuũ nomen expressum utiq; conuersumq; locandum foret. Quale hoc, quisquis saluari cupit, malorũ contagia uitet. Conuerte distributiuũ signum, quisqs, i. oĩs, qui. Sen. lib. 4. de benef. Ingratũ uoco, quisquis me tu gratus est. quisquis. i. oẽm, qui. Ouid. li. 2. Fast. Conuocat hic nymphas, latiũ quęcũq; tenebãt, i. oẽs nymphas, quę. Sæpe, relatiuè tantùm tenentur. Pli. lib. Epist. Oẽs, qſquis negociũ hẽret, iurare priùsꝗ̃ agere iubebãtur. i. oẽs qui. Cic. in Verr. Omnia, quæcunque Carpinatus postulabat, facere ac decernere solebat, i. omnia quæ. Sæpe distributiuè solùm. Pli. lib. 20. Quæcuq; ruta pro antidoto est. i. oĩs ruta. Sæpe infinitè, quandãq; sui cõfusam, incertãq; significationẽ pręse gerẽs, atq; adeò certi qđ significẽt, ut nulli fermè ꝑcipiant. Cic. off. li. 2. Cõmodè aũt quicunq, dixit, pecuniã, q̃ hẽat, nõ reddidisse. Oui. Met. li. 12. Quisquis es ò iuuenis, dixit solamen habeto. Verg. lib. 2. Aen. Quisquis es amissos hinc iã obliuiscere Graios. Idem li. 1. Quisquis es, haud credo ĩuisus cœlest. In eodem, Sis fœlix, nostrumq; leues quæcunque laborem. Idem in 6. Quiquis es armatus, q̃ nostra ad flumina tẽdis. Fare age, quid

venias? Ouid.Meta.lib.primo. Quisquis fuit ille Deorum. Verg.in 4. Quisquis es Imperio tibi pa.

Secundi distributiuorũ generis syntaxis, debet in hoc capitulo explicari: Etenim eorum, quæ de duobus loquũtur: qualia sunt, vter, alteruter, vtercunque, neuter, alter, & ambo. Hoc aũt distributiuorũ genus: in quo peræquè ac probè ab oĩbus peccatur grãmmaticis, seruat regulam generalem cõstructionis, aliqui accusatiuũ cũ inter præpositione asciscere, supputãt barbarum. Titus Liu. lib. 9. Neuter ex filiis tuis parricidium fecit. Sen. declam. lib. 7. Neuter consulum potuerant bello abesse. Titus Liu. lib. 8. Cornelia, ac Sergia patritiæ vtraq; gentis. Ambo semper absolutum, præterquàm semel apud Plinium lib. 12. Nobilissimarum gentium ambo Crassus, & Domitianus censuram gessere. Hæc signa accusatiuo cum præpositione inter coniungentes, hi prorsus barbarè loquuntur. Eã ob rem studiosi caueant, ne dicãt, Vterq; Cæsaris, & Pompeij, aut ex Cæsare, & Pompeio, aut inter Cæsarem, & Põpeium. Insolens hoc quidem dicendi genus. Etenim huiusmodi copulata semper (quatenus legere potui) eodem in casu ostendi collocata, in quo & distributiuum; atque in eam sententiam plerosq; Romani sermonis authores manibus pedibusq; isse, quis perneget? Terent. in Eunu. Vterq; pater, & mater domi erant. Vale. Max. lib. 9. Claræ vltionis vtraq; Regina, Tamyris & Beronyce. Pli. lib. 20. In magnis laudibus malua est vtraque, & satiua, & syluestris. Idem lib. 21. Seritur & pastinaca vtroq; tempore, Vere, & Autumno. Sueto. in Tyberio. Obijt vtroq; liberorũ superstite, Tyberio Drusoq; Neronibus. At hæc ipse facio missa. Quid interest Adolescentiæ meæ blande Moderator inter vtriq;, & vterq;? Hoc, quòd vterque solùm duo adsignificare iam liquet. vt vterq; discipulus, i. duo tantùm. Hoc idem dicit vtriq;. Cæterùm in his vtrisq; sigillatim plura intelliguntur: ut utriq; exercitus, utriusq; ducis complures exercitus dicit. quod persæpe confundit authoritas. At rursus, quid interest inter ambo, & vterq;? Id etenim Grammatici vterq; (inquiunt) & ambo hoc inter se differunt. Quòd vtrunque fecisse diximus, si hic,

&

& ille diuiſim ſeparatimq; fecerint: ut uterque ſibi domũ condidit. Ergo duæ domus factæ ſunt, modo alias, atque alias. Ambos aũt cum feciſſe dicimus, ab vtroque coniunctim in eodem tempore id factum tale offendimus: quale de Pyramo, & Thysbe. Ambo ſibi monumentum condiderunt. i. ille & hic vnum, & id commune vtriſque monumentum conſtituerunt. At uerò frequenti authorum vſurpatione confunditur plerunque differentia. Nõ enim igitur ambo vſque coniunctim, nec vterque vſque diuiſim ſignificare accepimus. Hoc autem luculentiſſimis probatorum virorum exemplis ſuffectum munitumq; habemus. Sall. in bel. Iug. Ambo ad caſtra ſua digreſſi. Si igitur quiſque ad ſua digreſſus eſt caſtra, ergo non ad eadem. Titus Liu. lib. 7. Ad bellum ambo profecti Faliſcum Quintius, Sulpitius Tarquinienſe. Ergo non ad unum idemq; cõe bellum. Cæſar, lib. 3. ciuil. bel. Diuerſa ſibi ambo cõſilia capiunt. Ergo non eadem, vel cõmunia, diuerſa. Quod verò nec vterque diuiſim uſque ſignificat, ex his patet. Plau. in Epid. Dederim uobis conſilium, quod uterq; laudetis. i. vterque ſimul. Cice. in Horten. Quod cum vterque noſtrũ annuiſſent. Idem ad App. Cùm reditum noſtrum in gratiã vterque expetiſſet. Horat. Serm. lib. 1. Hæc utinam Viſcorum laudet vterque. Colum. lib. 13. In commune cõſpirabatur ab utroque. Quare iã liquet diſtributiua hæc iuxta cõiunctim, ut diſiunctim ſignificare. Atq; Grãmaticis eatenus credendũ: quatenus quæ dixerint, exemplis confirmarint. Nec obticendũ de mutua duorũ diſtributione inclytis profectò linguæ ducibus uſurpata. ſicut uterq; alterũ odit.] vterque alteri placet.] Alter alterum amat.] Alter alteri molitur inſidias.] Mutuæ hæ ſunt affirmationes: ſignificant aũt, mutuò ſeſe odiſſe. mutuò ſibi placere. mutuaſq; ſibi inſidias moliri. Sene. lib. 4. declam. Vterq; quod alteri deerat, cõmodauimus. Teren. in Phor. Vterq; utriq; eſt cordi. Cic. Cenſores ſua iudicia inter ſe tanti eſſe arbitrãtur, ut alter alterius iudiciũ reprehẽdat. Id quoque Laurentius comprobat. Vter (inquit Argutus Grãmaticus) utrũ accuſat latinè dicitur. Sic Cice. Quorũ vterq; ſuo ſtudio delectatus contempſit alterũ. Idem, pro

 Milo.

Milo. Vter utri insidias fecerit. Quint. Cum enim uterq; alteri obiiciat, palàm est utrunq; fecisse. Itaq; latinè dicam. Alter alteri inuidet. Alter alterum contemnit. Alterum alter accusat. Non uerò ambo ambos accusant. nec, neuter neutri fauet. Nec uter utriq;. Secus est, neuter alterum amat. Neuter utri inuidet. Significantq; neque ille hunc, neque hic illum amat. Rursus, neq; ille huic, neque hic illi inuidet. Liui. Neutri alteros cernebant, i. neque hos illos, neq; illos hos uidisse. Plau. Neuter utri inuidet. At illud, neuter neutrum diligit. hoc est, nec se quidem ipsum utrunque diligere. Vterque vtrunque, & se & alterum. Et ideo non dicat, vterque utrunque percussit, nisi se percusserint ambo. Sed benè uterque alterum, ut docet Badius.

Nec minùs (modesto, uultuq. uenustate decoro mi puer decorate) tertium hoc distributiuorum genus elegantiæ ac excogitati cultus, his, quæ præcesserunt ambo, habet; admittit affirmatiua signa, eademq; uniuersalia: qualia sui ostentationem porrò faciunt: Omnis, cunctus, uniuersus, quisque, & unusquisque, quæ nec nequicquàm inuicem discernuntur; Omnes scilicet dispersim, uniuersus collectim, unusquisque sigillatim adsignificant, quã uis una eademque naturæ proprietas à Grammaticorum inscia plebecula singulis dispensetur. hæc enim cum substantiuis cunstructa, iis quoque in genere, numero, casuque persæpe respondere, quis eat inficias? atque quandoque non, absoluti cuiusdam positione modi, ceu perinde obuium referemus, maximè profitemur. Plaut. in Curc. Libertus illius, quem omneis Sumanum uocant. Verg. 6. Aen. Quisque suos patimur manes. Constructionem partitiuorum plerunq; seruant, ubi omnis & cunctus nulla adiectiuorum cum substantiuis æquipollẽtia seruata, necessariò si partitiuè teneantur, tunc genitiuũ admittunt. Pli. lib. 3. Bethica cunctas prouinciarum diuiti cultu præcedit. Idem lib. 11. Non oĩbus animalium hi. Moxq; piscium oĩbus serati sunt dentes. Rursusq;. Renes habent oĩa quadrupedum, quæ animal generant. in quibus nomẽ substantiuum genitiui positionem habet. quale

le esset, à tutti gli huomini è qualche uirtù; oĩbus hoĩum aliqua uirtus est. tutti gli amici sono beneuoli appartato te. amicorum oẽs beneuoli, præterq̃ tu. Eandem structurã seruant. Alius, alter, reliquus, & cætera, rum, contra hoc æui ineptulos. Verg. 1. Aen. Teucrorumq; alios. Pli. lib. 2. Cæteris quippe animantium sola uictus cura est. Idem lib. 11. Reliquis talium ab initio ad finem septenarij sunt numeri. hoc idem interpres expressit Euangelicus Lucas, cap. 18. damnans iactabundum Pharisæum dicentem, Gratias tibi ago domine, non enim sum sicut cæteri hominum. quasi ego solus iustus, cæteri peccatores. Sed de his longiùs, cùm de partitiuis loquemur. Pręterea uniuersus, partitiui naturam sapere non mihi lectum est hactenus. omnis autem, & quisque, & si uniuersalem intellectum præ se ferunt, de duobus interim dici reperimus. Terent. in Phorm. Ecce autem similia omnia, omnes congruunt; unum cognoris, omnes noris. Quid hoc unum est cognoris, omnes noris, ni, si alterum cognoris, utrunque cognoueris. Demiphonis etenim de Antiphone, & Phædria uerba quidem sunt. Fab. lib. 7. Illa quoque ex iure pendet, an cùm duo fures pecuniam abstulerunt, separatim quadruplum quisque, an duplum debeat. quid quisque? nisi uterque. sed finem facio, non est profectò mora libera.

In tot antelucanas intellectus obambulationes, excogitatasque nouarum rerum atque formarum melodias recensere quandoque obuium factum est. quomodo distributiua quilibet, quiuis, uterlibet uteruis, ab uterque, & quisque differant. Qua de re audi puer Niniuitam (quem unà cum Valla, tanquàm pueros habemus in hac nostra traditione amanuenses, per quos & mittuntur & remittuntur dominorum mandata) sic habentem super his. Quisque & uterque sunt distributiua, atqui uniuersalia. Quilibet autem, quiuis, uterlibet, cum uteruis singularia uel particularia, significant unum de multorum electu, subque optione ad cætera: quamobrem singularis hæc enunciatio est, Quilibet librorum erit tuus, uel elige quemlibet librorum meorum, id est

vnumquemcunq; ex oībus elegeris. Horat. Ilia & Aegeria est: do nomē quodlibet illi: hoc est quodcunq; placet, unū videlicet. nō aūt oē do nomen. Idem in Arte. Pictoribus, atq; Poetis quidlibet audēdi semper fuit æqua ptās, quidlibet rem aliquā, quā uoluerint, non oēm dicit rem: Diuus Hieronymus. Adducetur (ait) ad Aaron, uel ad quālibet filiorū ipsius. unum quicunque is fuerit, filiorum dicit, non oēm filium. quanquā apud poetas logicorumq; aliquos vere latinitatis imperitos pro termino vniuersali habeatur. Ouid. Pollicitis diues quilibet esse potest, nō unum, oīs dixit, rectiùs quisq; dixisset. Et quoniā sub specie plerunque fallimur recti. quā obrem logicorum neotericos longè falsos accepimus sumētes pro quisque quilibet: dicunt etenim quilibet & nullus contraria esse, veluti quilibet homo currit, nullus hono currit: rectius oppositionē contradictoriorū dixissent. nā quilibet homo currit nunq̃ ueritatē habet ni priùs hęc, oīs homo currit. Atqui si dicā, quisque librorum meorū tuus est, oēs tuos esse dicā. Elige quēque horum discipulorū, aut librorū, aut aureorm, oēs discipulos, oēs libros, ac oēs aureos dicā. Scholium probat Valla, quem somniantem quidā cēset. Ego aūt floccipendo. Iam, qua, inter, ullus, & aliquis, differētia usus est sapientissimus vir ille Priscianus, nec non & hi cæteri quorum literarum iucundiora nobis studia fuere, q̃ quod iucūdissimū, uel eaquoq; nobis hic explanāda est paucis. Etiā (ait author) differunt aliquis, & vllus, nā Aliquis in quolibet loco uti possumus, vllus verò non, nisi aut per negationē, ut non ullus est sapiēs, hęc structuræ forma celeberrima apud authores. Aut interrogando, ut non uocat me ullus? & vocat me ullus? Aut dubitando, ut dubito an ullus sit sapiens. Aut cū modo vel conditione. ut si ullus est sapiens. etiā cum coniunctum rectè leges, ut dissimulas ullum audire, uel negas te ullū audire. Itē caue, uide ulli dicas. caue uide ullum lædas. Caue ulli maledicas, cum cōparatiui: egregiè connectitur. Quale genus est. Amo te magis, q̃ ullum hominem. amo te magis quàm ullum amicū. Tales habet vllus structuras, quod non capit ulla forma planè affirmatiua, sicut

eat aliquis,ut non dicemus ullus homo currit, sed aliqs homo currit.Ex ullus,nullus habetur, quod comicè pro non,capitur.ut nullus faciam.i.non faciam.Age(quãdoquidem huc peruenimus)spes ò nostra oĩum fidissima dic qui nemo,& nullus hic inter sese differunt? hoc non minores opinione tua sensus habet ob id si me differentem cupis simul & alia,quæ credo notanda gratissima tibi fore,enodantem recludentemq; aues. Sis mecum oportet. Nullus ergo & nemo uniuersalia negatiua hoc inter sese differre(aiunt) quòd nemo propriè ad hoïes tantùm pertinet.Illud uerò generaliter ad oĩa pertinere censente cũ Honorato Grãmatico oẽs plerique: dixi autẽ pro nemo propriè,quia interdum minus propriè pro nullus habetur.Cõuenitq. inrerdum licèt raró aliis ab hoïbus. Verg. Turne quod optanti diuum promittere nemo. Auderet. Liu.3.ab urb.cond.Nemo(ait)Deorum.Plau.in Cas. Vicinam neminem amo,merito magis quàm te.Teren.ĩ And. Scio neminẽ hic peperisse.ubi pro diuis, proq; fœminis supponere liquet. Structura adeò inter se conueniunt, ut quis utriusuis syntaxim acceperit, amborum accepisse credatur.est primo cum substantiuo,ut nemo homo, interim partitiuè,ut mortalium nemo fœlix.Inter tot millia populi circumsedentis nemo prorsus, qui non risu rumperetur,aderat.Dicto de differẽtia,dic sodes de ætymologia.Vnius explosa in superiore canone. Alterius uẽtilandam longis atque morulis discutiendam habeo ætimologiam.Cõpositum sanè uidetur nemo,à ne, & homo, ideo generis est cõmunis,Græcè aũt(utis) dicetur,quod nõ aliquis,uel non quis habetur fauet suo contradictorio nemo.sed viden'Lancilottum,qui contractis furoris sui faucibus in nos inhiat? Cuius uerba subscripta uides, atque lege:Nemo(inquit)est generis cõmunis duum generum, neque ætymon eius est (ut triuiales habent) nemo. i.non homo:quia legimus apud poetas, & historicos,nemo diuum,& nemo homo:id enim garrulè legeretur: quia sensus esset,nec,homo,homo.sed nemo homo,bellè dicitur: ergo,nemo, non dicit non homo.Liu.8.ab Vrb.Cond.nemo hominum.Ter. in Phor.Hoïem callidiorem uidi neminem.

minem quàm Phormionem. Idem in eodem actu. Nemo (inquit) homo est. Cicero prima in Verr. hominem arbitror esse neminem. Sallust. Quo nemo vir melior, nec præstantior. Cicero primo de Natu. Deorum. Homo nemo velit nisi homini similis esse. Oppositum habet Nini. cùm (ait) Lancilotti, Perotti, pluriumque ratio nihil concludit debitè. Quia regula est, quoties dictio æquiualet duabus dictionibus, si earum una addatur alteri, ea dictio habebitur solùm pro reliqua, quale, egredior, quod extra gradior significat; ut egredior domum, sin extra præpositio addatur uerbo egredior, tunc tantùm gradior egredior significat, ut egredior extra domum, i. gradior. Cic. extra hos (inquit) cancellos egredi conabor. Sic ergo nemo, nec homo, uel nullus significat homo. si uerò homo iungatur dictioni nemo, tunc nemo capitur solum pro nullus; ergo nemo homo, non nec homo homo (teste Lancilotto, sed nullus homo est. Item benedicimus, non nemo, pro aliquis. nemo alius, & nemo unus. Terent. in Adelph. Alius nemo respicit nemo. Liui. lib. 3. Neminem unum esse, cuius opera magis putet rem pub. restitutam. Sueton. Nemo quisquã dixit, & quidem benè, sed satis.

Adiice super his cõsultor optime, Oẽ quomodo discernitur à toto. Ego inquã, & si hoc altioris negocij quæsitum q̃ quod portare, ac capere ualeas. Omne quantitatẽ habet discretã numeri plenitudinem complectens, deq; vniuersis numero distinctis perpulchrè dicitur. quãq; vim in plurali habet, in singulari seruat eandem. ut oĩs homo, idem ferè q; oẽs hoĩes. Totus, ta, tum, verò quã quantitatem continuam dicit, eandem solidam, necnon & integram significat, totiusq; partes pre se gerens. Dic ergo, omnis homo, omnis doctor, omne elementum, numero diuisibilia sunt; item omnis mundus respectu trinæ machinæ, omnis vita, omne mare, omnis terra, respectu dico partium, non pro toto maris aut terræ elemento. Sic totum corpus, totum caput, brachium, tota domus, si de una, si de pluribus omnis domus. tota uita, tota terra, totum mare, pro elementorum plenitudine, tota Sacca, omnis

nis ciuitas; totam perlegi epistolam, omnes accepi literas, uel epistolas, totus hic labor, respectu si eloquar mei: omnis labor optat præmium, respectu operariorum, totus homo, respectu sui tãtùm, omnis homo, respectu omnium. perambulaui terram totam, i. totum eius ambitũ. Cic. totum hamordinum: omne, datis pluribus. Quibus nuper acceptis distributiuum nomen, per quod fit distribu tio actionis, quale illud Aristotelicum. Omnes hoĩes natura scire desiderant: uel passionis, quale Maro habe t. Quisque suos patimur manes. bifariam distinctum claret; In uniuersale, & particulare, uniuersale est quod ad omnes pertinet, qualia, omnis, cunctus, quiuis, quisq; quicunque, nullus, & nemo. particulare, quod ad quosdam pertinet. hoc enim subdiuiditur in duo, in particulare de pluribus, & particulare de duobus; de pluribus, quis, quidam, aliquis, quisquam, quisputas, alius, & quispiam. De duobus, qualia, alter, uter, uterque, alteruter, uteruis, uterlibet, utercunque, ambo cum neuter. Iterum subdiuiditur distributiuum in affirmatiuum uniuersale & particulare, qualia, omnis, cunctus, uniuersus, ambo, uter, uterque, alteruter. Et in negatiuum uniuersale, & particulare. qualia arguunt, nullus, nemo, nihil, neuter. siquid aliud habes, perge, iterum tuo narrantis ab ore rei quidem literariæ æmulus, atque iterum pendeo; eloquia nanque tua suauiora super mel & fauum sunt ori meo, atque adeò, ut qui ea nunciant, atque renunciant, ultro citroque astantes nudo capite, flexo poplite, summa qua solet educatione, atque etiam genibus flexis noctesq; diesq; abs te audire uix unquam fastidiuerint. Signa distributiuorum quoque uniuersalia quæ diximus infinita plerunque fiunt. Quisquis] ciascheduno. Qualisqualis] uoce geminata: come come si uoglia. Quantusquantus] quanto grande come si uoglia. Quotquot] quanti si uogliano. Quisquis fuerit nihil ad me] Qual si uoglia sia stato, à me non importa. Terentius. Quantus quantus es, nil, nisi sapientia es.] Quantus quantus erat homo iacebat humi.] tutto staua disteso in terra, quanto poteua stendersi. Ioannes in Euang. Quotquot

autem

autem receperunt eum.] Sueton. quantulocunque dixit, actu.] Vnde quantuluscunq; rectè dici Lancilottus hęt.] qualiacunque hæc fuerint negocia tua, exequar.] Questi tuoi negotij, faccende, comunque si siano, le compirò, ne uscirò. Ouid. lib. Trist. 1. Scriptaq; cum uenia qualiacunque leges.] Nemo non discipulorum fit sapientior.] tutti li scolari si fanno più sapienti. Nullus non amicorũ meorum laboris mei disciplinam gratis habet.] tutti li miei amici imparano per niente. Ab Augusto exacto nil literarum accepi.] dapoi che è passato Agosto, nessuna lettera ho riceuuto. Ex fratribus alter laqueo finiuit uitam suam.] uno delli due fratelli fu inforcato, appiccato. Neuter fratrum meorum suppetias iuuentuti meæ tulit.] ne l'un, ne l'altro delli miei fratelli m'hanno soccorso nella mia giouentù. uter utri insidias molitus est.] delli due, l'uno haue appostato, traduto l'altro. Neuter alteri incommodauit.] ne l'uno ne l'altro s'hanno fatto dispiacere. uterque alteri uulnus, plagas, mortem, bonorum compilationem minatus est.] Amicorum alius alium iuuare tenetur.] li amici sono obligati, deueno aiutarsi l'un cō l'altro. Mortalium alius alij prodesse debet.] hominum alium alij, uel alterum alteri duorum fratrum inuadere nefas est.] nonnihil præterit.] tutte le cose passano. Nihil non habeo.] ho ogni bene. Volucrum nulli dentes, præter uespertilionem.] niuno uccello ha denti, appartata la tallarita. Pro se quisque eorum certabit.] harum sententiarum quæ uera sit, quis Deus uidebit.] Quem (inqt) uocabo ad cœnã meorum æqualium potissimum nunc.] Galba fuit inter tot æquales solus excellẽs.] O fœlix una ante alias Priameia uirgo.] hic est unus homo ex omnibus sapientissimus.] Ita desiderabatur Petrus, ut si ex uobis unus esset.] de decẽ domibus solus quatuor possideo.] Accipe tyruncule, signa tum uniuersalia, tum æquè particularia signatè mutare uniuersalem, uel particularẽ formam præposita negatione, qualia id docent. Nemo non cumulat nummos.] i. oẽs. Nemini non nocui.] i. oĩbus. Non nihil est.] i. oĩa. Nõ nunquam litigas.] i. semper. uel quando non iurgia sunt inter homines?] i. semper. Non

omnes

oẽs fortuna iuuat. Non oẽs sapiunt.] i.aliqui. Nõ ullus, uel nõ aliquis me uidit.] i.nullus. Nõ me amat quisquã.] i.nullus. item uide ne cui dicas, uide ne cuipiã, cuiquã, caue ne ulli mortalium dicas.] fa che lo dichi, lo conti à nessuno. Vide ne cuiquam inuideas.] fa che non habbi inuidia à persona che uiua. Sed pro distributiuis, nec uerbũ amplius addam: atqui aliud, si tibi non fastiditus ero, mi puer habe. Nescio festiue puer, dum de re nostra tecum uerba facio, quid capitis inflexio, humerorum depressio, ac totius ferè corporis motio, cum oculorum toruitate, neglecti pueri arguunt. itaq; priùs de his oĩbus admonẽdum censeo, quàm reliquam sermonis partem nostri cudendam aggrediar. accipe, ubi ad uerendi præsentiã prçceptoris accesseris, primum oĩum, aperire caput, flectere poplitem, ceruicem resupinare bonæ pueri indolis ostentationem faciunt. quominus ceruix in dexteram, neue in sinistram uergat, hypochriticum nisi colloquium aut q̃d simile postulet. uide humeros autem pari examine, æquoque pondere, atque recto libramine temperare appensos grandi humanitatis decoro fieri experientia rerum oĩum magistra probat, atqui antennarum in morem (aut ait Vives noster, alterum elatum, alterumq; gessisse depressum, corporis habitum præter naturam deformem ostendit. Non sint torui oculi, in quibus animi sedem esse prisci edocuerunt sapientes, sint placidi ergo oculi, uerecundi, compositi, non igitur torui, hoc truculentiæ argumentũ habet, non uagi, ac uolubiles, quod est insaniæ, nõ limi, quod est suspiciosorum, insidias atque molientium, nec subinde conniuentibus genis ac palpebris, quod est incõstantium, sed sedatum animum præferẽtes geras, hæc præmonitus in oĩbus serua. Partitiuum nomen, quod multa sigillatim significat, & si distributiui æquè pariterq; naturam sapere uidetur, cui satis proximè accedit, idem tamẽ esse, ꝙ censeas, nihil est, propter differentias, de quibus infra meminerimus, illud consutantes, quod plerique Grãmaticorum triuialium seruantem promptum, unde nescio prorsus, distributiuum, partitiuum cum diuiduo posse ferè synonima dici, sed seorsim his. ad eius diffinitio-

nem

nē non negligēter maturemus, quæ his īsignita notis habetur. Partitiuū (uniuerso latinitatis collegio diffiniēte, nomē, est signū, quo pars trahitur à toto, cuiq; soli ꝓprietas tribuitur, parsq; eiusdē generis cū toto sit, necessariò exigitur. constructionē quā & distributiuū, eandē seruat partitiuum: totum igitur aut in Genitiuo, aut in accusatiuo, aut ablatiuo situm obseruamus. Totum autem appellatiuū aliquod sit; idq; numeri pluralis, ni collectiuū sit, necesse est, quale, amicorū, aliqs fidus, aliquis infidus, vel huius populi aliquis diues, aliquis pauper: unus istorū, unus inter istos, uel ex istis, etiā in istis, addit Nini. Quisque hoīum, aliquis discipulorū, quis uirorū, uter horū, nigræ lanarum, fortior manuū, doctissimū poetarum Maronē habemus, optimus plebis, hæc uolucrum, duo istorum, millesima nauium, maximè, uel præcipuè, potissimūue oīum, usitatius dicimus, secus alias. quale apud Plin. Lanarum nigræ nullum colorē bibunt. Idem. Canum degeneres caudā sub aluum reflectunt. Idem. ut mobiles dētium stabilirentur. Item hoīum docti uenerantur, & mulierem fucatę reprobantur. Iuuenum molles, fœminarum pudicæ, virorum illustres, religiosorum honesti, puellarum trepidæ, in quibus substantiuorum adiectiua munia complere censentur.

Edissēre more tuo quæ partitiua sunt nomina? Aliqs (collige) quidā, alius, quis, alter, uter, alteruter, quicūq;, quilibet, utercunq;, uterlibet, quispiā, duo, tres, quatuor numeralia, primus, secundus, tertius, cunctaq; ordinalia. Ad hæc, plerią;, multi, pauci, pars, partim, & reliqua, si qua sunt huiusmodi, quæ diuiduum in morém construi possunt, æquo gressu sese conferunt, quorum singulorum duplex extat ratio; alia de duobus; alia quæ de pluribus semper loquuntur.

Partitiuū alter duale (ut quo in diuidēdo usi sumus ordine, in diffiniendo prosequamur eodē) ꝓpriè de duobus unū dicit. hoc.n. sex modis īferre consentaneū est. interim definitè. Heraclitus calamitates humanas ꝑpetuò deplorādo oculos amisit. Democritus autem hominum stultitias irridendo hianti nimium cachinno os sibi ad auriculas

culas usq; largum deduxit. Porrò nedum satis constat, plura ne sint mala in orbe lachrimāda, an plures ineptię deridendæ. Et horum uter sapientior, an stultior fuerit, adhuc in dubio est. Alciatus refert. Iuue. Saty. 10. de his duobus sapientibus ait. Alter ridebat, flebat contrarius alter. in illo Democritus, in hoc Heraclitus definitè notatur. hoc idem sensisse uidetur illud totius Siciliæ decus immortale, patriæq; nostræ sempiterna corona, R. Frat. Thomas Fazellus in lib. de rebus Siculis prioris decadis, cap. 3. Vrbes (inquit) porrò duas Thermas nomine, in Sicilia fuisse à ueteribus, proditum est. Ad Tyrrheni maris littus unam, ex reliquiis deletæ urbis Himeræ, ex qua nomen suscepit. Alterā ad Lybici maris oram. unam, Thermas, alterā, Saccam definitè significat. Interim infinitè, Liu. lib. 22. Annibal æger, altero oculo capitur. Item Antonius Cassarinus orator egregius Neæ natus post multa facinora memoratu digna, duas scripsit orationes; quarū alterā habuit ad Philippum Mariā, alterā ad Genuensem Senatum, Frazellus ait. Iterim disiunctiuè. Colum. lib. 3. Qui separata generibus vineta non habet, patiatur alterum incommodum, necesse est. ut aut serum fructum cum præcoce eleuet, aut maturitatem Serotini expectet. Interim quasi relatiuè: Cicero, ad App. Pompeij, & Bruti fidem mirificè laudas, alterius omnium sæculorum principis, alterius iampridem iuuentutis. Interim numerum significat. Terent. in Andr. Postquàm amans accessit unus, & item alter. id est, duo. Cicero pro Murænа. Neque in uno, neque in altero animaduersum est. Interim, ordinatè geritur. Cicero in Verr. Alterum, tertium, quartum, per multa erant eiusmodi nomina. Idem, unum, alterum, tertium annum, ait. Nouissimo de pluribus contra nonnullorum opinionem, loquitur. Hircius de bell. Alex. Capta est una quadriremis, depressa altera, altera perturbata. Senc. lib. 6. Alterius (inquit) brachia amputat, alterius eneruat, alium distorquet, alium delumbat, alterius scapulas extundit. Fab. lib. 2. Oratores tantùm inter se distant genere dicendi, ut nemo sit alteri similis. Claud. de Consu-

consulatu Theodosij. Nanque alijs princeps rerum dispo
nitur aer. hic confidis aquis, hic procreat omnia flam-
mis. Alter in Aethneas casurus sponte fauillas dispergit,
reuocatque Deum. hæc alter habet.

Alteruter cum uim sapiat indefinitam, nil, quàm unus,
aut de duobus alter, dicit Cic. in Verrem. utrum te persi-
diosum, an præuaricatorem existìmari mauis? uideo esse
necesse alterum. Plin. lib. 8. Alterutra interempta, incredi
bilis alteri ultionis cura. hoc enim (teste Arguto Gram-
matico) in sacris literis pro mutuò, seu uicissim habetur
ac minus bellè. Apost. Paulus ad Rom. Deus aũt scribit,
patientiæ, & solatij det uobis idipsum sapere in alteru-
trum. Sanct. Iac. in Epist. Confitemini alterutrum peccata
uestra, & orate pro inuicem. i. mutuò alterutrum, probat
Valla. quandoq; copulatiuè pro utrunq;. Colu. Necessa-
rium alterutrum fuit. lib. 12. Vter compositione simplex
de duobus tantum loquitur. Horat. lib. 2. Vter horum est
insanior? Gell. lib. 1. ex duobus malis, uter maior esset, cũ
mittendum curaret. Ouid. Meta. lib. 4. de Pyramo, & Tis-
be. Partiq; dedere oscula quisq; suæ non peruenientia cõ
tra. rectiùs uterq; dixisset. utrum aduerbium inde illatum
multiplicem interrogandi modum habet. utrum hoc fe-
cerit? Vtercunque infinitum intellectum habens, siue
hic, siue ille, signat. Cice. ad Torquatum. Ita magnæ sunt
copiæ utrinque paratæ, ut utercunque uicerit, non sit mi
rum futurum. quid hoc? nisi siue Cæsar, siue Pompeius.
Vterlibet, & uteruis duorum intellectum adsignificant.

Plurium partitiua non iterum breuitati consulenti re
censenda, quò sint preciumoperæ duxi, de quibus in di-
stributiuis satis abundè copia habetur. inde ergo expedi-
ti eò properemus, ubi quis & uter quomodo differant si
ri liceat. Quis ergo de pluribus, quàm de duobus interro
gare, & aliquando de duobus, uter de duobus tantùm per
cunctari, quis unquàm non accepit? dic ergo quis digi-
torum longissimus? Quis, aut uter pedum constantior?
utra manuum est fortior? sed hæc alibi. Quid discrimi-
nis alter, & alius habent? Alter de duobus dici, uel re-
rum uel partium. Alius de multis, notum est omnibus: li-
cet

cet non oẽs rectè usus Valla stipulatur, legerimus. quale est illud Macro. Cùm igitur asseruerimus ouatuor in cor pore fieri digestiones, quorum altera pendet ex altera. di cendum erat alia ex alia, Valla ait. Ouid. De nouem pica rum transformatione. Alteraq; alterius rigido concresce re rostro. Ora uidet Quare (Laurentius ait) dicamus aliquando sic loqui esse permissum, contraque nonnunquàm de duobus alius dicimus. Vnde loquens de quatuor patriæ nostræ aquarum meatibus, altera est scaturigo balneis proxima, quam sanctam nuncupant, Fazellus ait. Sed ni fallor, alteri ibi ordinale est quasi dicat tertia. Tu autem Cicerone dicas, duplices similitudinis esse debent, unæ rerum, alteræ uerborum? & Marone. Aurea ala decem misi, cras altera mittam. Quod partium est. item alii uirtutem præponunt, alii uoluptatem, alii indulgentiam: plura essent, sed omittenda breuitatis gratia.

Partitiua solus, & unus multitudinis tum societatis exclusiua sunt. Ouid. Met lib. 11. Inter mille uiros murum tamẽ occupat unus. Plin. Accipenser unus omnium squãmis ad os uersis cõtra aquas narando meat. Et lib. 11. Terrestrium solus homo bipes. Vnus eleganter pro solus capitur. Plin. Iunior. Regulus est unus bipedum omnium nequissimus. Semper superlatiuum admittit docente Valla cũ genitiuo, similiter ablatiuo, & accusatiuo præpositione mediãte. Vt unus uel etiam solus omniũ, ex omnibus, uel inter omnes. Quint. lib. 10. Solus omnium nõ remittit sibi. Dico genitiuum omnium solus regere. De uno inter oẽs præcipuo coniunctim sermo est. Nã unus ex fortibus, unus populo alteram formã habent. illud quasi incredibile, hoc contra. Vt hirundo sola auium non nisi uolatu pascitur, ut incredibilior sola sit. Vnus autem rarò utimur nisi ad cæterorum discretionem significandam, quale audiui è magistro Grammaticæ doctissimo, ubi ipsius, positu, uno nequaquam opus est. Atqui Terent. in And. vnam (inquit) aspicio adolescentulam. Verg. libr. 2. Iamque adeo super unus eram cum limina Vestæ. in quibus (teste Donato) unam & unus ex consuetudine sunt, tol

diſcretum;entium(ut ita eloquar)aliud ſubſtantia, aliud accidens;Colorum aliud album, aliud nigrum, ſed nullum eſt partitiui regimen,ubi aliud ſubſtantiuè ſumitur.

Nec quidē hoc altioris eſt negocii,cū puta totū partitionis pluraliter ſit flexile, tunc partes pluraliter æq; pariter poni, qs eat inficias? Vt binarū literarū tuarū, unis reſpondi, alterarum me pertæſum fuit; binarum ædium unas decem, alteras duodecim aureolis locaui; binarum nuptiarum unæ mihi placuerunt, alteras uerùm faſtidiui; ſcalarum unas longas, alteras breues emi; Armorum una noua, altera rubiginoſa imperator militibus dedit.

Illud iugiter etiam diſcutiendum ſubit, quo porro intellectu aliquis & quidam inter ſeſe differant; de quibus ſic pleniſſimè Laurentius habet; quidam propoſitionem ſingularem facere quem latet? perinde, ut hic, uel iſte, uel ille. Ita differt ab aliquis, quòd quidam dicitur de certo homine & noto, ſcitoque loquenti, probatur ſcholium per illud in Euang. cùm Dominus ait. Ite in ciuitatem ad quendam.i.certum notum, ſcitumque. ipſi Domino Ieſu; aliquis uerò de incerto dicitur & ignoto. vnde male dicitur; quidam, neſcio quis ſit, me uocauit, pro aliquis; & licèt ſæpius confundantur, differentiæ tamen ratio non ſpernenda eſt; plura dicenda modò erant, atqui uſus breuitate gaudens oppoſita Echeneide ingenioli cymbam noſtri, uelis, uentis, remis, longiſque uigiliis impulſam hic remoratur; Sed de his pleniorem leges ſyntaxim apud Vallā in motis contra Antoniū Raudenſem. vbi liquidò aſſeritur(docente Laurentio)aliquis ſignum ſingulare nullius eſſe perſonę certę ſignificatiuū.

Tantùm honeſta puer indole in hoc & diſtributiui, ac breui partitiui corollario obuium eſt, quod quò minùs poteſtatem abeundi tibi faciam, remoratur, ut quæ uerſaretur inter grammaticos ambiguitas mutilata nobis ſupra, ſin diſtributiuum idem re cum partitiuo communicet, an non, tollenda, ſoluendaque eſt quæſtio. Diſtributiuum autem partitiuum cumque his adiunctum diuiduum.i. id, quod in duo diuiditur, ſynonima ferè dici poſſe habet, docetque tota grammaticorum Reſpublica,

ca; ſed quis ais ſynonima? non id profectò intelligo, ſynonimum nomen eſt, quo diuerſa unũ ſignificant, cumq; ſub diuerſis uocibus diuerſa idem unum repræſentat, qualia Amor, pietas, beneuolentia, charitas, quæ diuerſa unius omnia ſenſum ac intellectum amoris habent. Idem ſunt, enſis, gladius, & mucro; ortum habet à Syn, ideſt cõ, quod ſimul eſt; & omnia. Quaſi dicat nomina, quaſi nomina ſimul idem ſignificantia. Hoc eſt. Cum ergo diſtributiuum & partitiuum eandem formam habeant, quòd diſtribuire, atque partiri ſignificatione conueniant (qui enim diſtribuit, is partitur) qui diſtinguantur, nihil eſſe contendunt, proptereaque tum hæc, tum etiam illa priſcos diuidua nuncupaſſe, quòd à duobus uel à pluribus ad ſingulos habeant relationem, uel ad plures in numeros pares diſtributos, ut uterque, quiſque & terni. Nam uterque duos continet, habetque ad ſingulos relationem copulatiuè ſic. Vt uterque ueſtrum ſtudet. Quaſi dicat tu, & iſte. Quiſque relationem habet à pluribus ad ſingulos. ut quiſque ueſtrum currit. Quaſi dicat tu, & iſte, & ille, itaq; de ſingulis. Terni uerũ hẽt relationẽ à pluribus ad plures in numeros, diſtributos pares, uerbi gratia terni currunt, ideſt tres cum tribus aliis, nã quando diuiduũ reſpectu aliorum, quando numerale abſolutè, tresque præcisè ſignificat.

Sed longe mihi mens alia fili mi; ſi à tot chariſſimis Chiappiſio capitibus diſſentire fas eſt, namque preſſius longisque intuentibus moribus, quid diſtributiuum, quidue partitiuum habeat ſonetque, longe alia ratione dicta uidebuntur, ceu ſequens epilogus breuiter omnia tegit. Vnde aduerte quoniam diſtributio in aliqua ſit ſemper proprietate uerbi, atque id ſemper agat, ceu ſingulis quibuſque alicuius nominis communis eandem diſtribuat proprietarem; eundemque actum diſpenſet, quale eſt quiſque ueſtrum legit, ubi diſtributiuum, quiſque hanc proprietatem huncue actum legit, ita ſingulis quibuſq; ſub hoc pronomine (ueſtrum) contentis, quotquot ſint attribuit: impartiturque, & nullus omnino ſit ex uobis, cui proprietas legendique actus non tribuatur: Atqui parti-

tio non ita, quæ fiat in tot aliquo, necesse sit, unde partem trahit, cui soli, ceu meminimus, proprietatem impertiatur, quale. hominum aliquis bonus, aliquis malus, quæ hæc est distributio? atqui tantum partitio, de toto pars trahitur, aliquis, atque aliquis scilicet, quorum uni bonitas, alteri malitia uero datur, in legitima unde distributione, distributiui signum, proprietatem, cum nomine aliquo appellatiuo, tria hæc necessaria esse Epilogus habet,

Super hæc? quò id secunda quoque muniatur differentia, prædicant Grammatici ducta per maiores fama, quod res fama quod res ipsa probat distributiuam partitiuum complecti, in plus se habet profectò distributiuum quam partitiuum, illud uniuersale, hoc particulare esse, confirmat antiquitas.

Hoc opus fuit fili mi, quod tibi dicatum humanitate literarum illustri maxime uolui, non admirabili rerum cœlatura, non singulare auri uel argenti arte insignitum non lapillis uariantium colorum quadratis, contextum, non uermiculato opere illitum, nec ulla denique est (ut Fazelli uerbis utar) antiquorum uirorũ ex hetrusco marmore excisa illustri decora tum pictura, sed sudoris uultus mei guttis sanguinei undique bene sparsum habes. Quod quoties uisendi atque legendi copia atque facultas dabitur, toties quoque mei, qui tibi supra quam cui quam credibile est satis elaboraui, si quid meorum pensi laborum habes, memor esto, uale. meque à canum morsibus serua.

D. VITI CHIAPPISII, SACCENSIS,

Grammaticarum inſtitutionum LIBER VNDECIMVS.

De Comparatiuis.

O FAVSTVM & fœlicem hunc diem, quã do reiecta multorum admiratione pro te, bonarum literarũ eruditisſime, in me frequenti: quòd deuotus tuus ego ſemper alũnus ac propè frater, tuisq; in oĩbus adiutus unius obſequiis, tot meritorum inſignia nullis nedũ remetirer ſcriptis, ſed & quoque quem tanquam lumen immenſum, æternum honoriſque mei luminare ſemper habui, quem ego ipſe (Deus mihi teſtis) maximi feci, quemque æque pariter charum habui atq; uitam meam: eius (inquam) ipſe ego apud me memoriam frigeſcere ſinam: Amorem erga te meum inter alios præcipuum literis ſolenni charactere expresſis dulcisſime frater leni manuum tuarum contactu ſuauiter, comiterque compenſes: Id effectum cenſui, uti quicquid præſens teſtaretur pagina, id totum ſub inſigni nominis tui titulo Seruator prodiret; feci (inquam) non ut par pari relatum quãdoque haberes, pro cuius honeſto erga me amore ac potius pietate, ſi uitam (ut ait Cicero) effunderem, nec minorem quidem tuorum erga me munerum partem aſſecutus uiderer, ſed ut me & omne meum perpetua tibi ſeruitute dicatum eſſe cognoſceres: munuſculum uerò chartaceum inter præcipua exquiſitisſimaq;, ſi qua in te noſtra munera extant, admitte, atque

adeo quàm quod preciosissimum inter gemmas uasaque egregia arte laborata, id profectò animus tui amantissimus meus offerre intendebat; quicquid id est, æqui boni que consule: vnde si quid elimatum uidebis elapsum, amica lima castiga, idque acuminatas inter inuidentium linguas ne mordendum cadat, prudenter agas. vale animæ dimidium meæ, cumque, quò ipse eripiar è faucibus malignantium, mecum exora, qui ex camino ignis ardentis eripuit illæsos Israelitas pueros sperantes in se.

Procedat igitur, mi frater, dulcior quàm quod dulcissimum mihi, varijs distinctus comparatiuorum institutus sermo figuris; Comparationis (modò meis Christus faueat incæptis) tres esse gradus & Triuiales pueri quoque elementarij maximè profitentur, Positiuum scilicet & cum comparatiuo superlatiuum. Positio, uel (si id mauis) absolutio (positiuum) quoniam absolutum quoque est) cùm elatio citra comparationem sit, quale fortis, modum certum, quendamque absolutum habens, qualitatem ipsam cum quantitate hactenus simpliciter quoad se absoluteque nec aliquo relatam adsignificat. quale candidus, formosus, quæ nulli qualitatem candoris, aut formæ relatam demonstrant; Comparatio autem cùm uerè elatio cum relatione sit ad alium, aliosue tàm sui, quàm alieni generis, eandem (inquam) qualitatem cum quantitate simpliciter per positiuum ad missam tollit, vel deprimit; quale, Chiappisius te Siculo doctior; Idemque Græcis prudentior. Cæterùm superlatio, horum maxima, quantum in se est eo usque hanc qualitatem cum quantitate prouehit, tollit, sursumque educit, ut iam determinet, metasque omnino figat, ultra, postque quas progregi cuiquam cautum est. Ex hac triplici graduum distinctione, positiuum quid, quid comparatiuum, atque superlatiuum sit liquidò quis non dum accepit? Positiua uoces sunt rerum simplices absolutæ nil præter earum naturam, citra augmentum, & diminutionem qualitatis, uel quantitatis demonstrantes; Comparatiua uerò cum superlatiuis in genere dici ad aliquid natura eorundemq; forma condemonstrant, nam nisi

nisi alicuius, aliquorumq; respectu est fortior & fortissimus: Atqui commodius Lancilottum consule, quid Aelius Grammaticus super his habeat, edocentem; cuius uerba præsens forma admittit. Positiua (ait Moderatus author) uoces, quas sibi quæque imposuit, dici. Si autem vis hæc ad nomina tantùm referatur, tanquàm ad placitum uox ex decreto primorum instituentium, aut ad rem est; aut in communibus; Si enim ad rem, uoces omnium substantiuorum positiuæ dicuntur; quia positæ sunt ad signum rei. Vt homo, lapis, liber, domus; Si autem in communi positiuum est quod impositum, ut accidentia denotet, naturæ uel proxima. Vnde ex his uerbis numeralia, ut duo; Diuidua ut bini; Interrogatiua ut quis; relatiua ut qui, qualis; Infinita ut quicunque; distributiua ut omnis & quilibet; Gerundia & possessiua, quia extra hanc positionem sunt non accipi numero positiuorum; Item gentilia, patria, ordinalia, partitiua, uerbalia, præter utilis & fertilis, similiter participia, quo iure necessariò fiunt nomina uel transeunt in uim nominis ad comparatiui formationem; non enim extra uim positiui nomina possunt suscipere magis, & minùs, quod suum est significationis comparatiui; Item pronomina & aliæ orationis partes, quæ nisi aliquo participe sensu positiui uidentur posse augmentum, uel diminutionem suscipere, de quibus loco suo latiùs. Aliud habet Gell. lib. x. de positiuo; A naturali (inquit) positiuum differt, quod fortuitò & arbitrarium impositum est. Naturale, quod quadam ui & ratione naturæ factum est, rationemque assignat super hoc Nigidii. item Varro, positiuum dicit, quod non à singulorum uoluntate oritur, sed à communi consensu, quod ad rationem linguæ facit cuiusque. Hæc ille. atqui his modis positiuum ad rem nostram nihil congruit. Sed ut ocyùs hinc me eximam positiuum pro nostra re tanquam basis, ceu prima positiuum matera comparatiuis atque superlatiuis in flectendis constituta; cuius quidem ratio, aut accidentis, aut substantiæ significationem habet, secus nec comparatiui nec superlatiui forma ulla admitteretur. At dices

suppu-

ſupputans nec ſubſtantiam neque accidens formam co
paratiui admittere, cùm neutrum eorum magis & minu
ſuſcipiat, quod eſt præcipuum in comparatiuis. hoc e
nim philoſophus habet ſubſtantiam, nec magis, nec m
nus ſuſcipere; nec id diffiteor; item qualitates, uel qua
titates, uel ipſa accidentia abſtracta intendi, nec remitt
poſſunt, qualia albedo, nigredo, longitudo, latitudo
& id genus; utroque igitur concretum uel admixtum m
ximè intenditur & remittitur, qualia longus, albus; hæ
autem qualitates, uel qualitates ſubſtantiis inhærente
ſunt: eo igitur modo ſubſtantia & accidentia comparati
ui formam induunt. hinc poſitiuum, niſi quod qualita
tem, uel quantitatem ſubſtantiæ inhærentem dicit; ſit
neceſſe eſt. uel ut communiùs dicam, poſitiuum eſt om-
ne adiectiuum, ex quo fit comparatiuum, qualitas cuius
uel quantitas augeri poteſt uel minui; ſed de his non
vltra.

Ea quoque te inſtitutum inſtitutione uolui, quæ
ab Grammatico dogmate abhorrens, nec deuia ſit;
quare comparationis gradus, nec plures, nec paucio-
res tribus admitti? Omnis nanque comparatio fit cum
motu in termino à quo, aut in termino ad quem per-
manente; ſi igitur motus in termino eſt à quo, tum
eſt poſitiuum, nempe uox abſoluta (ut dixi) concretam
qualitatem cum quantitate ſimul ſignificans; compara-
tiuis, ac ſuperlatiuis inflectendis fundamentum ponit,
unde ſibi nomen uendicauit, poſitiuum à ponendo; ſed
impropriè gradus dicitur, eo quia ab eo alii orian-
tur gradus; Aut in termino ad quem motus erit, tum
dupliciter: aut enim unum & id perfectiſſimum dicet,
& ſic erit ſuperlatiuum, ſupra quod non eſt aliquod a-
liud dari: aut in reſpectu, ſic erit comparatiuum inde
dictum à comparando, quòd cum reſpectu ſemper fit.
Hinc ergo illa priſcorum Grammaticorum omnes in-
ſtructa ſcientias trino, & quidem perfectiſſimo (teſte
Auſonio) comparationem numero ſeptam edidit, at-
que tribus diſtinctam gradibus recentiorum ætas ad-
mittit. Signatè autem poſitiuum gradum impropriè
dixi;

dixi; quia tantùm æquat, per se perfectè ponitur, & absolutè nullius ope coniunctionis indigens, estque graduum principium, at comparatiuum, & superlatiuum sicut in scalis (ut aiunt) gradus sunt, per quos ascendimus, & descendimus, ita iis ad plus de aliquo denotandum utimur, fitque illud sine elatione, quam hæc semper admittunt.

Apud ueteres philosophos cæteras præter philosophiam scientias callentes præcipuum fuisse arbitratus nec id quidem apud ipsius eloquentiæ Magistrum candidissimum Arpinatem Ciceronem uitiosum, optimè (inquam) ratus primum omnium diffinitionem rei venari; Quid ergo longis his præceptionibus ab ea pleniores sermones admitto? Illò igitur propero, unde rerum philosophantes naturalium prodiisse satis abunde claris innuere proditionum formulis. Comparatiuum est, igitur (ut id ætatis Grammatici profitentur) uox ad aliquid significatiua, qua concreto aliquo in accidente, quis alteri præfertur', iuxtaque etenim significat, ut positiuum cum aduerbio magis. Edissere quid sit uox ad aliquid significatiua? Ad aliquid nomen est (teste Sulpitio) quod sine illius, ad quod dicitur intellectu, proferri non potest; qualia, pater & filius; duplum dimidium, magister, & discipulus, quorum alterum, respectum ad alterum dicit; ita comparatiuum respectum ad rem habet excessam; ut ego sum longior te. Spero fore, ut hanc diffinitionem studiosa non improbet iuuentus; atqui si quam triuialem magis, atque communiorem habes, eam quæso admitte. Comparatiuum quoque est (uniuerso accipiente authorum uirorum collegio) quod cum positiui intellectu, uel cum aliquo participe sensu positiui, aduerbium magis significat. id non satis habeo, quid [cum intellectu positiui] sit; Id, quod medullitus accepi, intellige: ut puta ultra illud, quod positiuum habet ex sese, & adsignificat: vel quātùm positiuum cum magis aduerbio, ut doctior, idem habet, magis doctus. Albior, idem est magis albus, hoc est supra positiui intellectum, quid supra com

para-

paratiuum admittit: longior etenim superiùs est, quàm longus. Narras probè, sed aliud maius obuium occurrit, Quid illud mali est? dic. dicam [vel cum aliquo participe sensu positiui] quanta inde ambiguitas animo irrepat, à sæculo non est auditum. Intellige nomina (ut Lancilotus refert) propria & appellatiua substantiua, quæ cùm nullam comparandi formam habeant, eorum tamen uis participe sensu positiui accidens quoddam adsignificat: vt Neronior, Ganymedior, Pumilior. Vel intellige quamcunque (ut Saulus cum Scop. ait) orationis partem, quæ cum nullam positiuam uim habeat, formam induit comparatiuam participe sensu; qualia sunt aduerbia, doctiùs, sanctiùs, altiùs, sapientiùs, ideſt magis doctè, sanctè, altè, sapienter; hæc nanque positiua non sunt. vel intellige iuxta Prisciani doctrinam, omnes comparationes, quæ cùm fiant ad personas, uel res positiui participes; nascuntur à dictionibus carentibus casu, sicut ab aduerbiis, de quibus suprà; vel à uerbis, vt detero, deterior habet: seu à præpositionibus, ut supra, citra, infra, & extra, superior, ideſt magis supra, quàm ille, qui supra est. Citerior, ideſt magis citra, quàm ille, qui citra est; exterior, ideſt magis extra, quàm ille, qui extra est. Sic interior, ideſt magis intra, quàm qui intus est: hæ autem comparationes (ut Priscianus ait) ad ipsa aduerbia, nec verba, nec ad ipsas præpositiones; sed ad personas, uel res participes aduerbiorum, verborum, nec non est ipsarum præpositionum huiuscemodi fiunt; quòd nascuntur ex his ipsis aduerbia comparatiua, quæ cum magis ipsum positiuum aduerbium verè significant, ut citeriùs, magis citra: superiùs, magis suprà: ulteriùs, magis ultra; inde ad personas resq; sensus positiui participes referuntur. hæc Priscianus. Cuius sic confirmatur ratio. Quoniam autem, ultra, citra, supra, & similia, duo cùm significent, locum propriè, unde nullam comparandi uim habent (substantia enim locus) distantiam autem per accidens, iuxta cuius significationem ad comparationem descendere claret: distantia nanque Quantitas est, quæ fit cum magis & minùs: itaque

citerior,

citerior, non respectu loci, qnem ratio admittit præpositionis, sed respectu distantiæ eius habetur. hoc illud est, aliquo positiui sensus participe.

Aliud qnidem potissimum super hoc idem pleniores profectò elegantiarum sanique consilij memoriæ produnt, quod (sensu participe) est propter illa nomina (ceu Lancilotus habet) & benè, quæ non uoce, sed significatione tantùm formantur, qualia bonus, melior, & à malus peius habetur, quandoquidem sub diuerso à positiuis formantur charactere. pro cuius præceptionis intellectu illud prætermittendum non censeo, quod memoria proditum est; Comparatiua scilicet, & superlatiua trifariam è positiuis deduci. Aliàs secundùm uocem, & significationem simul, ut doctus, doctior, doctissimus; Candidus, candidior, candidissimus. Aliàs significatione solùm, ut bonus, melior, optimus. Aliàs uoce sola, sed non propria significatione, uerùm aliquo participe sensu positiui, qualia citra, citerior, citimus, secundùm Priscianum. atque hæc hactenus.

Nec illud obliterandum est, quod tantum quæstionis inter authores habet, quantum calamo uelociter scribentis, nec atramento scribi nullo modo potest. Iandiu quæsiuit antiquitas, comparatiua an ab omnibus, à quatuor, à duabus, an à pluribus oriri partibus orationis necesse sit: sed quot capita tot sententias supputant, totque diuersæ consequuntur studia. maximè etenim omnium fieri putat vulgus semidoctum eorum, ut à quatuor potissimum partibus orationis comparatiua fiant, à nomine adiectiuo, quod incrementa ac diminutiones accipere possit; quale Doctus, doctior, doctissimus. Magnus, maior, & maximus. ab uno uerbo detero, ris, fit deterior, & deterrimus: sed hoc non satis congruit. Si Prisciano, Lancilottoque credimus. deterior enim & deterrimus à positiuo antiquo deter, tera, terum, quod etiam Herodianus affirmat; non autem à detero, is, quod non malum esse significat, ut illiteratorum habet argumentum; sed idem est, quod Minuo, uel consumo: hoc autem licèt Priscianus nõ probet in comparatiuis, tamen alibi in examinatione

tione decima, ceu Terentianus ille Dauus, qui modò ait, modò negat; non recordatus eorum, quæ ante dixerat in comparatiuis, longo profitetur epilogo. hoc idem dicebat Vates Lyricus Horat. Car. lib. 1. Ode vj. Ad M. Agrippam. Dum pudor, Imbellisque lyræ musa potens uetat Laudes Egregij Cæsaris, & tuas Culpa deterere ingenij. ubi Mancinellus, Moderatus, cum Badio doctissimo deterere.] idest diminuere exponunt. Gel. Apud Cæcilij fabulam, Quantum aliquid in uita deterat, idest diminuat, uel consumat exponit, iuxta proditionem nostram contra Grammatistas. De potior nulla extat controuersia, nam ipsemet Priscianus fatetur dici posse à positiuo potis, te. Sed Donatus ante eũ asseruerat à potis potior, non à potior potiris, nec à possum, es, fieri. A præpositionibus, ut à post, posterior, postremus, à citra, citerior, citimus. ab infra inferior, infimus: sed in hoc Prisciani testimonium non accipimus contrauenıente uniuerso Grammaticorum Collegio. sed uolens idem author probare à præpositionibus fieri cõparatiua, à superlatiuis arguit. si ab exter (ait) ueniret exterior, diceretur quoque exterrimus, ergo tutiùs ab extra præpositione, at non aduertit tantus (teste Lanc.) Vir, quòd legitur extimus, de quo Cicero, Apuleius, Martianus, & Macrobius fidissima habẽt testimonia, quemadmodum à dexter dextimus, ab inferior, infimus, à citerior citimus legimus, & posteriores declarabunt formulæ à præpositionibus comparatiua fieri dissentaneum, à positiuis autem earum (ceu infra patebit) satis hercle congruit. Ab Aduerbiis postremò, sicut à pridem, prior, & primus. quod nonnulli negant simul, & uerbum cum aduerbio esse positiua ea authoritate Plinij, quòd prior, & primus, & ocyor ocyssimus prima careãt positione; ipse tamen (liceat tandem pro ueritate loqui) ab aduerbiis perpauca comparatiua oriri non diffiterer, qualia à pridem prior, à sæpe sæpiùs sæpissimè. diu, diutiùs, & diutissimè, hæc enim legem constituere non crediderim, de quo infra.

Supputant triuiales ab his quatuor, à participiis quoque deduci comparatiua, aliqui remouẽt, ea persuasi opinione,

nione, quòd nullo dubio efficitur nomen comparatione participium, quocirca hoc participium, uel potiùs nomen, Amans, à quo deducitur comparatiuum amantior, transit in uim nominis: nam si participium, participij constructionem admitteret, seu sum amantior uirtutem te, sed claudicat: secus sum amantior te uirtutis, quod Priscianus uerè confirmat.

Nulli esse ulli opinionem nostram, quæ (ni fallor) nulli quidem uitio est obnoxia, ignotam credo, qui post vbi sub nostra disciplina militauit; Poetas, Oratores, Comicos, Grammaticæ proceres, omnesque Latinitatis authores attentè excusserit, eorundemque pensa benè uentilauerit. Comparatiua à nomine tantùm adiectiuo. s. admitti, cuius qualitas, uel quantitas augeri, seu diminui intendi, atq; remitti possit. ut à docto, doctior, doctissimus. ab albo, albior, albissimus. & id genus.

Curiosam sententia tua mi frater disputationem admittit; an repudias consilium, quod priùs intenderas? nō tu idem ab aduerbiis, & à præpositionibus nonnulla nasci comparatiua opinatus modò ex nomine tantùm adiectiuo comprobas? quæ hæc est controuersia? quæ Metamorphosis? quæ inanis ratio? quæ tandem futilis & uana sententia? hoc tantùm igitur pensi absolue. Hei mihi quid tantùm hæsitas? quid ambigis modicæ fidei? Concesserim maximè & à præpositionibus comparatiua fieri perpauca, necnon & ab aduerbiis; præpositio enim vnum comparatiuum admittit, quale proprior à prope. Aduerbium uerò quatuor, nec plura, nec pauciora, ceu omnium memoria proditum est; qualia à pridē prior, & à sæpe, sæpiùs, sæpissimè. à citò citiùs, citissimè. à diu diutiùs, diutissimè. quorum turba cùm minima sit, legem constituat ex sese, ratio nulla probat; lex enim (ut aiunt) uniuersalium est, non particularium, uel singularium. non abs re igitur à solo nomine adiectiuo qualitatis, aut quantitatis (cuius indiuidua maximæ multitudo comprehendit) comparatiua simul, & superlatiua profitemur oriri. Contentus.

Alterum quæsitum habeo, nec quidem obticendū, an

idest iudicium de nomine substantiuo? atqui mihi uidetur: quoniam accidentia per ipsas substantias suscipiunt magis & minus. Substantiua comparari Grammaticorum nulla hactenus schola legit, quia eorum significata non intenduntur, nec remittuntur, substantia, nec augmenti, nec defectus copiam habet, nec illud refricet, q utique loquimur. Plato est doctior Socrate. ubi præsens forma duo substantiua comparari, subin magis & minus simul pati docet. dico nomina substantiam significantia posse comparari, atque magis & minùs accipere nullo modo posse: substantia enim secundum esse suum non est magis substantia, altera: ita quòd ego sum magis Petrus te Petro, nefas est dicere. atqui si nomen substantiuum comparatur non ratione modi substantię, sed potiùs ratione modi qualitatis, uel quantitatis, uel alicuius accidentis respectu communis substantiæ adhærétis, quod uerè augeri, & diminui potest. hinc quoq; pronomina cùm meram sine qualitate substantiam adsignificent, comparari censura nostra recusat; quocirca cæcutiunt, & grauiter peccant ab ipse, ipsior, & ipsissimus dici posse censentes, quod deuium & omnino barbarum non supputauerim. Sic ea, quæ supra commemorauimus incrementi, uel diminutionis non patientia; qualia, patria, gentilia, relatiua, diuidua, cum distributiuis partitiua.

Prætereà sedet in animo, quod nuper de præpositionibus præceptum est. Citerior (habes) non à citra, præpositione, sed rectiùs à citer, antiquo positiuo, quod & alia cùm ex usu excesserint, debent (sic in animum induxisse mihi uideor) & ipsa quoque comparatiua, quæ inde formantur à communi propulsari usu; nanque radice arboris arescente, & folia eius arere necesse est. Soluit hoc quæsitum Motycanus Saulus, cuius uerba breuibus connectam: & si (inquit) simplex non fuerit ampliùs in usu, cōparatiuo quoque priuari, non sequitur: multa etenim comparatiua quorum positiuis non utimur, ita & multæ partes orationis habentur compositæ, quarum non extant simplicia. simplex autem est (inquit) nedum pars ipsa

non

composita, sed etiam unumquodque unde aliquod formatur, ut deter simplex absoleuit ab usu: remansit autem eius comparatiuum deterior? non iure pro patre filius plectitur, nisi cum is idem malefecerit; sed suppures, quare illa magis absoluerunt atque hæc? Sic placitum est latinitatis ducibus, nobis autem summopere annitendum est, iis potissimùm utamur, quæ præsens doctorum cõsuetudo atque frequens, quod comprobat usus, iuxta illud Horatianum in Arte. Multa renascentur, quæ iam cecidere: cadentque, Quæ nunc sunt in honore uocabula: si uolet usus; Quem penes arbitrium est: & uis, & norma loquendi. usus igitur exter absoletum abiecit, exterior candidum accepit, & hactenus seruat.

Comparatiui commercium ea nomina subire audent, quæ qualitatem cum quãtitate suscipiunt, aut ab animo, qualia iustus, doctus; aut à corpore extrinsecam, qualia niger, albus. Aut à fortuna, extra positam, qualia sunt, miser, pauper, diues. Aut à mensura, ceu longus, breuis, & altus. unde obuium est, an comparatiuo sint alicuius speciei? est alicuius speciei, dic quotæ? Deriuatiuæ, quia cõparatiuum modum essendi designat circa rem suam, quæ in secunda natura, non in prima est, uel quòd rem suam significat aliunde descendentem, ut à sapiens sapientior, à fortis fortior, à doctus doctior ex sese deriuat.

Comparatiuum & comparatio à comparando, idest ab assimilando nomen habent, unde comparatiuum; Quasi dicat assimilatiuum: per illud nanque hominem homini, remque rei comparari contingit: Comparatio uerùm cum sit similium, uel diuersorum minorum ad maiora, uel contra maiorum ad minora collatio, longe alia est à similitudine, comparatio uel comparatiuum id semper agit, ut præferat alterum: ut sum ditior te. Sum sapientior Petro; ubi tu, & Petrus prçferuntur. At similitudo semper æquat, rectoque appendit uibramine; ut sum doctus sicut tu; Petrus est diues, & Martinus, ubi nullus est qualitatis excessus, sed maxima æquipollentia.

Sunt ecce, quæ comparari possunt (ut Priscianus habet) nomina uel secundæ, uel tertiæ declinationis: si

uerò secundæ sint inflexionis mobilia sunt, idest in, er, & in us, desinentia in a, fęminina, & in um, neutra definit; & assumentia in genitiuo, syllabas, or, & us, faciunt comparatiua correpta penultima semper; Exemplum habent, pulcher & niger, pulchri, nigri, pulchrior, pulchrius, nigrior nigrius, itē doctus, docti, doctior, doctius, īflectūtur trib. īstructa articulis sicut mobilia; vt hic, & hęc doctior, & hoc doctius. multa tamen sunt (ut loco suo dicetur) à hac regula errantia atq; deuia anomala. Quæ uerò tertię declinationis sunt nomina, quæ comparantur mobilia similiter leguntur; Atqui uel communia sunt in is, (doctore Prisciano) desinentia, & faciunt neutrum in e, uel in er, sunt masculina facientia fęminina in is, & in e, neutra; Vel in er, es, ns, rs, & in x, duum, uel trium generum communia sunt. assumunt pariter in datiuo, or, & us, syllabas correpta eadem penul. exemplum habent, hic & hæc fortis, & hoc forte, datiuo huic forti, fit hic & hæc fortior, & hoc fortius: hic acer, hæc acris, & hoc acre; datiuo huic acri, hic & hæc acrior, & hoc acrius hic & hæc & hoc pauper, datiuo huic pauperi; hic & hęc pauperior. & hoc pauperius. hic & hæc & hoc locuples. datiuo locupleti. hic & hæc locupletior, & hoc locupletius. hic & hęc & hoc sapiens, datiuo sapienti. hic & hæc sapientior, & hoc sapientius. hic & hęc & hoc iners, datiuo inerti. hic & hæc inertior, & hoc inertius. hic & hæc & hoc audax, datiuo audaci hic & hæc audacior & hoc audacius. Est quoque sciendū, quòd omnia in or, desinentia comparatiua sunt communis generis, ut doctior, melior: Mutantia uerò or, in us, neutra faciunt: uno tantùm excepto, quod cùm à suo fiat positiuo quantùm ad suam uocem fixo. i. substantiuo, seruat comparatum genus eius. quale, hic senex, datiuo huic seni, hic senior, comparatiuum sub uno habet articulo. quanuis commune proferebat antiquitas; ut hic & hæc senex. inuenitur etiam à nequam, quod est indeclinabile trium generum, tam comparatiuum quàm superlatiuum, ut nequàm, nequior, nequissimus. Hæc ille.

Comparatiuus gradus nullo præeunte construitur casu,

su, sed conuenit cum præcedente substantiuo sicut adiectiuum cum suo substantiuo, in genere, numero, & casu. Cæterùm post se citra positiuorum casus (de quibus canon extat) non ablatiuum sine præpositione (ut illiterati profitentur, ac diobolarij pædagogi) sed septimum casum regere, pulchrè dicitur; mecum ponunt Honoratus grammaticus, Sergius cum Donato, quibus copiosa grammaticorum turba astipulatur uno inde excepto Capha. & Ald. hoc idem supputante. Sed ne grammatistarum pedibus opinio nostra conculcetur, signatè inquam cum septimo casu, non cum ablatiuo sine præpositione comparatiuum construi exporrecta fronte edocui; quoniam ablatiuus ab auferendo dicitur (teste Donato) quòd ablationem, seu detractionem significat, quam comparatiuum admittere unumquemque latet; sed superantiam, significationemq; efficientem cum re in augmento; quod proprium est atque suum casus effectiui: ut sum fortior Petro. quid aliud innuo, nisi supero Petrum fortitudine? ergo augmentum, & superantia est, nulla ablatio, seu detractio. comparatiuum igitur septimum casum admittere, aut effectiuum non nefas est asserere. ut Doctior te.]

Quæsitum & quidem maximum ex curiosorum augmentis subit, cuius tibi iucundissime frater copiam facio; quare latini magis tribuunt comparatiuo septimũ casum ablatiuum (ut aiunt) quàm genitiuum, at contra superlatiuo quid potiùs genitiuum quàm ablatiuũ? cùm utriq; genitiuum det græcorum Academia? fit hoc (si Laurentio credimus) tollendæ ac penitus ambiguitatis gratia remouendæ inter utrumq; gradum. Alteram acutiorẽ expiscati ingeniosiores dicunt; quia casus, qui comparatiuum consequitur, significare debet rem, quatenus ab ea sit modus in augmentum, & quia nullus apud latinos casus est, qui modum rei cum augmento significet, nisi (author est Varro) propter hoc necesse fuit comparatiuo casumq; ablatiuum attributũ oportuit, qui significantiam efficientem & modum à re habet. ut ego sum doctior Francisco. Francisco, uox hæc, significat modum in

augmentum doctrinæ à Francisco in me. Superlatiuum autem genitiuum admittit more, Græcorumque imitatio ne, quæ non nisi latinitatis fonte arescente accipit.

Quid discriminis comparatiuum & superlatiuum inter se habeant, diuersimodè authorum chartæ celebres protulerunt: sed primùm omnium Laurentiana sententia admittenda est, inter comparatiuum (author habet) & superlatiuum ea in primis, quæ apud Græcos, differentia est, quòd putà comparatiuum refertur ad unum tam sui, quam alieni, & ad plura generis alieni. Vltra præter hæc Græcorum lege cautum est. Superlatiuum autem ad plura sui tantum. Re autem uera Græci honoris gratia suæ gentis, magisquam ratione ueritatis asserunt nõ posse ad multos sui generis comparationem fieri, atqui quæres quomodo Græci honori gentis suæ consulant nõ faciendo comparationem ad multos sui generis, sed per superlationem? Quia plus esse in superlatiuo quam in comparatiuo Priscianus supputat dicens, superlatiuum multo alios excellere significat, comparatiuum uero potest etiã paruo superantem demonstrare. Itaque honestius ac longè honoratius uidetur Græcis dici. Achilles fuit fortissimus Græcorum; quam Achilles Græcis fortior: nam ut Valla docet similiter, fortissimus vt Græcorum sit necesse est, tres fortitudinis gradus inter Græcos esse. Vt uero fortior sit reliquis Græcis, satis est, duos fortitudinis gradus admitti, ut pote si cæteri omnes in uno sint gradu fortes, Achilles ijsdem illis fortior in altero gradu. unde superba Græcorũ lectio, ut tres fortitudinis gradus in tota olim Græcia fuisse profiteretur; comparatiuũ ad plura sui refert non legit. Nos autem ubi latinorum lectio suppler Græcis satis cautum est; distincte enim linguæ, distinctum quoque ordinem una cum ratione regimen habent; licet in paucis imitemur debebat id omne Argutus Valla discere, quem tam mirabiliter elapsum nõ possum non admirari; solus etenim in tot laborat uoraginibus, quid autem Dux alter Grammaticæ militiæ Priscianus sentiat non longis admitiendum est moris, illò ergo propero quam maximè queo.

Fit

Fit autem comparatio (Dux inuictissimus habet) uel ad unum, uel ad plures tam sui, quam alieni generis; quod omnes unanimes uno ore profitentur eloquentię candidatis; unde hoc ideo nos inuenisse apud facundiæ beatioris homines, exempla, quæ ea subscripsimus, satis abũde docent: Arbitrata hæc uulgo mi frater putes fortasse, nisi authoritate multa confirmentur. Statius lib. 8. Et melior sis quęso deis. Amphiarai uerba sunt ad Plutonem Deum. Val. Max. libr. 4. cap. 13. Sensit Fabritius Licinius honoribus & authoritate omni ciue temporibus suis maior. Idem lib. 6. cap. 2. Tertium importuniorem superbioribus habere cœpimus rectorem. Cæsar lib. 1. Cassius adolescens, qui equitatui præerat, quòd expeditior erat his, qui inter aciem uersabantur. Ouid. tanto formosis formosior omnibus. Cicer. Ad Seruium Sulp. Mihi uideris (habet) melior esse conditione, quàm nos, qui uidemus. Mar. lib. 10. Lux formosior omnibus calendis. Hæc obiiciunt exempla æmuli ad infringendam Laurentianorum pertinaciam, in quibus omnibus si rectè meministi exemplaribus est accipere aut (omnibus) aut (aliis) aut (cæteris) aut (his) quare liquidissimum iam sit (inquiunt) comparatiuũ quicquid Laurentius, & cum eo Græci somniant, ad plura quoque eiusdem generis licere uti. Sed tuam fer sententiam.*

Mancinellus, atque uerbosus Lancilottus diris nituntur atrocissimis, aheneis (ut aiunt) atque inexpugnabilibus exemplis saltem retundere, satis atque temporis refellendis Laurentij rationibus inconcussis conterunt; Ego autem, cuius consiliũ omnibus non innotescere crediderim, & si comparatiuum ad plura sui relatum concesserim; tamen Laurentium Vallam, cuius semper dicta perinde habui, atque Apollinis oracula Delphici, cuique Niniuita multum tribuit: in mediis prætermittendum hostibus plagosum censere dedecet Chiappisium. Studebo itaque quàm acerrime potero Vallam de Mancinelli morsibus, Lancilotti atque Badii eripere, cæteri numerus sunt, & turba pusilla.

Sermonem nonne nobis Alma rerum natura dedit, ut

quod mente concipimus, id idē ore exprimere possimus eam ob rem ferat Lancilottus, quem omnium potissimū contra Vallam tela alioqui obtulissima & penitus irrita, nihilque proficientia parare uideo. Nota, ubicunque in sermone comparatiuo una fuerit particula istarum aut (cęteris) ut iam pridem, aut (aliis) aut (reliquis) aut (omnibus) aut (his) absque quarum positione (si benè legis) nullum exstat aduersariorum; rem semper significat excessam, non excedentem. Comparationē nanq; fieri inter plura eiusdē generis, nil aliud est (iudicio meo) q̃ rē excedentē includi inter excessa; at inter plura diuersi, rē excedētē excludi à re excessa. ut Hector fortissimus Troianorū; Hector, rem excedētē ĩ uoce Troianorū dicisti. Atqui Hector fortior Græcis; Hector (rē excedētē) seculū à uoce, Græcis hēt, uel clarius & expressius, comparatiuū quis abnegat?, & superlatiuum ita differunt; cōparatiuum est res diuersa à re superata, superlatiuum uero est pars rei superatæ; ceu docēt, Vlysses fuit callidissimus Græcorum: Vlysses est in uoce Græcorum. & Vlysses fuit astutior Troianus: res est Vlysses à Troianis distincta genere. Ablatiui ergo cæteris, aliis, reliquis, natura ré saltem numero distinctā à præcedente significāt excessamq; ab excedente. ita æquipollent comparatiui naturæ: quamobrem Petrus est fortior aliis, melior cęteris, iustior reliquis, bene dixisti. At Petrus fortissimus aliorum, optimus cæterorum, cum reliquorum iustissimus: genitiuus aliorum, cęterorum, reliquorum (si Niniuitæ credimus) rem excedentem non cōpræhendit; nec Petrus pars est rei superatę pp relatiua diuersitatis, q̃ est contra superlatiui naturā: etenim res excedens per cōparationem ad plura sui generis, est ac continetur in casu comparatiui uel superlatiui in re puta excessa. bene sane, contentus; sed quid de oībus atq; his habes? Tunc carissime aliquot in arte dicendi artifices & quidem primarii ac ferè omnes id obseruant, vt cum particula omnibus addūt, aliis, uel reliquis, q̃uis semidoctū uulgus abiiciat itaq; si legeris. Lux formosior omnibus calādis, tunc oībus supple aliis, uel reliquis, ĩquies. Libellus sit nequior oībus libellis sup. aliis libellis. Terris magis oibus unā,

sup. re-

sup.reliq̃s. Tãto virginibus pſtãtior oĩbus.ſubaudi aliis. Maior oĩ ciue,ſubaudi reliquo .Læãder Ouidianus.Tãto formoſis formoſior oĩbus illa eſt i.aliis.Et melior ſis quæ ſo deis,cum reliquis Mãcinellus exponit,cum Badio,Pig maliõ ſcelere ante alios immanior oẽs. hęc igitur nihil, nec ſimilia ſunt contra Vallã.Non ergo maledictum eſt à Lactantio,oẽs Sybillæ unũ Deũ prædicãt, maximè tamen Erithræa,quæ celebrior, & nobilior inter cæteras habetur.De his,gloriatur adhuc Lancilottus contra Laurentiũ;nec quippe eſt,quia(his)ut Niniuita legit,rẽ tantũ excesſam ſignificat, nõ excedentem;unde ſi dicã, sũ doctior his;demonſtrans p(his)aliquos decorũ numero ipſe non sũ;benedixi : q̃a p casũ cõparatiui(his) tãtũ rẽ ſignificamus excesſã, diſtinctã ab excedẽte.At ſi p(his)me ſimul cũ aliis mẽſtrẽ,aut ſignificẽ;male dixi.tunc. n.res excedẽs & excesſa p casũ cõparatiui(his) ſignificatur, qđ cõparatiui nõ admittit natura;quo circa dđm fuerat,sũ doctisſimus. horũ,ineptè igitur garrit Lancilottus contraVallam ſup illud Quintiliani;Tranſeo(inquit)Lycurgum,Ariſtogitona,Iſæum,Antiphontem,Quid Aeſchines, nonne his latior,& excelſior.Sed penſum abſolui.

Verum,ſed non pſoluiſti;id ẽt tradi oportet, quod ob ſeruari ſæpe attendimus,quodq́, frequẽs oratoribus, atq; poetis celeberrimum eſſe, non ignoramus, hoc autẽ eſt, comparatiuũ cum Genitiuo poſteriore conſtrui.Martianus;cãdidior Atlãtidũ.Idẽ,Pronoes, maior filiarũ,idẽ,facetior eſt deorũ.Cic.in parad.Quæ sũt ſummarũ uirtutũ potiora.Apul.Deus Deum magnorũ potior. hoc Græcorũ eſt,q carentes abltõ tũ cõparatiuo,tũ ſuplatiuo genitiuũ tribuunt,inde ita latini dixere,nos aũt græciſſare, ut latinitatem omittamus. Stultitia ſumma eſt.

Ab hac noſtra ſegete,reiq́; literarię farragine illud reiiciendum iugiter non ſit,id.n.tũ ueteres , tũ noſtræ huius memoriæ authores obſeruant;quibus tam uoluptifica amenitas eſt,tam amœna modulatio,tamq́; modulata ſuauitas, ut eorum integras præceptiones indictas præterire nõ queam;ſed ad rem.Comparatio octo modis fieri cõ tingit;alias,eſt unius ad unum ſui,ut Hector fortior Paride,

de Homerus doctior Marone. Cæsar potior Pōpeio. Plato sapientior Aristotele. Aliàs, unius ad unum alieni generis; ut Achilles fortior Hectore. Scipio Annibale fortunatior. Aeneas fœlicior Turno. Aliàs, vnius ad plura sui, tunc rectiùs gradu vtimur superlatiuo; ut Cicero Oratorum eloquentissimus. Achilles Græcorum fortissimus. Ego Saccitanorum doctissimus. Aliàs, unius est comparatio ad plura alieni; ut Scipio fortior Carthaginensibus, Cæsar Gallis: Aliàs atqui ordine retrogrado, pluriū est ad unū sui, ut ciues mei sunt me ditiores; socii mei sunt doctiores me: Aliàs, pluriū ad unū alieni; ut Italis sunt fortiores te Gallo Senes grauiores iuuene. Discipuli doctiores magistro. Aliàs pluriū ad plura sui; Nostri cōdiscipuli eloquētiores nobis: nos sumus maiores aliis condiscipulis: Petrus & Paulus sunt aliis ciuibus locupletiores. Est postremò pluriū ad plura alieni; Romani nobiliores Italis, Galli Hyspanis, Athenienses Megarensibus Siculi vberiores Cretēsibus. his igitur octo modis hoīem homini comparari cōtingere docti quā rudes nouerunt.

Nec ullus est in multa authorum uirorum versatus lectione, qui non attenderit, comparationem duplicem dici; alteram propriam, alteram utpote impropriam uel abusiuam; Propria ea est comparatio, in qua excedens & excessum conueniunt in qualitatis, uel quantitatis accidente, in quo fit comparatio, sed excedens superat: quale, plumbum est grauius argento: Argentum leuius plumbo: Impropria uerò comparatio, uel potiùs abusiua est, in qua forma, in qua est comparatio tantùm extremorum, uel alteri terminorum conuenit; vt Gabriel est melior Lucifero: Lucifer peior Gabriele: Deus melior dæmone: Infimus beatorum est fœlicior reprobis omnibus: reprobi nullo prorsus modo fœlices sunt, sic de reliquis. Atque iterum cùm forma, nec excedenti, nec excesso conuenit, & tunc comparatiuum pro contrario (si fas est) cum aduerbio minus capitur. ut melius est mori, quàm miserè uiuere. Melius est, bona, quàm bonam famam amittere. i minus malum. Mare Ponticum est dulcius quàm cætera maria, idest (ut Niniuita docet) minus ama-

amarum. ſed alia aliis licentia de his eſt.

Quoniam indocti doctorum dicendi genus facilè non agnoſcunt, niſi admoneantur:quo ad id agnitum concedant faciliùs,eoq; utātur doctiùs;eos hic pro uirili quàm libentiſſimè admonemus: id alienū à profeſſoribus linguæ uelim, quo minus per eos comparatiua formentur duriter, aſperè,ac ſatis agreſtè,ſit uox bene morata,nihil arrogans,elata,inſolens,incongrua,redūdans, nec uitioſa:Nō ſit in cōparatiui formatione, quod affectatè nimis dictum ſit,aut turgidè,aut durum,aut improprium,Cacophaton ſemper eſt euitanda.i. obſcæna pronunciatio dictionis. Euphoniæ ſemper inuigilandum; atq; adeò (ut paucis penſum abſoluam) cadentia ſimul atq; deſinentia comparatiua non ſatis inſignia rarò admittenda collocādaq; uelim.Sicut enim (ut aiunt) oculis pictura,ita auribus oratio iucunda eſſe debet; colores igitur contrarii iuxta ſe poſiti quò magis apparent, eo aſpectu iucundiores ſunt. Mihi pleraq; uetuſta rudiora ſunt quàm quod maximum, atq; aliis contrà uſuuenire ſolet. unde non poſſum iterum iterūq; dulciſſime frater puerile illud Netini carmen, in quo (potentior) habebatur,non admirari,atqui dicat inueniri;id non negauerim;dicam inueniri apud eloquētiæ Magiſtrum Ciceronem etiā egregior, item apud alios tenuior, ſtrenuiſſimus,& id genus ſexcēta chartæ prodiderunt,ſunt igitur hæc admittenda?potētior,Ioan.Scop.vix latinum cenſet,quid ultra?ad deſtruēdum ſatis eſt unum, cæterorum uerò monumenta grammaticorum (potentior) nec ulla cecinerunt;nec hoc tam mirū eſt, inſigniora maioriq; ferula digna uiri exēplaria habeo; quid iam, cedo? ſed ut tibi obſequiūpræſtē, dicā; edidit iſte homo carmen pro diua Heliſabeth,cuius hoc forma principiū habebat; Gaudiū toto uideat per orbē; Tace, atq; iſtinc comprime greſſum,quid hoc?(toto) ſcilicet(per orbem) puerile hercle eſt: ego enim uidi ſignū, & tabui,à ſeculo inquam non eſt auditum (& toto orbē) ſed omittamus paluſtrem ranunculam in ſuo uerſari luto, uerum miſereor: nam ſine uitijs uirtutes creari poſſe, apud Platonem Socrates philoſophorum eximius omnimodè

nimodè negabat: hominis peccare est.

Quoniam ab instituendo institutionem dictam putamus frater super omnia mi iucundissime, iuuentutem hisce igitur traditionibus rudem benè instituere, ac polire nobis certum est, ut relicto agresti, duro, & aspero sermone, eum, qui cultior, politiorq; sit, assequi possit. quanuis ergo adiectiuis (quæ in libro hoc scripta non sunt) aliunde in medium explicatis, comparatiua ex ipsis æquè pariter & superlatiua faciliter intelligi atq; haberi possunt: Attamen cùm ea, quæ oculis perspiciūtur, longè faciliùs animo concipiuntur, & commodius memoria retinētur: ob eam igitur rem hunc nec prolixum comparatiuorum ordinē inter cætera admissum uolumus (sunt etenim de prompta hæc ex ipsius eloquētiæ fontis, M. T. Ciceronis pharetra) ut hæc studiosæ iuuentuti cùm aliud alio laudabilius, melius, commodius, maius, aut præstantius ostendere uoluerit, commodè hæc suppeditare possent.

SYLVA COMPARATIVA.

¶Prudentior, us. intelligentior, us. perspicacior, us. ingeniosior, us. grauior, us. acutior, us. artificiosior, us. prouidentior, us. probatior, us. exploratior, us. doctior, us. accuratior, us. perfectior, us. curiosior, us. efficacior, us.

¶Iustior, us. æquior, us. uerior, us. purior, us. syncerior, us. simplicior, us. melior, us. innocentior, us. liberalior, us. tractabilior, us. liberior, us. beneficentior, us. munificentior, us. benignior, us. amicitior, us. humanior, us.

¶Fortior, us. uirilior, us. ualidior, us. securior, us. tutior, us. firmior, us. perseuerantior, us. frequētior, us. stabilior, us. moderatior, us. plenior, us. honestior, us. uenustior, us. prudentior, us. intelligentior, us. studiosior, us.

¶Cōplacitior, us. purior, us. certior, us. admirabilior, us naturalior, us. antiquior, us. uetustior, us. superior, us. agibilior, us. doctior, us. instructior, us. sapiētior, us. eruditior, us. accuratior, us. exquisitior, us. perfectior, us.

¶Splendidior, us. lucidior, us. dilucidior, us. luculentior, us. clarior, us. apertior, us. lucubrior, us. elucubrior, us. fulgentior, us. scientior, us. grauior, us. notior, us.

explo-

exploratior,us.vigilantior,us diligentior, us.
¶Curiosior,us.uehementior,us.prõptior,us.ardẽtior, us,propẽsior,us.hilarior,us.uiuacior,us.paratior,us. expeditior,us. procliuior,us.facilior,us.uelocior,us. celerior,us.agilior,us operosior,us. laboriosior, us.
¶Instantior,us. urgentior,us. aptior,us. habilior, us. affabilior,us.facundior,us.fortunatior,us. fœlicior, us. beatior,us. secundior,us.prosperior,us. optatior,us.exoptatior,us. gratior,us.acceptior,us.carior,us.
¶Locupletior,us ditior,us.diuitior,us. opimior,us.fęcundior,us. opulẽtior,us.copiosior,us.abũdãtior,us. pinguior,us.lętior,us.uberior, us.fertilior, us. fructuosior, us.honorificentior, us.honoratior,us. uenerantior, us.
¶Famosior,us.præclarior,us.celebrior,us. decoratior, us.pulchrior,us. ornatior, us.exornatior,us.apparatior, us.refertior,us.cumulatior,us.illustrior,vs.munitior,vs. laudabilior,us.probabilior, us. gloriosior, us.
¶Vtilior,us.cõmodior,us.cõducibilior,us.opportunior,us.frugalior,us.cõcinnior,us.cõueniẽtior,us.officiosior,us.maior,us.ingẽtior,us.grandior,us.superbior, us. mirabilior,us.excellẽtior,us.pstantior, us.elegãtior,us.
¶Magnificẽtior, us.diffusior, us.dulcior,us.iucũdior, us.amænior,us.suauior,us lepidior,us.formosior,us.speciosior,us.amabilior,us.munificẽtior,us.benignior,us. mitior,us.abundantior,us coniunctior, us. familiarior, us.interior,us.obseruantior,us.humanior,vs.gratiosior, us. remissior,us.
¶Clementior,us. beatior,us.fidelior,us celsior, us.
¶Senior,us.perfectior,us.nobilior,us. generosior, us. prior,us.potior,us.frequentior,us.moderatior,us. recentior,us.candidior,us. sordidior, us. fragilior, us. crudelior, us.detestabilior,us. fraudulentior,us. imbecillior, us. nocentior,us.iniquior,us. ignauior,us. stultior, us. dementior,us. uilior, us. timidior,us.abiectior, us. turpior,us. inertior,us. submissior, us.
¶Grauior, us. acrior, us. acerbior, us. amarior, us. contumacior,us. flagitiosior, us. immanior,us.inhumanior,us.sæuior,us.trucior, us.atrocior, us. immitior,us,
trucu-

truculentior,us. indignior,us. durior, us. deteſtabilior, us. pernicioſior,us. abhominabilior, us. abſurdior, us. fraudulentior,us. inſidioſior,us.doloroſior,us.aſturior, us. uerſutior, us. callidior, us. calidior, us. coloratior, us.

¶ Loquacior, us. profluentior,us. ignobilior,us. irregularior, us. conuenientior,us. corruptior,us. rudior, us. imprudentior,us. luxurioſior, us. indoctior, us. pigrior,us. ineptior,us. ocioſior,us. frigidior, us. infœlicior,us. ſtrictior,us. contractior,us. anguſtior,us. uituperoſior, us. damnoſior, us. honoratior, us. incommodior,us. pauperior,us. miſerior,us. calamitoſior,us. moleſtior,us. triſtior,us. lachrymoſior,us. anguſtior,us. lugubrior,us. ſquallidior,us. languidior, us. difficilior, us. iniuſtior,us. ſceleſtior, us. fallacior,us tenacior,us. auidior,us. cupidior,us.rapacior,us. iracundior,us. remotior,us. procacior,us. intolerabilior, us. arrogantior,us. aſpectior,us. perfidior,us. audacior, us. audentior, us. elatior,us. tumidior, us. impudentior, us. uanior,us. inanior, us. glorioſior,us.

Nominatiuo hic,& hæc pulchrior,& hoc pulchrius. Genitiuo huius pulchrioris. Datiuo huic pulchriori. Accuſatiuo hunc,& hanc pulchriorem,&hoc pulchrius. Vocatiuo ò pulchrior, & ò pulchrius. Ablatiuo ab hoc, & ab hac, & ab hoc pulchriore, uel pulchriori. Et pluraliter nominatiuo hi,& hæ pulchriores, & hæc pulchriora Genitiuo horum, harum,& horum pulchriorum. Datiuo his pulchrioribus. Accuſatiuo hos & has pulchriores, & hæc pulchriora. Vocatiuo ò pulchriores, & ò pulchriora. Ablatiuo ab his pulchrioribus.da gli huomini, femine, & coſe piu belle, ſemper cum additamento.

Nominatiuo candidus,a, um, candidior,us.Genitiuo candidi, candidæ,candidi, candidioris. Datiuo candidæ, do, candidiori. Accuſatiuo candidum,am,um,candidiorem, candidius. Vocatiuo ò candide, da, dum, ò candidior,& ò candidius. Ablatiuo à candido,da,do,cãdidiore, uel candidiori. Et pluraliter, nominatiuo can

didi,

didi,dæ,da,candidiores, & candidiora. Genitiuo candidorum,arum,orum,candidiorum. Datiuo candidis,candidioribus. Accusatiuo candidos,das,da, candidiores, candidiora. Vocatiuo ò candidi,candidæ, candida, ò candidiores, candidiora. Ablatiuo à candidis, candidioribus.

Nominatiuo bonus, melior,optimus;bona melior optima; bonum,melius,optimum. Genitiuo boni,melioris, optimi:bonæ,melioris,optimæ;boni,melioris, optimi. Datiuo bono,meliori,optimo;bonæ meliori, optimæ;bono,meliori,optimo. Accusatiuo bonum, meliorem,optimum; bonam,meliorem,optimam; bonum,melius,optimum. Vocatiuo ò bone,melior,optime; bona, melior,optima.bonum,melius,optimum. Ablatiuo à bono,meliori,optimo;bona,meliori,optima;bono, meliore,optimo. Et pluraliter nominatiuo boni, meliores, optimi; bonæ,meliores,optimæ,bona,meliora,optima. Genitiuo bonorum,meliorum, optimorum; bonarum, meliorum, optimarum; bonorum, meliorum, optimorum. Datiuo bonis, melioribus, optimis. Accusatiuo bonos,meliores,optimos; bonas,meliores,optimas; bona,meliora,optima. Vocatiuo ò boni,meliores,optimi; bonæ,meliores,optimæ;bona,meliora,optima. Ablatiuo à bonis, melioribus, optimis. Eandem formam seruant comparatiua significatione tantum. Vt malus, peior,pessimus; mala, peior, pessima; malum, peius, pessimum. Magnus,maior,maximus;magna,maior,maxima; magnum,maius,maximum.paruus,a,um;minor,nus,minimus,a,um.

Discipulum præceptor hoc quoque docere possit, Anomala,nominaque irregularia longè alia à positiuis suis literaturam formari,seruata eorum semper significatione. sunt autem, Bonus,boni, non format bonior;deducto à positiuo suo charactere;sed melior à positiuo melle,idest suaui. Nec malus habet melior, sed peior,pessimus,à premo. sicut optimus ab opto. Magnus, maior, per syncopen(ut aiunt) quasi magnior, maximus.] paruus,minor,minimus.] Multum,plus,plurimum.] Nequam,

quam,nequior, nequiſſimus.] ſiniſter, ſiniſtrior, ſiniſtimus.] dexter,dexterior,dextimus.] frugi,frugalior.] iuuenis,iunior,maximè iuuenis.] diues,ditior, ditiſſimus; licèt negent.] potis & pote,potior,potiſſimus.] Ocys,ocyor,& ocyſſimus.] Sunt quædam comparatiua à ueteribus poſitiuis nata; poſitiuorum nullus eſt vſus: comparatiuorum frequens.vt à maledicens uetuſto , maledicentior,quod falsò opinantur triuiales ab eo formari,quod eſt maledicus.]ſic à benedicens,benedicentior.] à maleuolens,maleuolentior.]à beneuolens,beneuolentior] à magnificens,magnificentior.]à mirificens,mirificẽtior.] à munificens,munificentior.] à magniloquens, magniloquentior.]magniloquens & ſimilia non ſunt participia,ut falsò Valla opinatur;quoniam nec ullum tempus ſignificant more participij; nec ullum caſum admittũt , nec etiam ſunt in uſu,ſi Lancilotto credimus; Exime ex prædictis,fatidicus,ueridicus,cauſidicus,& carent utroque gradu:hæc habet,dico,facio,uolo,& loquor.

Peruulgata eſt illa Grammaticorum inſtitutio,ea nomina,quorum qualitas,uel quantitas non poteſt augeri, nec minui;non comparari;Qualia,Omnipotens.]ſingularis.]; unicus.]ſummus.] imus.] horum cum quantitate qualitas,nec intenditur,nec remittitur : nam quid ulterius,aut citerius omnipotente?hæc quoque utriuſq; gradus forma carent;principalis.]luſcus.]rudis.] magnanimus.]puſillanimus.]unanimus.]memor.]modicus.] tremulus.]tenellus.]uerſatilis.]uinolentus.] ficulnus.]ſeruilis.] nubilis.] popularis.] degener.] ſectilis.] mediocris.] fugitiuus.] cruentus.]nauus,ideſt uigilans.] agreſtis.]licet Cicero formet,apertilis.]uulgaris.] uocalis.] & in bundus nomina,uagabundus.]iactabundus.] errabundus.] uolucer, cris, cre.] adiectiua in ſter,ut campeſter,ſtris,ſtre.]pedeſter,ſtris,ſtre.]equeſter,ſtris,ſtre.] ſylueſter,ſtris,ſtre.]compoſita cum fero,aut gero, ut lethifer.]mortifer.]peſtifer.]belliger.]corniger.] lucifer.] ſignifer.]ſcutifer,& id genus.

Nomina participialia in dus, in comparatiuorum cõmertium ingredi non audent:ut amandus,colendus, reuerendus.

uerendus. non latinè dices amandior, colendior, & reuerendior. At amantior, amantissimus. reuerentior, & reuerentissimus, ab eo, quod est amans, & reuerens, deducuntur; sunt actiuæ significationis: Verùm Reuerendissimum, colendissimum & obseruandissimum, aliaque generis huius superlatiua nostra hæc ætas in scribendis literis tam obuia, tamque uulgata habet: ut si literas ad quempiam Pontificem, aliumque amplioris fortunæ uirum scribimus: hæc satis honestè in prima literarum frõte omittere non queamus. Tantùm enim ex triuialium scribendi genere hi summates uiri iam sibi persuasere, ut honorem sui minui, eleuarique putent: nisi longissimis adeoque grauissimis his superlatiuis nomina inclyta sua onerentur. Ego autem (Syluius in Progymnasmatis habet) ut hæc Latina esse putem tantùm abest, ut ab indocto uulgo putem inuenta, quocirca ab eis temperandum, ac prorsus abstinendum censeam. uerùm enimuerò de his Grammaticorum præceptiones ampliter satis prodidere. de numeralibus & ordinalibus, supra satis traditum est: huic præceptioni (id enim locus exigebat) eam pariter putauimus subscribendam: à nominibus, scilicet in is, aut in us, uocali præeunte, exeuntibus, nec comparatiua, nec superlatiua fieri posse. ut pius, tenuis: hoc autem aiunt propter duas regulas fieri: quarum altera alteri contraria est. regulæ autem hę sunt secundum formam Aldinam. I, positum inter duas uocales consonans efficitur, ceu maior, peior, docent: præterquam in paucis quibusdam, ut Aeneius, Rodopeius, Troius, Priameius, ueluti Troius Aeneas, Troia gaza. Item comparatiuum superare debet positiuum suum una saltem syllaba, ut doctus, doctior; candidus, candidior: Si igitur piior, egregior, & id genus dices, contra alteram harum necesse est, facias. Nam si uoles piior dissyllabum esse: ubi i, fit consonans, erit contra eã regulã, quæ cõparatiuũ positiuũ superare syllaba solet, quod non fit si piior cõparatiuum, & pius positiuum utrunque dissyllabũ est. Rursusq; si voles piior esse trisyllabum, ut inter duas i, & o, uocales sit tertia uocalis, nõ seruabitur regula, quæ inter duas vocales

consonantem

cōſonantē admittit, atq; non erit ſi piior triſyllabūm fue-
rit; ob has igitur contrarias regulas ab his nominibus
comparatiua non formari Grammaticos præcipere Al-
dus habet & Lancilottus. Alteram aſſignat rationem Pri-
ſcianus, propter (inquit) cacophoniam, uel hiatum into-
lerabilem fieri tribus uocalibus, per tres ſyllabas conti-
nuè, uel immediatè poſitis, nulla conſonante media: ut ſi
dicamus piior, arduior; quod ne fiat, non ſunt uſi eorum
comparatiuis plerique; aſſimunt autem Magis aduerbiū,
& uſum cum eo comparatiuis ſupplent; ſum magis pius,
quàm tu, magis egregius.

Ipſorum autem ſylua hæc, pius.] egregius.] idoneus.]
ſobrius.] ſtrenuus.] arduus.] aſſiduus.] tenuis.] neceſſa-
rius.] dubius.] induſtrius.] perpetuus.] ingenuus.] noxi-
us.] nocuus.] innocuus.] innoxius.] exiguus.] nuncius.]
impius.] & mille id genus. Atqui ab his pottiuis, & ab
aliis huiuſmodi comparatiua produxit antiquitas, teſte
Priſciano; à quo illa aduocata ſunt teſtimonia. Pacu-
uius. Mulier egregiiſſima forma. Lucilius, fundi dele-
ctat te uirtus, Villicus paulò ſtrenuior ſi euaſeris. Iuue.
Egregiùs cænat, meliuſque miſerrimus horum. Plaut.
Strenuiori deterior ſi prædicat ſuas pugnas. M. Cato. Ne
quis iterum conſul fiat, Imperator laudem capit; exerci-
tum meliorem, & induſtriorem facit. Idem. Quantoque
ſuam uitam ſuperiorem, atque ampliorem, atque anti-
quiorem in animum inducent eſſe, quàm innoxiorem.
Idem. Iter longius, arduiuſque à curia dixit. Idem. A-
ſperrimo, atque arduiſſimo aditu. Idem. A benefactis,
atque ab optimis artibus fugit maxima flagella perpe-
tuiſſimo curriculo. Cic. Quid pugnas igitur? aut quid
tibi uis ingenuius? Idem. Omnes enim immemores
beneficij odere, eamque iniuriam in deterenda liberali-
tate ſibi etiam fieri; eumque, qui faciat, communem ho-
ſtem tenuiorum putant. Atque hæc benignitas etiam
reipub. utilis eſt, redimi à ſeruitute captiuos, locuple-
ri tenuiores. Idem. Neque tenuiores propter imbecilli-
tatem circunueniantur, neque locupletibus ad ſua, uel te-
nenda, uel recuperanda obſit inuidia. Apule. iuuenior.

Cornutus,

Cornutus, qui Persij est interpres. Iunior à iuue. Lucret. paruissima quæque. hæc enim non eo scripsimus, quod cō paratiuis his aut superlatiuis utendum sentiamus; nisi quorum uenerandæ illius antiquitatis cognitio multam in se habet cum maiestate delectationem: si enim his uteris, reprehensione (ut puto) non careas, minus quàm M. Antonius, qui propterea à Cicerone repræhēsus est, quòd piissimum dixerat. Dic autem; erat maximè strenuus militū.] Era il più gagliardo delli soldati. Erat quolibet ciue magis egregius.] Era il più egregio de qual si uoglia Cittadino. Hora mortis nil magis dubium.

Carent hæc quoque tantum superlatiuo. qualia, Senex, senior, maximè senex.] Adolescens, adolescentior, maximè adolescens.] Longinquus, longinquior, maximè longinquus.] Propinquus, propinquior, maximè propinquus.] Secundus, secundior, maximè secundus, idest prosper.] Ingens, ingentior, maximè ingens.] Communis, cōmunior, maximè communis.] Opimus, opimior, maximè opimus.] Paruus; & cæruleus uocalem habet; nouus caret comparatiuo, nam nouior non est in usu, pro quo dicitur recentior. quod libentius (inquit Niniuita) quam nouior dixero, fit inde nouissimus manente: eadem uoce positiui, sed non significatione, idest ultimus. Sunt etenim maximè noua ferè ultima. Inclytus, inclytissimus habet, cōparatiuo uiduum; sicut apricus, apricissimus, properus, propera, properum. idest festinus, & superlatiuo, & comparatiuo caret. Quale est habitor, idest pinguior sine positiuo ac suplatiuo (uulgò dicitur) dispositus sum; sed Gell. habitissimum dixit lib. 4. cap. ult. docilis, docilior, docillimus.] utilis, utilior, utillimus.] Fertilis eādem formam habet.] Sollicitus, sollicitior, sine supremo gradu (teste Lācilotto) postmodū plura leges, hoc uel illo gradu uidua.

Alia exceptio eorum, quorum comparatiua desiderantur, qualia sunt. Nomina patria, uel gentium & quæcunque talia. non dicitur, io son piu Saccitano che Palermitano, sum Saccensior; sed sum magis Saccensis quam Panormita.] Tu sei piu Spagnolo, che Francese;] Magis es Hyspanus, quam Gallus.] Era lo piu Italiano di tutti, ma-

 ximè

ximè omnium Italus eram.] Sei piu Romano, che Napolitano. Romanus magis es, quam Neapolitanus.] Ita; Germanus, della Magna.] Theutonus] Tedesco Allifanus] de Allife Syracusanus.] Agrigentinus] Messanensis] Saccensis quoque facundissimus Fazellus habet, contra Netinū.

Ciuem esse suum præterea Musæ negaturæ sint, qui nomina appellatiua præcipiet comparari: hæc enim neque crescere, neque decrescere possunt respectu substātiæ, Tu me pari piu edile che console. magis ædilis, quàm mihi consul uideris.] non ædilior, questo mi pare piu pietra che homo, lapis magis, quam homo mihi uidetur.] non posso douentare piu maestro di che sono: Nō possum Magister magis euadere atque sum]talia sunt, Inermis] disarmato. Imbellis] non atto alla guerra. à propriis posses siua, Ouidianus] Vergilianus] Che imita Ouidio, ò Vergilio: Pompeianus] Cæsarianus] Metellinus.] Tullianus.] Arborum posses. vt Colurnus] à corilo. Abiegnus] Ab abiete. Ilignus] ab ilice. Acernus] Ab acere. Salignus] à salice. Hordeaceus] ab hordeo. Purpureus] sua uocali noscuntur, & herbaceus.] diminutiua etiam, ut misellus] tenellus] sacellus] uetulus] item, futilis] ductilis, ut agilla] sutilis] tortilis] apertilis] uersatilis] nup, nuperrimus hēt.

Huius nostri mi frater uirtutū integerrime cultor, instituti, aliena hæc pceptio nō est, utpotè meminisse, qui cōparatiuū resoluatur in positiuū & aduerbiū Magis: ut doctior. i. magis doctus: sapiētior] id ē, qđ magis sapiens, candidior] magis candidus. Sic albior, fortior. Nota ꝙ intētionis aduerbia, quæ à noībus deriuātur, ad cōparatiua sic se habēt, ut à uehemens, uehementer, uehemētius, uehemētissimè, à multus, multū, plus, plurimū. magnus, magis, maximè. à ualidus, ualide, ualidius, ualidissime, hoc dogma Laurentianū est. Sed Lācilottus (Magis) aduerbiū atq; ualidius, cōparatiui gradus sūt, hēt, sed utrūq; primariū & carēt resolutione cōi, qa sicuti quædā principia, & fundamēta stabilia esse debēt, pbat de ī idē author magis aduerbiū à magnus nullo modo fieri, cōtra Laurētiū, teste Varrone: q̄ inter uerba sterilia. i. quæ à nullis gignūtur neq; qđ ex se se gignūt, magis aduerbiū, cēset cōnumerari,

ri; Festus aũt à Mallõ Græco fieri opinatus est. Plinius uerò (magis) cõiũctionis notã esse ꝓbat. quẽ vnũ cũ Zenone bona Grãmaticorũ pace atq; uenia oĩbus oẽs anteponũt. ad hoc idẽ rei (teste Lãcilotto) illud quoq; facit, ꝙ magis, & uerbo nõ vt aduerbij lege, & frequẽtius noĩ adhæret rõne cõiũctiua; ut magis lego, q̃ tu. Sũ magis doctus, q̃ tu. Refellẽda igitur eorũ opinio, qui interpretãtes Vallam magis, à maius mutatis literis, uel à magne antiquo deductũ dixerunt, qđ nullibi legitur. Nec à magis, maximè fit; sed à noĩe maximus, maxima, maximũ, fit maximè à datiuo conuerso ultimo elemẽto, o, in e, sic nec magis à magne, vel à magnus fit; ꝓbat hoc Lãcilottus cõtra Laurẽtianos; Scop. stipulatur, sed quid cũ Prisciano Argutus Grãmaticus senserit circa magis, infra lõgè lateq; ac satis abũde dicetur. In oratoribus uiri grauissimi illud quoque dicẽdo sæpe vsurpãt, ut noĩbus cõparatiui gradus aut superlatiui adiũgãt accusatiuũ, vel ablatiuũ cũ ꝓpositione ante, inter, in à, de, uel ex; ut ex amicis maximus, ꝓ eo, qđ esset, amicorũ maximus. Inter doctiores facilis. ex discipulis, uel inter discipulos studiosissimus. ante oẽs alios sapiẽtior. Id ibi obserues, ut in eo accusatiuo, uel ablatiuo hoc nomẽ colloces, qđ cõparatiui, aut superlatiui adiectiuũ esset, uel substantiuũ. Verg. Scelere ante alios immanior oẽs. Corn. Celsus. Ex auibus his, quæ in media specie sunt ualẽtior ea, quæ pedibus; quã quæ uolatu magis nititur.

Idem. Itemq; ex feris, quo minus quodq; aĩal, eo robustior ex eo cibus est. Pli. Iuni. Minorem è liberis duobus amisit. Plin. Inter oĩa uenenata Salamãdrę scelus maximũ est. Sueto. Antonium iuuenem maiorem de duobus interemit. Quintili. Pater dignissime ex filiis reliquerat. Aulus Gel. Ex malis duobus, quos apud eos uidisset, eum mittendum curaret. Valer. Max. Erat autem is ex triginta tyrannis crudelissimus. Idem de duobus filiis & ingenti agilitate, & corporis dotibus præstantiorem, imperiique successorem destinatum Atym existimauit ferro sibi ereptum. M. Cicero. Quem Crassus dilexit ex omnibus plurimum. Idem. Maximè autem admonendus, quantus sit furor amoris: omnibus enim ex animi per-

turbationibus est profectò nulla uehementior. Idem, & quod Thales, qui sapientissimus in septem fuit. Idem, quin etiam gustus, qui est sensus ex omnibus, maximè uoluptarius: quique dulcedine præter cæteros sensus mouetur, quam cito id, quod ualde dulce est, aspernatur, & respuit Idem. Acerrimum autem ex omnibus nostris sensibus esse sensum uidēdi. Plin. Age, nō exitus mortis uitæ L. Syllæ omnium proscriptionem ab illa calamitate crudelior fuit. Idem, Candidis uestibus saxum utilius à sulphure, idest, quam sulp.

Silentio inuoluendum non est, quod hæ particulæ ueluti, Ante, ultra, inter, infra, supra, super, præ, atque præter, comparationem per se se interdum efficiunt. Verg. forma que ante omnes pulcher Iulus. Quint. Vltra nobis, q̃ oportebat, indulcissimus: Solinus. In Eperio fons est frigidus ultra omnes aquas. Plin. huius uillam intra quam modicam quadragies piscinæ uendiderunt, idest minorū quam modicam. Cic. Stomachi autem partes, quæ infra sunt, quam cibus deuoratur, dilatantur, & arteria aspera hostium habet adiunctum linguæ radicibus, paulo supra quam ad linguam stomachus adnectitur Sueto. Multò præter cæteras altiorem crucē statui iussit. Apul. Vnus præ cæteris animo fortior exurgit. Solin. Forma supra hominem angustiore. Rursus. Muris circundata ternis in singulos pedes digitis ultra quam mensura nostra est, altioribus. Quint. Inter nos, ut apparet, fortior fuit. Sueto. Præter cæteros altiorem, habet.

Vtrum mi frater Musarum alumnus deuotissimus in comparatiuis liceat loqui per quam, ubi posses per ablatiuum loqui? ut sum longior Petro, & sum longus magis quam ille, uel longior quam ille. Maximè, possumus. sed nota quando comparatiuum construitur cum quam, tunc ei uel nominatiuus, uel aliquis obliquus adiūgitur, qui casus regitur uel à uerbo sum, es, est subaudito, uel ab eodem uerbo, à quo & comparatiuum, sicut diuersa docent exemplaria lector. Aut præcedente nominatiuo. Fab. Melior Dux Scipio, quàm Annibal. Aut præcedente genitiuo. Aulus Gellius. Marci Varronis, quam fuit Claudius, doctio-

doctioris. Aut datiuo præcedente. Cic. Homini gratiosior quam Cn. Claudius est. Aut accusatiuo præcedente. Plau Mulierem peiorem, quam hæc amica est, Phœdroni, non audiui. In quibus necessario uerbum substantiuum subauditur. ideo cum nominatiuo semper consequente. Est ubi particula quàm similes copulat casus; Gel. In uocabulis syllabarum plurium, quam duarum: Terent. Ego hominem callidiorem uidi neminem, quam Phormionem.

Colum. Næuium Pollionem (Cicero testis est) pedem longiorem fuisse quā quēquā longissimum. Valer. Max. in solo magis fumante, quā ullas ignis habenti reliquias flamma me uomit. Nos uerò, ita loquemur. Neminem noui Grammaticorum diligentiorem Valla, uel quam Vallam, rursus subaudito noui. Animalia, quæ nascuntur in mari, sunt maiora, quam quæ humi pascuntur.] Item, non uidi hominem mitiorem Ambrosio, seu quam Ambrosius sup. est, seu quam Ambrosium, sup. uidi.] Seruio Cæsari liberaliori Pompeio, seu quam Pompeius, subaudi est, seu quam Pompeio, subaudi idem uerbum, seruio.] Amo Catonem meliorem Cicerone, uel quam Ciceronē, sup. amo. atqui si dicas, diligo Margaritam honestiorem quam Sēproniā in casu ablatiuo.] Barbar. At sic uideo Lucretiam formosiorem Cornelia, uel quam Cornelia est in recto, seu quam Corneliam, uidi.] Iudico te doctiorem, quam illum,] Amo te magis, quam illum.] Inseruio tibi liberaliori, quam illi.] Indigeo te, uel tui magis, quam illo, uel illius,] Sunt quoque coniunctiones, particulæ quam, in comparatione æquipollentes. quales Ac, simulac, Atque, Fab. Qui non omnia subiiciebant oratorū sollicitius, ac uerbosius, ut necesse erat, adhibuerunt discrimina; Cic. nemo tam demens, qui alienam uitam magis, ac suam diligeret. Rursus. Longius oratione mea sum progressus, atque mihi constitueram Dixi sed longius atque uolui. Te sic amo simul ac, uel atque uitam meam, Hactenus.

Vt præceptio omnibus nostra copiosior, atque utilior sit, illud quoque dicendum est. Comparatiuum scilicet, per quam conuerti non posse dupliciter contingit. Alias Ablatiuus, ubi est relatiuum qui, quę, quod. quale esset, ui

deo magistrum, quo sum doctior; resolue, quàm qui sum doctior. uitiosa est oratio; primò, munus quia relatiui est semper referre, dico autem referre immediatè, uel cõtinuè: itaq; relatiuum, qui postquam referret potiùs eandem particulam quàm, quã suum antecedens magistrũ; quocircà ne caderet medium inter relatiuum, & antecedens; neve relatiuũ (qui) copulatiuã uim, & quidem continuam amitteret; utq; euitetur syllabarum similiumque collisio uocalium relatiua qui, quæ, quod, particulã quã non admittunt. Verùm si pronoia reticentur, secus; Plau. Meliora sunt, quàm quæ deterrima. Cic. in Epis. Sed cùm multò leuiora essent, quæ audirentur, quàm quæ uiderentur. Item longè equidem maiora sunt animalia, quæ in aquis degunt, quàm quæ in terris. in his omnib. & quot quot sunt hmõi subaudi, quàm ea, uel quàm illa. At si dicas, Pompeius, quo Cæsar fœlicior fuit, uicit multos reges. uel Cicero, quo nemo eloquentior fuit, suam familiam eloquentia sua illustrauit. Hortensius, quo Cicero facundior fuit, Orator quoq; fuit eximius hic nullum est uitium; quoniã relatiuum septimo casu dicitur; Aliàs ē, cũ Ablatiuus ē dictio negatiua; ut nemo, nullus, neuter. quale esset, Nemine es doctior; Neutro uestrum sum inferior. Nullo homine es longior. resolue, Quàm nemo es doctior, quàm neuter uestrum sum inferior, quàm nullus homo es longior. longè erras. Quoniam uocula (quàm) habet secum negationem tacitam: candem ergo recusat expressam; cũ ergo uim cõparatiui (quàm) & cõprehẽdat negationis inclusam alteri negatiuæ dictioni non rectè cõnectitur; ne si duæ essent dictiones negatiuæ potiùs affirmarent, sicve cõparationis decresceret elatio: dic ergo semper: nullo hoĩe sum peior. sum albior nullo iuuene. Neutro uestrum doctior, nemine longior; quæ si resolu as per quàm, & barbarismum admittes, & Priscianum (ut uulgus habet) duriter atque grauiter cædes.

Illud quoq; indictum præterire noluimus, ꝙ oĩs uox neutralis comparatiui in aduerbium utiq; migrare põt, ut doctius] pro magis doctè, sanctius] magis sanctè. Sapiẽtius] magis sapienter.] Concinnius] magis concinnè. Ornatius]

natius]magis ornatè.libentius]magis libẽter.insignius] magis insignè.amarius]magis amarè. turpius]magis turpiter.uenustius]magis uenustè.speciosius]magis speciosè.candidius]magis candidè. pulchrius] pulchrè magis. formosius]formosè magis.generosius] generosè magis. honestius]honestè magis.facundius]facundè magis. gratiosius] gratiosè magis. tardius] tardè magis. artificiosius]artificiosè magis. promptius]promptè magis. acutius]magis acutè.accuratius] magis accuratè. Exploratius]exploratè magis.prudentius]magis prudenter. imprudentius]magis imprudenter.ingeniosius] ingeniosè magis.fortius]magis fortiter.sordidius] sordidè magis. apertius] apertè magis.illustrius] illustrè magis. sublimius]sublimè magis.copiosius]copiosè magis.abundantius]magis abundè. clementius]magis clementer. gloriosius]gloriosè magis.& id genus decies centena millia millium.Atqui vnum deficit,quod est Maius;loco cuius Magis utimur.Sed nota, ꝙ cõparatiua aduerbia perinde ac nomina comparatiua casum admittunt; Siquidẽ absolutè ferè poni solent.Ne igitur solæcismum putes si quẽ casum his aduerbiis apposueris;hanc ꝑceptionẽ subscribimus;qua & id fieri,uimq; orõnis augeri censemus. ut quod ad me misisti munus quolibet auro,uel argento charius accepi.diligẽtius teipso rem tuam administraui. sanctius te semper uixi.doctius te dixi. Nemo te uiuit iustius.Cic.ut anteà declamabam caussas,ꝙ nemo me diutius fecit;sic hæc mihi nunc senis est declamatio. Idem. Nemo est,qui tibi sapientius suadere posset te ipso.Item casum regunt cum quàm; Quintil. difficilius semper est creditum(quod Cicero sæpe testatur)defendere,quàm accusare.Idem.Facilius ediscimus uersus,quàm prosam orationem. Idem. Discipuli libentius præcipientem audiunt,quàm reprehendentem.Idem.Minus afficit sensus fatigatio,quàm cogitatio.Pluris amicitia, quàm rerum multarum possessio, esse debet. Melius est cum doctis errare,quàm cum imperitis benè sentire. Commodius est sibi rem quærere, quàm in ocio decumbere. Melius, quàm uiri,callent mulieres.

Laurentius opinatus aduerbium magis ab eo, quod magnus est, fieri, ait. Atqui magis non in us, exit more aliorum: Sed in is, exit, quod comparatium esse vis ipsa huius uocis indicat. Nam dicimus, iustiùs queror. melius scribo. peius canto. plùs gaudeo. minus doleo. maius gaudeo, non dicimus. Sed pro eo, magis gaudeo. quod à magnum positiuo comparatiuum esse vel hinc palàm est. quòd omnes ita loquimur. Magis poterat Pompeius, quàm Cæsar; sed posteà maximè omnium potuit Cæsar. ex quo exemplo (inquit idem authorem) apparet; eiusdem positiui, quod est magnum; comparatiuum esse magis; cuius superlatiuum est maximè. hæc dixi quæ Laurentiana sunt. fiunt pariter diminutiua à neutris comparatiuorum addita (culus) quibus diminutiuis Græci carent: sunt autem a maius, maiusculus, maiuscula, maiusculum] vn poco poco più grande, ò più grandicello. Tardius, tardiusculus, la, lum.] più tardicello. Grandius, grandiusculus, la, lum] più grandicello. Longius, longiusculus, la, lum]più longarello. Breuius, breuiusculus, la, lum] più corticello. Minus, minusculus, la, lum] un poco più piccolo. Plus plusculus, la, lum] un poco più, ò un pochetto più. Albius albiusculus, la, lum] un poco più bianco. fortius, fortiusculus, la, lum.]un più poco forticello. Frater meus est maiusculus tuo. sum te grandiusculus duobus digitis. Thais fuit albiuscula Glicerio.] Margarita maiuscula est Lucretia] opus est sacerdotibus plusculo prouentu aliis; ut honestè uiuant. à plusculo tempore id dictum accepi.

Aduerbiorum aggressi prouinciam de plùs, atque minùs quandoque meminisse operæprecium duximus. scilicet nota, plus, atque minùs, sunt neutri generis in singulari, & substantiua. at in plurali omnis generis & adiectiua; quæ sic inflectuntur. Nominatiuo hoc plus, hoc minus: Genitiuo huius pluris, Accusatiuo hoc plus. Ablatiuo ab hoc pluri. cæteri casus non sunt in usu, ut Nominatiuę syntaxis habet. Et pluraliter Nominatiuo hi & hæ plures, & hæc plura; pluria habebat antiquitas. hi, & hæ

pau-

pauciores, & hæc pauciora. Genitiuo horum, harum, horum plurium; pauciorum. Datiuo his pluribus, & paucioribus. Accusatiuo hos, has, plures, & hæc plura; pauciores, & pauciora. Vocatiuo ò plures, & plura; pauciores, & pauciora. Ablatiuo ab his pluribus; & paucioribus. Sed nota primùm omnium minùs, nec comparatiuè nec positiuè tenetur; sed ut mera negatio habetur. ceu mecũ ponit Argutus Grammaticus cum Lancilotto, & Niniuita adstipulatur. itaq; minùs ꝑ non ferè semper accipitur. frequentissimè tamen iunctum, aut cum (Sin) aut cũ (quò) prout Sin minùs, idest Si non. idest quò minùs. Idest, ut non. ceu quò seciùs pro, ut non. Mihi autem (edocet Valla) placet non modò minùs à paruum uenire: sed etiam à parum (licèt utrunq; nonnulli pernegent) ut parum pecuniæ habeo: non autem paruum pecuniæ. ergo minùs pecuniæ, ad parum pecunię potiùs; quàm ad paruum pecuniæ uidetur referri. Hæc ille. quæ Despau. maximè cõprobat. unde fiat igitur, quòd si minùs, a parum oriatur; comparatiuum esse aduerbium. cui plùs pariter æquipollet, cõstructionem ut sic, amant comparatiuorum. ac ueluti, hoc lignum est plus, seu minus illo. Ego sum plus minùs uè sapiens te. tu es minùs doctus alijs iuuenibus. Cicero fuit plus facundus Hortensio. Cato fuit minus sobrius omnibus aliis. plus pius Aeneas fuit Achate. Plato plus Aristotele sapientior. Tullius minus bellicosus Mario. Moralia Catonis plus me delectant, quàm poetarum iocularia. minus me terrent hominum minæ, quàm ira Dei. plus amo, quàm offendo. minus lego, quã scribo. plus audio, quàm loquor. minus loquor atq; audio. amo te (Deus mihi testis) plùs non minus solito, uel debito. plus amicorum commoda, quàm propria curo. te amo plus quàm cuiquàm credibile est. Si autem minus deducatur à parum, tũc substãtiuè usurpatur, amatq; genitiuum posteriorem iuxta communem substantiuorũ regulam. ac ueluti hoc regni; id ætatis. id temporis. id loci. multùm pecuniæ. satis uirium. Terent. Dauo dabo id negocij. ibi (hoc) & (id) & (multum) ac (satis) substantiuè tenentur. ut habeo plus pecuniæ. minus uirium. habes

bes plus loquacitatis. minus eruditionis. habes plus olei. minus farinæ. plus frumenti. plus ſapientiæ eſt Maroni quàm alijs poetis. eſt minus audaciæ. plus ſuperbiæ eſt Petro. plus temeritatis. minus conſilij. plus intelligẽtiæ. plus humanitatis. minus liberalitatis. plus magnificentiæ. minus ſeueritatis ineſt illi in uultu. Itẽ cum caſu cõparatiui. ut eſt mihi plus ſapiẽtiæ pecunijs. uel quàm pecuniæ; ſupple, ſunt. uel eſt mihi plus ſapiẽtiæ, quàm pecuniarum; nam uterq; genitiuus à ſubſtantiuo plus regitur, in altero expreſſo, in altero ſubaudito. habeo plus loquacitatis eruditione. vel quàm eruditionis. Scurra plus verborum habet ipſa cicada; & e'x ſeptimus caſus. vel quàm ipſa cicada, in recto, & regitur ab eodem verbo; quod in prima exprimitur, in ſecunda uerò ſubauditur clauſula. dicunt, docentq; triuiales pædagogi ꝙ plus, & minus ſignificant, & admittunt pẽdus & menſuram, nolim ita iuuenes inſtitui niſi addideris (vt ait Lancilottus & benè) vel quaſi pondus, vel menſuràm, vel quid ſimile: nanq; recte dicimus vt nuper dicebamus; plus ſapiẽtiæ, minus doctrinæ. plus honoris. minus decoris. plus diuitiarum. minus audaciæ. plus myſterij. plus conſilij, plus ve, minus ve virtutis, hæc enim neq; pondus, neq; menſuram habent. dic ergo, habeo plus vini te. plus farinæ patre tuo. vel q̃ pater tuus. viget in me plus ſapientiæ te. vel quàm in te. habeo minus olei Petro. vel quàm Petrus. plus vini Martino. vel quàm Martinus. Item, habeo plus frumenti, plus olei; atqui minus pecuniæ meo vicino. habeo plus corporis quàm animi te. itẽ alius alio plus viriũ habet. Alius, alio minus honoris habet. dedit mihi cibaria plus dimidiati menſis. Eſt mihi minus ſomni ipſo dracone. Eſt tibi minus viſus Aquila. draco enim ſemper vigilat, ceu docet Alciatus. Aquila tam acuti eſt viſus vt recto intuitu ac fixo ſolis radios ſuſtinere poſſit, quin & pullos ſuos ſolem aduerſum intueri cogit; & ſi qui lucem ſolis non ſuſtinẽtes auertãtur, illos veluti adulterinos è nido præcipitat. hæc Badius habet ſuper illud Horatianum in 1. lib. ſerm. Saty. 3. Cur in amicorum vitijs tam cernis acutùm, quàm aut Aquila? Sed ad rẽ. habeo minus fidei Petro. habes minus

nus rei, q̃ nugarum. habes plus nugarum, quã rei.] verùm dices, abundo plure oleo, vino te. uel q̃ tu. vel plure olei & vini. verum enimuerò priùs q̃ hinc pedem eximam, diuersam multiplicemq; plus & minus vtriusq; cõstructionem habeo admittendã. veluti à Priscianẽse, nec nõ & ab Hadriano Cardinale latinitatis obseruãtissimo; vel quicquid aliunde accepi, vt sequẽs forma abundè differit. Syntaxis primò ampliùs (de quo idẽ iudicium est) cum nõiatiuo, aut genitiuo. Amplius sunt sex mẽses, cùm nõ te uidi] sono più di sei mesi passati, che nõ ti ho veduto. Sunt amplius sex horæ, ex quo hinc abijt] sono più di sei hore da quãdo sei partito di qua. Est amplius sexqui hora, ex quo magister legit, monachus concionatur, Petrus sacerdoti peccata fatetur.] ha più di vn'ora e meza. Amplius sesqui annus est, ex quo salutẽ nõ dixi Martino]ha più di un'anno & mezo, che nõ saluto Martino. Amplius sex milia militum capta, vel capti sunt] Cic. pro Roscio Comędo. Amplius sunt sex menses.] idem in Ver. Cùm. n. Syracusis amplius centũ ciues Ro. cognoscerent.] Cęsar. In Cõment. Inueniebat ex captiuis, Sabini flumen à castris suis, nõ amplius decẽ millia passuũ abesse.] T. Liu. de bello Pu. Amplius populi fuerunt centũ viginti.] Idẽ. Ampliùs sex milia hominũ capta.] Alias cũ genitiuo. Hircius in cõ. Amplius duorum milium terga vertebant. sed hoc parciùs: Aliàs, eadem particula est quoq; cum accusatiuo constructa. Cicero in Ver. Qui cùm ampliùs centum ciues Ro. haberet ex cõuentu Syracusarum]Idem ad Att. Qui ager, vt dena iugera sint, nõ ampliùs hominum quinq; milia potest sustinere.] Idem pro Roscio Comædo. Tu hoc nomen triennium ampliùs in aduersarijs iacere pateris?] Cæsar in Cõmen. Cùm ipsi non ampliùs octingentos equos haberent.] idem ampliùs horas quatuor fortissimè pugnauerunt.] Verg. in Bucol. Tres pateat cœli spatium non ampliùs ulnas] Sall. in Catil. Quod ampliùs annos xxx. tribunus, atque præfectus, aut legatus fuerat.] Tit. Liui. Cœperunt ampliùs tria milia hominum.] Pomp. Non ampliùs cohortes xiij. Lucerium coegi.] Vergil. Noctem non ampliùs unam.] Item, commoratus

sum

sum ampliùs tres horas.] iacuit exanguis quatuor amplius horas.] uixit mutus ampliùs decem annos.] commoda mihi librum tuum, diem non ampliùs vnum.] hæc amplius habet pariter cum ablatiuo. Terent. Sexaginta annos natus es, ut (coniicio) & eo ampliùs.] Cicero pro Roscio Comædo. Hoc nomen triennio ampliùs in aduersariis relinquebas.] idem pro Lu. Flac. Laodiceæ xx. pondo paulò ampliùs.] idem pro Caio Quintio. Annum & eo diutius, uel ampliùs post mortem Caij Quintij. Cæsar in Com. Quæ castra, fumo, atque ignibus significabatur, ampliùs passuum millibus quingentis in longum patet.] Cælius Ci. Ampliùs quadraginta diebus mansit.] Liui. ab ur. cond. Pugnatum ampliùs duabus est horis. Cicero. ampliùs nummo petas. item Mathematici confirmant Solem amplius duodeuiginti partibus maiorem esse, quàm terram.] item ampliùs sesqui horas, anno, sesquianno, mense, sesquimense, die, sesquidie. commoda tua mihi arma litrearia non ampliùs una nocte p se'se ponitur absolutè. ut, Nihil ampliùs dico, quid iam ampliùs expectes? quid ampliùs lachrymas? hæc dixi de particula amplius.

Syntaxis plus particulæ est primo, cum nominatiuo. T. Liuius de bel. Mac. Plus quinquaginta hominum ceciderunt. Idem. Paulò plus trecenta uehicula missa. Idem, de bel. Pun. Hominum eo die cæsa plus duo millia. Idem. Plus tamen duo millia ostium eo die cæsa. Idem, Plus decem millia capta. Idem, Romani paulò plùs sexcenti ceciderunt. Idem, ubi plùs tria millia hostium sint. Var. de re rust. Ne plùs tertia pars eximatur mellis. Animalibus, quibus plus quaterni pedes, nullus sanguis. Itém. Plus decem, uiginti, triginta, quadraginta homines perierunt. Plus mille ciuium desideratum est, Grammaticè. Plus mille ciuium, hostium, hominum, desiderati sunt. Latinè quidem, & concinniùs. Plus decem millia militum capti sunt. Plus decem menses exacti sunt, cùm ille mortuus est. Triduum est, triduum agitur, aut plus eo, ex quo e hic expecto. Aliàs cum genitiuo, licèt rarò. Cicero ad Herennium lib. 3. Interualla lo-

corum

eorum medioeria esse oportet, ferè paulò plus, aut minus pedum tricenum. Liu.lib. 10. Paulò plus uiginti millium alius exercitus fuit. Idem lib. 26. Alius haud plus, quam duum millium fuisse scribit. Idem lib. 31. Ipse paulò plus quingentorum passuum inde tumulum strui cœpit. Iuuc. Plus aloes, quàm mellis habet. Terent. Hic plus mali est, quàm illic boni. Item, Plus quinquaginta hominum ceciderunt. Plaut.in Cassina. Certè scio plus artificium est mihi. Liui. de bel. Pun. Hostium plus mille cæsi. Et Romanorum minus mille interfecti. licèt id omne pernegent, quòd numerum comprehendat. Aliàs cum accusatiuo. Cato de re Rust. Ne plus quatuor digitos transuersos emineant. Cælius Ciceroni. Hic multùm, ac diu ludetur, atque ita diu, ut plus biennium in his tricis moretur. Vitru. Ita à pariete distent, ut ne plus pateat palmum. Idem, Disponantur inter se, ne plus spatium habentes pedes binos. Idem, Dum ne plus inter duos nodos alligationibus binos pedes distent. Tit. Liui. de bel. Mac. Aberat acies eorum paulò plus quingentos passus. Plaut. Suspirabo plus sexcentum dies. Idem, At ego illum in aluo gesto plùs annos decē. Teren. Plùs quingentos colaphos infregit mihi. Plin. Singulos uerè parit, nunquam plùs ternos. Item. Ducit secum plùs decem ancillas. Plùs decem colaphos plagosos magister infregit misello discipulo. duco mecum plùs decem discipulos. Aliàs cum septimo casu. Terent. in Hecy. Dies triginta, aut plùs eo in naui fui. Cic. pro Pub. Quin. Ac tecum plùs anno uixit in Gallia. Idem pro Planco, Non possum dicere eum præfuisse, neq; possum negare eum abfuisse, sed non plùs duobus, aut tribus mensibus. Tit. Liu. de bel. Pu. Ab utraque parte sexcētis plus peditibus, & dimidium eius equitum cecidit. Idem, Fama tenuit: haud plùs fuisse modio. Idem, Non plus uno Romanorum amisisse. Colum. plus quatuor digitis adobrutum est. Plau. Velim ut uno nummo plus petas. Idem, Decem minis plus attulit. Idem, Te uno adest plus, quàm ego uolo. Plin. Et quamuis tria pepererit, nunquam plus duobus educaret. Item, uiginti annos natus

plùs vno mẽſe. Agit vigeſimumquintum annum, aut plùs eo. Tres horas te moratus ſum, aut plùs eo. Item dicimus, plus milies audiui, plus centies dixi, plus vicies fecit.

Syntaxis particulæ minus, & primò cum nominatiuo. Cicero in Verrem, iuſſit (ceu Cardinalis habet) vt quæ ſtatuæ C. Verres ipſius, & patris, & filij eſſent, eas quæſtores demoliendas locarent, dumq́ue ea demolitio fieret, Senatores triginta non minus adeſſent. T. Liui. de bell. Pun. Minus duo milia hominum effugerunt. Idem, haud multò minus, quàm mille capta. Idem, Hyſpani paulo minus mille homines pacti tranſtulerũt ſigna. Plaut. Minus quindecim dies ſunt, quod minus quadringenta accepiſti à Callice. Peregrinus eſt, minus notus, quàm tu, minus potens; decem annos natus eſt minus quatuor menſibus.

Aliàs cum genitiuo, ſed parcius hæc nobis. Cicero. Minus pedum tricenum Teren. Amicorum minus. item, minus amicorum hic habes. perpauca extant exempla authorum, ſecus cum pondere aut menſura.

Aliàs cum accuſatiuo. T. Liui. Nunquam uix minus quatuor pedes alta iacuit. Vitruuius. A luci autem latitudo inter parietem, & pluteum non minus ſit pede ſeno. Colum. Cuneum minus digitos tres dimitto. Idem, nec minus mille ducentos unus obligat. Tacitus in agricola; Minus triennium in ea legatione fuit. nec quidem celeberrimum dicendi genus eſt; ut memoria proditum.

Aliàs cum ſeptimo caſu. Cicero pro Lucio Flacco. Ante pedes prætoris in foro expenſum eſſe auri pondo centum paulo minus. Cæſar in Comment. Minus horis tribus. Idem, An milibus paſſuum minus duobus caſtra po fuerunt. Vitruuius. Cùm non minus tribus corijs fuerit deformatum. Plaut. Hic argenti ſunt ſexaginta minæ, duobus nummis minus. Cato, de Re Ruſt. Dolium quadrantalibus quinque minus ſit; quàm plenum. Plin. Sues generoſæ duodenas mammas habent, uulgares binis minus. Idem, minus quinquennio eſt; quòd prodiere. Plaut. frumenti quando albi meſſis maxima eſt, tribus tantis minus reddit, quàm obſeruaueris. Colum. Minus tribus me

dinnis

dinnis in iugerum nemo dedit. Medinna est mensuræ no men; quod satis usurpat antiquitas. genus hoc dicendi quàm frequentatissimum, necnō & celeberrimum quàm quod maximum apud omnes Poet. & Orat. Notior, quàm quod notissimum uulgariorum maiestas illorum est. Ho vinti anni manco due mesi: viginti annos natus sum, minus duobus mensibus. Ita, minus duobus, tribus, quatuor, quinq;, sex, horis, diebus, hebdomadibus, mensibus, & annis. Son andato à Palermo in meno, in manco di un giorno e mezo. Adiui Panormum minus sesquidie. ita, sesquihora, die, hebdomada, mense, vel sesquianno minus. In manco di tre anni vscetti di scola. Minus triennio manum ferulæ imposui. In mãco di trenta giorni son ritornato. Minus diebus triginta reuersus sũ. In manco di tre hore sei pentito di hauerlo detto. Minus tribus horis dixisse pœnituit. Item in poco manco di due hore si morse, ò Dio. Paulò minus duabus horis mortuus ē, proh Deum. in manco niēte ad un far di croce mi è cascato da uanti. Nihilo minus ante pedes corruit. Item. Io mi beuo un gotto di vino più che mezo, meno, mãco di pieno. Bibo unius cyathi vinum pluris semipleno. vel cyathum exhaurio plus semipleno. semiplenus, semiplena, semiplenum, più di mezzo, manco di pieno. idem, de phiala, amphora, cado, arca, domo, penu, & id genus. Item. ho la testa piu grande della tua. Caput est mihi maius tuo. sic maiorem habeo manum te. Ho manco testa che hai tu; habeo minus caput te. minorē manum, pedem, minus os, habeo.

Hanc candem structuram obseruari cum aduerbio (abhinc) Hadrianus Cardinalis docet Terentius. Abhinc triennium ex Andro commigrauit huic uiciniæ. Cicero pro Cornelio Balbo. Etenim si Cn. Pompeius abhinc annos quingentos fuisset. Idem. Quæst. C. Papi. Consule, fuisti abhinc annos quatuordecim. Idem in Phil. Etenim si abhinc anno propè xx. hoc ipso in tēplo negaui posse, mortem immaturam esse consulari, quantò uerius nunc negabo seni? Idem. de Diuina. Demosthenes quidē, qui abhinc annos prope quadringētos fuit. Hora.

Scriptor

Scriptor abhinc annos centum, qui decidit. Aliàs cum ablatiuo. Cicero pro Roſcio Comædo. Criminatio tua, quæ eſt Roſcium cum Flauio pro ſocietate decidiſſe; quo tempore? abhinc annis quindecim. Idem in Attico pro Cor. Me abhinc annis ampliùs uigintiquinque ſpoponDiſſe dicit. Idem, Qui abhinc centum annis abfuiſſet. hæc ille.

Frequentiùs ſi uſpiam numerus ſignificatur, aut refertur, per plures, & pauciores loquimur adiectiuè. ut habeo plures, uel pauciores amicos. non autem maiores, aut minores; alioquin non de numero ſermo eſſet amicorum; ſed de magnitudine eorundemq́ue dignitate. licet quoque ſubſtantiuè loqui per plus, & minus, & uerè poteſt, quanuis nonnulli ridiculum cenſent. Plures libros habes me, ſed pauciora perlegiſti uolumina. Pauciore Oratores, quàm Poetæ boni reperiuntur. amicis pluribus fruor, nummis autem te paucioribus. Auarus plures habet curas, quàm nummos. Bibliopola plura monumenta noua, quàm uetera in biblioteca ſeruat. Plura carmina memoriæ mandaui, quàm tu. pauciores tibi, quàm mihi obſequuntur amici. Plures homines corpori, quàm animæ ſtudent. Plures milites ſuperſtites fuerunt, quàm deſiderati ſunt. Pauciora ſunt gaudia curis. Pauciores ſunt probi, quàm reprobi. Plures nequiſſimi, quàm æqui ſeruantiſſimi.

Cumparatiua, quæ à præpoſitionibus, uel à nominibus potiùs earum, conſtituuntur, ſunt hæc, abinfra, uel à uetere poſitiuo inferas, uel infer. Inferior, infimus.] piu à baſſo. aſſaiſſimo à baſſo. Citra, uel à citer, citera, citerum; citerior, citimus. piu de qua. aſſaiſſimo de qua. Extra, exterior, extremus, uel potiùs extimus habet.] piu fuora. aſſaiſſimo fuora. Intra, interior, intimus.] poſt, poſterior, poſtremus.] Prope, propior, proximus, ſecundũ nonnullos poſitiuo carent.] ſupra, ſuperior, ſupremus.] Vltra, ulterior, ultimus.] Ab ante, anterior rarò legitur pro quo prior habe; antimus autem ſuperlatiuum Barbarum. Fiunt enim mutata Ra, ultima ſyllaba, in Er, & accepta, ior. Conſtruuntur acquiſitiuè cum caſu præpoſitio-

nis,

nis, nonnulla cum ablatiuo cum præpositione à, vel ab. ceu satis abunde citant exempla. Cicero. Vltima à cælo luna, citima terris. Val. Max. uno gradu à publico supplicio manuq́ue carnificis citerior. Mart. Aera sed à cunctis ulteriora petis. Sall. Loca proxima Carthagini. Propert. Vlteriusq; domos radere Memnonias. Ouid proximus ad dominam, nullo prohibente sedeto. Sall. Proximè Hispaniã Mauri sunt. frequentius acquisitiuè. Mela Pom. Proxima Nilo prouincia. Cic. Ad Att. Propius Grammatico accessi. Idem quoque ait, propius ad eam adsum. Sen. propè ad te adest Deus. Idem Proximè Deos accessit. Idẽ, Proxime Romam uenisti. Idem, Proximus Põpeium sedebat. Martian. Hinc Luna, quæ huic propior est; Proserpina uocatur. Terentius latinitatis specimen illustre. Heus (ait) proximus sum ego met mihi.

Tacit. Proxima Campaniæ municipia. Item castra propius hostem mouit. Sum citerior te à magistro. Son piu de qua di te al maestro. Et tu es citerior flumen, montem me. Sed raro. Et Petrus ulterior castrum, uel montem, aut flumen Annibale, Petro è piu oltra, alla, à quella banda dello Castello, o monte, o fiume de Anniballe. Sum propior muro Adherbale. Item domus mea est magis citra fontem tua, uel quàm tua. Maxime omnium supra montẽ ascendisti. Tugurium meum tuo est citerius flumen, uel à flumine. Idemq́ue ab eodem citimum omnium, uel maximè citre, sed non omnia aucupari professi, quod longum ac stomachosum esset, his tantum adhibitis (Gallia superior & ulterior) la Francia, & la Germania.) Nil natura dedit homini mente interius, & (in interiore ædium parte resedit) & (Cicero procurrit ultra metam, quam cæteri in hoc longo secessu sistimus.

Eia age pulcherrime rerum, frater ò inuictissime, surge uastum maris adhuc æquor arandum est? Gallus dormire increpat: atq; ego; qui id uelim enodes discriminis: quod inter sese prior; primus, atque prius habent Nil est, quod malim omnium: habeo etenim præcepta sapientiæ reconditissimæ, quæ ex Valla accepi, cuius uerba hic breuibus collecta perlege, Vocàui te (inquit) prius, non est idem; ꝙ

uocari te prior. Illud nanque tempus signat: ut prius, quasi dicat prius quàm nunc, aut tunc. Hoc uerò personam, ut prior, quasi dicat, Ego duorum prior. & hoc quando duo ad unum referuntur. Siquidem ego, & hic te uocamus, sed ego prior, hic autem posterior. hoc idem fit ubi unus ad duos refertur; Ceu, uocaui te priorem; siquidem duo estis qui uocamini, è quibus te priorem, illum uerò posteriorem ipse uocaui. Idem sermo est ferè passiuè. Vocatus es à me prior, si duo estis, qui uocamini: vocatus es à me priore, si duo sumus, qui uocamus. Eadem ratio superlatiuorum est; primus (qualia) & postremus. vt uocaui te primus, siquidem multi sumus, è quibus ego primus te uocaui. Vocaui te postremus, siquidem multi sumus. E quibus ego postremus te uocaui. Itēm, uocaui te primum, uel postremum; si quidem multi estis, è quibus te primum, uel postremum uocaui. Nonnunquàm (Laurentio docente) ex neutra parte fiunt duo, sed utrinque singuli; & tamen per hoc idem (prior) comparatiuū loquimur; ceu, uocaui te prior; percussi te posterior, subaudi, quàm tu me. Plerunque hinc unus est, inde uerò plures. ut vocaui uos prior; subaudi, quàm uos me. Vocauimus te priores, subaudi, quàm tu nos. Idem est de superlatiuo, ubi plura mēbra, pluresq; insunt partes. Veluti, nos primi uenimus, uos ergo posteriores, ille ultimus. Ego primus scholam subiui, tu posterior, ille postremus omnium. Hæc ille quàm disertissime disserit.

His utique contentus, illud tamen non patiar animo ignotum esse meo, quod maximum in Grammatistarum scholis quæsitum habet; idest, quòd Apostol. Paul. ad Corinth. cap. xiii. habet, ubi quàm maximè commendans charitatem Dei, nec non, & proximi: nunc autem (inquit) manent Fides, Spes, & Charitas. Tria hæc: maior autem horum est Charitas. Cur potius, aut maior harum, aut minus horum? Comparatio est inter plura duobus; comparatiuum ad plura sui relatum nisi citra duo locum habere claret; Valla mendum censet, & Laurentiani; Tu autem quid de his decerptum habes, reconde. Audi attentissimè, quò res hæc pertineat,

quor-

quorſum nam ſententia euadat mea. Græci genitiuum hunc in generibus vnum habent, qui *Τουτου* eſt. Veruntamen potuiſſet latinius dixiſſe maximum horum, niſi Græcos imitari uoluiſſet ſacrarum literarum interpres; Græcos inquam (ut ait Valla) unde traduxit; non ueteres illos, ex quibus Grammatica confirmatur. Niniuita abuſionem conſtructionis, velut illud in Iob, neque ſum inferior ueſtri: eſſe cenſet. pro his maior; & uobis inferior; Græci etenim (inquit) carentes ablatiuo utriq; gradui genitiuum attribuunt. non nulli latinè dictum eſſe cenſent, ea perſuaſi ratione, comparatiuum etiam ad plura ſui referri poſſe. Chiappiſius autem neutra forte contentus ratione, partitiui modum eſſe, quicquid alii latrent, potius, tutiusque contenderit. quale hoc idem eſt; omnium veſtrum ipſe maior; partitiua oratio. Verum in deſperato ferè latinitatis collegio, in quo nemo ſanæ mentis eſt, alius alio plus habet uirium. tale eſt (ni fallor) illud Ciceronis in Val. Cæterarum rerum præſtantior erat. Hieron. in Daniele. Ad ipſum confluebant Iudæi, eo quòd eſſet honorabilior omnium. niſi Græca id imitatione factum cenſeas.]

Præter ſupradictos caſus, quibus intra ſeſe (ut ſatis abundè extorſimus) uarietate comparatiuum reficit; quotquot etiam poſitiua caſus exigunt, eoſdem requirit hoc idem. quod ipſum etſi communi eſt grammaticorum conſenſu receptum; nihilominus aliquot adhuc illuſtrium uirorum exemplis fulciendum operæprecium duximus. Cicero de Conſularibus prouinciis; Quis plenior inimicorum C. Mario? Colum. lib. 6. Omnis vacca, extremi frigoris tolerantior eſt equino armento.] Plin. lib. 6. Paleogenes auri, margaritarumque grandium fertiliores, quàm Indos. lib. primo poſterioris decadis. Cadmus in Græciam profectus, ubi Græcos nauali pugna ſuperiores Xerſe cognouit, facundiſſimus Fazellus habet. Vergil. primo. Scelere ante alios immanior omnes. Huc alia id genus plurima pariter accedunt. Verùm dices, qui ſciam utrum caſum comparatiuum regat ex natura

suaq; significatione, & utrū ex positiui exigat natura? Co gnosces p resolutionē in(quā) uel inter, aut quid tale, de quo supra satis; casus etenim his particulis (quā) inter, p̄ ter, adhærens regitur per cōparatiui naturā, reliqui p na turā positiui, ut sum ditior Petro auri, uel auro. resolue; sum ditior auri, uel auro quàm Petrus. Ecce postquam Pe trus sequitur; ergo Petro fuit casus comparatiui, auri ue rò, uel auro, positiui. Item sum dignior laude; te, idest, quàm tu; ergo laude est ex natura positiui: Item sum di tior nemorum patre. sum doctior te Grammaticæ.] So crates est integrior uitæ me] Leander est peritior te pi læ] Alphonsus est gratior Regi Cæsare.] Horatius gra tior Mæcenati Marone.] Sum aptior labori te.] Nemo fuit eloquentiæ Cicerone doctior.] Quid ita? Quia di citur, diues nemorum, doctus Grammaticæ, integer uitæ, perities pilæ. Gratus Regi. aptus labori, eloquentiæ doctus. positiuè, eadem comparatiuè remanet structura. Verum si quis superiorem positiuorum syluam deside ret cum ea suum regimine. Vt inde eodem manente com paratius natura eo clareat magis; hæc omnia succentu ri axymus. qualia. Amans uirtutis, amantior uirtutis] patiens laboris, patiens magis laboris] sic suspectus sce leris, & scelere.] dilectus mihi] charus tibi] gratus Re gi] fortunatus laborum] lætus rerum nouissimarum, & rebus nouissimis] Abundans lactis, & lacte] Exequēs ueterū memoriarū] proprietatū retinens suarū] largus opū, diues opū, & opibus] indignus auorum] uel auis.] integer uitæ] purus sceleris] integer auitiis] profusus sui] Alieni appetens] Auidus librorum] Tenax propo siti] ferax cinami] Onustus spoliis, & honoris] Certus experimenti] incertus uiæ] fugitans litium.] maturus æui] Ignarus rerum] imperitus artis] ingratus beneficii] memor accepti] fidus sororis] plenus rimarum, & rimis] refertus prædonum & prædonibus] tolerans frigoris] fertilis auxi] similis patris, & patri, sed differunt] do ctus linguæ] indoctus literarum] prudens rei bellicæ] compertus flagitii] Expertus rationis] Idem ratione, uel deratione expertus] Caloris tolerans] legum me tuens]

tuens] Ambiguarum rerum sciens] flagitiorum persequens] ferox animi] insolens infamiæ] Abstinens alieni] diligens & artis, & arte] manu promptus] districtus caussis, uel à canssis.] Cupiens tui] desperans alieni] obseruans æqui] studiosus bonorum] præstans animi, & animo] Authoritate magnns.] pietate secundus] insignis armis] nobilis genere] peritus iuris ciuilis] peritus iure pontificio] Consultus iuris ciuilis, & iure ciuili] consultus iuris pontificii, & iure pontificio] utilis homini] appositus literis] Aptus dialecticæ] habilis Geometriæ] iucundus amicis] Accusatiuo modatus ciui ti miserabilis ulli] pius cunctis] sed neque est animus uniuersa recensere.

In multis, quæ reliqua sunt, illud etiam dicendum est comparatiuum habere quoque alterum septimum casum excessum uel superantiam significantem: ut tu es maior natu me tribus mensibus. Polyphemus fuit altior Vlysse centum ulnis. Sum longior Petro tribus digitis, uno palmo. uerum eius ratio non unum dicendi modum apud authores usque seruauit retentum: unde optimum factu arbitratus quidquid apud eos eiusmodi obseruatũ plerunque offenderim, hic paucis conscribere studui. Est autem comparatio duplex transitiua, Absoluta altera. Transitiua ea est, cum uis comparationis de una in alteram personam remq́ue transit; tum enim excessus in septimo ponitur casu tantùm. Plaut. Sesquipede est, quam tu longior. Curtius lib. 5. Turres denis pedibus, quam murus altiores. Cuius defectus persæpe in genitiuo. Quale illud Plinianum libr. 36. Is uerò, qui in Campo Martio est, nouẽ pedũ minor est; rarò. Absoluta uerũ cõparatio, quæ in se ipsa quodammodo absoluitur. Cuius excessus ratio, alias in genitiuo, Plin. lib. 14. Non altiore quatuor digitorum sulco. Idem lib. 36. Nec longiores duodenum pedum. Alias in accusatiuo. Lucret. lib. 4. At commictus aquæ digitum non altior unum. Alias in septimo casu. Plinius lib. 17. Non altiores quino semipede, nec latiores duobus pedibus. Idẽ lib. 25. Caulis altior sæpe binis cubitis, id enim hæc dies maximum longè omnium ha-

het. Excessum ergo horum longa præceptione pro absoluta comparatione his ferè omnibus modis exprimere non nequimus. Sum altior trium cubitorum] sum altior treis cubitos] sum altior tribus cubitis] sum altior, quam triũ cubitorum] sum altior quàm tres cubitos] Colligimus facillime ex uarietate sermonum Illustrium uirorum, minorem ætate ab uno ad quinque his ferè modis rectè, latineque efferri posse. Sum minor quinque annorum subaudi scilicet ætate, ut aiunt; Sum minor quinque annis] sum minor à quinq; annis] Sum minor quimo] Sum minor quimus] Sum minor quam quimus] Sum minor quã quinq; annorum, sup. ætas] Sum minor quam natus quinque annos] sum iunior à quinq; annis] eodem seruato ordine à quinq; in decennium procedimus. sum minor septem, octo, nouem, decem annorum,] decem annis] à decem annis] quam decem annorum] quam natus decem annos] iunior à septem annis] at supra decennium, uno minus fieri contingit. ut sum minor duodecim annorũ] 12 annis] quam 12. annorum] quàm natus 12. annos] iunior à 12. annis. Quem in modum (maior) ætati significandæ maiori faciam inflectitc atque construit. Cæterum unde structurarum tanta diuersitas fiat, à positiuis arbitrari nõ desunt.

Fit, id quoque undiq; decerptum, quasi in aceruũ congesti, excessus per plures, & pauciores, & gaudet ubiq; septimo casu, ut habeo tribus libris plures seu pauciores te,] possideo duobus aureis plures, uel pauciores Petro (te) & Petro, sunt comparatiui, tribus libris; & duobus aureis ratione excessus. Abundo decẽ nummis pluribus, seu paucioribus Martino, uel habeo libros plures, seu pauciores tribus te. possideo aureos plures, seu pauciores duobus Petro Illud equidem perpulchrum est dicendi genus, quod ex uno eodẽq; thesauro bonorum auctorum nuper erui. quale. Habeo tribus plures decem libris,] io hò tre più de dieci libri. habeo decem plures ducẽtis nummis.] possideo duobus pauciores octo amicis.] Vẽdidi octo plures uiginti domibus] locaui tibi tribus plures decem labribus] dedi mutuo quatuor pauciores triginta libris] legi

ternis

-ternis plures uicenis literis] scripsi duobus plures sex epi-stolis ad te] Vigilaui tribus plures quatuor horis] perno-ctaui duabus plures tribus noctibus.] iterfui quatuor plu-res decem diebus.] studui decem plures duodeuiginti an-nis.] legi duobus plures, uel pauciores sex annis] habeo tribus plures uiginti annis] tribus excessum habet: uigin-ti annis est comparatiui casus. At si dixero, habeo duas do-mos maiores, minores, aut altiores tuis: erit ne excessus? Minime gentium, fit nanq; excessus duntaxat per plures (ut aiunt) & pauciores. Notatur subinde illa uulgaria. Io ho piu de uenti, de trenta, de quaranta anni: dicitur (ut lo-quitur Niniuita) sum maior uiginti, triginta, quadragin-ta annis: uel sum maioris ætatis, quàm ea, quæ uiginti, triginta quadraginta annorum. Vel sum maioris ætatis uiginti, triginta, quadraginta annorum. ubi subauditur ætate. v. g. sum maioris, ætate 20 30 40. annorum. Atque i-terum sum maior 20 30 40 annorum. sed hoc ratione sub-auditionis. v. g. sum maior ætate 20 30 40 annorum. Ita Plinius ad Traianum habet. Qui minor triginta annorũ ætate. Item eleganter dices; sum maior, seu minor natu te duobus annis. Sumus maiores, uel natu minores aliis tribus mensibus. Vtor familiarissimè Titio maiore natu te sesquianno, Audiui à magistro minore natu me tribus Erit aũt (Natu) septimus casus; positiui gradus: q̃a licet sic loq., magnus natu, maior natu, & maximus natu. ponitur ornatus gratia; oratio. n. sine eo bellè stat. Sum maior te.

Quo plura authorũ uolumina excusserim, eo tibi cor-culum meum uberiora præcepta eadẽq; faciliora conges-sero: opinione nanq; tua illud concinnius dici, reperi. hoc est. ut cũ domestico cõparatiuũ sermone habes, & id siue nomen, siue sit aduerbiũ; postq̃ particulã (q̃) cum adie-ctiuo noĩe, aut substantiuo, uel cum participio, postremò sequitur uerbum, sum, es, est. tum cum particula q̃ uerbũ substantiuum omittas: nomẽ uerò illud, uel participium regat ubique, colloces. Verùm exemplis fit manifestius. Sed hæc primùm, Citius dicto] Iratior solito] loqua-cior impendio] Flagrantior æquo] Maior opinione] Tristior solito.] Spe fœlicior.] Maior Inuidia.] Tar-

dius expectatione.]Minus dignitate.]Cognitione prætoria inferius.]Mea tecum amicitia fide maior est.i.maior, q̃ fides sit.vel maior,quàm quis credat.vel quàm quis credere possit.Piu grãde che se lo basti credere.Plato doctior fuit opinione hominum. hoc est plusquàm existimat hominum opinio,vel quàm homines opinãtur. Piu di quello che si pensano, imaginano li huomini. Citius dicto venit mors.idest,citius quàm dici possit.Loquaciores impendio.idest plusq̃ decet. Tristiores solito. idest q̃ soles. Sum spe fœlicior.i. q̃ fore speraueram. Iratior iusto, uel æquum.i. quàm iustum, vel æquum est.flagrantior æquo non debet esse dolor uiri. Maior es inuidia: idest quàm cui quis inuideat.Maior pretoria cognitione summa est. idest quàm ea, quam prætores nosse debent. hæc & plura inuenies magna cum venere dici;ceu magnorum uirorũ exempla demonstrant.Verg.Dicto citius tumida æquora placat.Plau.Istuc curaui, vt opinione illius pulchrior esses. Idem. prius tua opinione hic adero, bonum animum habe.Sueto.Curã quoq; solito exactiorẽ contulit.P.Lent. Opinione celerius confido sceleratissimum latronem pęnas daturum. C. Asinius Pollio. Quod familiarem mecũ tuorũ numero habes,opinione tua mihi gratius est. Val. Max.Cõsueto.n.sacrificauit diutius.M. Cicero.Illa multò maior opinione, ꝙ nemo põt de ea re,quã non nouit, nõ turpissimè dicere. Idem. Maiorem opinione hominũ cępi dolorem.Aulus Gell. lib.1. loquacior es impendio. Cùm uerò in hoc dicendi genere substantiuum nomẽ in casu latino,ablatiuo scilicet à comparatiuo regitur.tum maximè attendendum est,sin cõparatiui virtute,an positiui regatur.Alia.n.esse sententia posset.Ac ueluti Marcus Crassus ditior erat opinione hominum. si ablatiuus regitur ex vi cõparatiui hanc formã habet. M. Crassus ditior erat,q̃ homines opinabantur. Sinautem positiui. ea esset sententia. homines opinantur M. Crassum ditiorem, q̃ esset, quæ utraq; non eadem ferè sententia esse uidetur.

De uerbo malo obseruandum modò est; id enim præpositum aut postpositum uocabulis iis,quæ particula q̃ copulat, vim cõparatiuam seruat. Itaq; latinè dices. Malo

sanita-

ſanitatem diuitijs. quia malo, ſignificat magis volo, vel q̃ diuitias. malo amicitiã tuam, q̃ omnium auri copiã. cum amicis, q̃ alibi vsq̃ terrarum viuere mallem. diſcordiã ciuium, q̃ cõcordiam ſeditioſi malunt. Malo literarum prudẽtiam, q̃ generis nobilitatem. Ariſto. Honoris cupiditate accenſi, amari, q̃ amare, malũt, Plato. Si neceſſe eſt, aut inferre, aut pati iniuriam: pati, q̃ inferre, mallem. Quintil. Ouidij Medea videtur mihi oſtendere, quantum uir ille præſtare potuerit, ſi ingenio ſuo temperare, q̃ indulgere maluiſſet. Idem. Defendere quidem reos, quàm facere, vir bonus mallet. Idem, nec deerunt unquàm, qui diſerti eſſe, quàm boni, malint. Idem, quod neq; ſummi imperatores, neq; in conſilijs rerum maximarum, ac totius adminiſtratione reipublic. uerſati, ſibi unquàm uendicare ſunt auſi. facere enim optima, quàm promittere maluerunt. Idem. Mauult pater corrigere, quàm abricere. Val. Max. Loci opportunitate (qua plurimum adiuuabatur) ſpoliatur, occidere dimicans, quàm aſſignatam ſibi à patria ſtationem deſerere maluit. Idem, ſua cæde teſtari uoluit ſe Fuluij crudelitatem ſugillare, q̃ ſenatus miſericordia uti maluiſſet. Sall. Accepta iniuria ignoſcere, quàm pſequi malebant. Idem, paucis interfectis cæteros beneficio, quàm metu retinere maluit. M. Cicero. Malim equidem indiſertam prudentiam, quàm ſtultam loquacitatem. Idem, errare me hercule malo cum Platone (quem tu quanti facias ſcio, & quem ex tuo ore admiror) quàm cum iſtis uera ſentire. Idem, Italiam ornare, quàm domum ſuam maluit. Idem, Malo enim non intelligi orationem meam, quàm reprehendi. Terent. Malo mihi, quàm alteri. Item, Malo credere, quàm exquirere. Malo ludere, quàm cœnare. Malo pyramidibus, quàm talis ludere. Sat.

Id dicendi quoq; genus, candide lector, nec faſtidiueris, quòd particula (ut) vel relatiui uox qui, quæ, quod, poſtpoſita particulę quàm, ratione comparatiui vſurpatę, multum habet elegantiæ. qua de re Argutus Grammaticus longè lateq; diſſerit. Ita (inquit) opus inchoatur Valerij Max. Vrbis Romæ, exterarumque gentium facta ſimul,

puli, ac dicta memoratu digna, quæ apud alios authores latius diffusa sunt, quàm ut breuiter colligi possint. Id est latius sunt dispersa, ita ut non colligi breuiter possint.] son piu diffusamente dispartiti, che si possano breuemente raccogliere. Sed popularia uulgaria putes, ni clarissimorum authoritate uirorum adamantina roborētur: uerum hæc prius admittam. hoc dicendi genus elegātius est, q̃ vt prophanorum manibus attingatur. In musarū .n. studiis, qui nondum initiati literisq; imbuti sunt, ita loquuntur. Tantùm te amo, quantum dicere non possum. At illud mūdius puriusq; dictum sit, amor in te meus maior est, q̃ vt dicere possim.] Clarior est famæ tuæ celebritas, q̃ ut lippis inuidiæ oculis uideri possit.] Beneficiorū, quæ apud me collocasti, cumulus altior est, q̃ ut gratiam referre possim. Vnde Angel. Polit. Quæ res magis rumoribus increbruit, q̃ ut dissimulari iā possit. Idē, minora fortasse uideri possunt optime Princeps, de quibus ego nunc ad te scribam, q̃ ut animaduersione, curaq; tua digna sint. Senec. Quomodo Mæcenas uixit, notius est, q̃ ut enarrari nunc debeat. Macrob. De Epicteto philosopho notabili, quis quoq; seruus fuit, recentior est memoria, q̃ ut possit inter obliterata nesciri. Plinius Iunior. Quum sit ad connectendas amicitias nullum uinculum tenacius, q̃ ut morum similitudo. Quintil. Id frequentius est, q̃ ut exemplo confirmandum sit. Idem, Sed hoc apertius est, q̃ ut probandum sit. Idem, Ideoque ne suscipiendæ quidem sunt causæ plures, q̃ ut quibus suffecturum se sciat. Cice. Nihil habet Cæsar nec fortunam tuam maius, quàm ut possis: nec naturam melius, quàm ut uelis seruare quamplurimos. Idem, hoc quoq; uidetur esse altius, q̃ ut id nos humi strati suspicere possimus. Idem, maiore mihi ingenio uidetur esse, q̃ ut cum orationibus Lysię comparetur. Idem, superbia tua maior, quàm vt feratur.] la tua superbia è tanta, che non si può comportare. Sermo tuus turpior, quàm ut auscultetur.] il tuo parlare è tanto dishonesto, che non si può intendere.] Ineptior es, quàm ut docearis à magistro citra laborem.] sei tanto grossale, che non puoi essere insegnato dallo maestro senza fatiga..

Ciccro

Cicero facilior est, quàm vt interprete egeat.] Cicerone è tanto facile, che non ha bisogno d'interprete. Doctior es atq; literatior, quàm ut quisq̃ tecum disputet.] tu sei tanto dotto & litterato, che nissuno può disputare teco. Hæc uestis arctior, quàm ut tuo quadret corpori.] questa ueste è troppo stretta per il corpo tuo. Audentior es, q̃ vt tecum quisquàm uiuat.] sei tanto prosontuoso, che nissuno ti può patticare. Elegãter quoq; dicitur. Hic iunior est, quàm cui, uel ut ipsi detur tale negocium.] questo è troppo giouene, à cui si che dogni tal faccẽda. Senior est, quàm cui, uel ut ipsi tale onus imponatur.] è troppo uecchio adonarsi che tal carico. Vanior es, quàm cui fid, uel quàm ut tibi fidem habeam.] sei tanto mendace, che non ti ho credito. Adolescentior es, quàm cui, uel quàm ut tibi urbis magistratus credatur.] sei troppo figliuolo per darti officio alle mani, ò gouerno di città. Res notior est, quã ut probetur, uel quàm ut multis exponi debeat.] è tanto chiara la cosa, che non ha bisogno di proua, nè di longhe parole. Pauperior Irus fuit, quàm ut qui iuuari potuit.] Iro fu tanto pouero, che non si potè aiutare. Medela salubrior est, quàm ut inueniri possit.] Noster aer salubrior, quàm ut qui inueniri possit.] Oratio ineptior, quàm ut quadret animo.] Atqui loco particulæ ut, pronomen qui, quæ, quod, nihil minus eleganter dixeris, licèt fortasse minus usitatè. ut maior est ingratitudinis tuę sugillatio, quàm quæ in aures euanescat. Amplior tua est fælicitas, quàm cui quis inuideat. Grandior es, quàm q doceri possis. Difficiliora carmina sunt, quàm quæ audiri possint. Minor domus, quàm quæ nos capiat. Nequiores sunt, quàm quibus fidamus. Iunior est, quàm cui prouincia detur. superbior, quàm quo uti possimus. Crudelior, quàm qui præesse queat. Maior beatorum gloria, quàm quæ prædicatur. Sæuiores sunt damnatorum pœnæ, q̃ quas capit intellectus humanus. Maius supplicium est, q̃ quod dici queat. Digniores sunt literæ, quàm quæ apud homines habentur. Nummorum sitis aridior, quàm extingui possit. Auarus pauperior, quàm qui satiari valeat. Religiosorum inuidia maior, quàm quæ circumfertur. virtus

tus hisce diebus uilior, quàm quam quis complecti dignetur. Hæc uestis longior, quàm quæ mihi quadret. Volubilior fama, quàm qua reparetur. Et tempus, quàm quod paulùm sistat ad rem. Bartol. Scala. Munitior mihi crede res est, quàm quæ bona diutius ingenia distorquear. Angel. Politianus. Maior tu es, quàm quo nostri aspirare conatus queant. M. Cicero, Quum præsertim matris tuæ grauissimæ, atque optimæ fœminæ; maiora erga salutem dignitatemque meam studia, quàm quæ erāt à muliere postulanda, perspexerim; Alias, sine his uocibus positis post, quàm hoc, etiam dicendi genus usurpari potest; M. Cicero Hoc maius est quiddam, quàm ab his, qui hæc tradunt, postulandum sit. Idem, Longè Aristoteli uidetur secus, qui iudicat Heroum numerum grandiorem, quàm desideret soluta oratio.

Rusticè similiter dixeris, Hic gerit uestem nimis magnam pro corpore suo. Ornatè autem sic. Maiorem gerit uestem, quàm pro forma, uel habitu corporis sui. Geris calceos maiores, quàm pro forma pedum.] porti le scarpe piu grandi che non sono i piedi. Galerum latiorem geris, quàm pro forma capitis] porti la berretta tanto grande, & larga, che non ti cape in testa. Longiores cothurni, quàm pro tuis cruribus] li stiuali ti sono troppo longhi. Formasti tibi uestem longiorem, quàm pro modulo corporis] ti tagliasti il uestimento piu longo, che non è il corpo. Emisti tibi chirothecas angustiores manibus, uel quàm pro grassitie manuum.] le mani sono tāto grosse, che non capiscono nelli guanti, che hai comperati. Curtius lib. quinto. Ventus maiorem quàm pro flatu, sonitum edebat. Aliàs, Ceu, Maiorem erga charitatem habes, quàm quanta cuiquam sit] Cicero. Lentulus multò maiorem opinionem dicendi actione faciebat, quàm quanta in eo facultas erat.] piu di quello che io stesso haueua. Maiorem sapientiam ostentas, quàm quanta in te sit.] dimostri hauer piu sale di quello, che hai. Maior nittus tua, quàm quanta cuiquam fuerit unquam.] Maiorem dicendi copiam iactas, quàm quanta te: um facultas est.] uel, Maiorem aureorum copiam con-

consumpsisti, quàm quanti res tua ualeat.] hai consumato tanti denari, che la robba tua tanto non uale. Maiorem pecuniam liguriendo absumpsisti, quàm quanti decem liceant a tua.] hai consumato tanti denari à mangiare, & beuere, che non uagliono tanto dieci territorii. P. Africa. Tu (inquit) in uno scorto maiorem pecuniam absumpsisti, quam quanti omne instrumentum fundi Sabini incensum dedicasti. Maiorem uberioremque frugum copiam habes, quàm quantam uilla suggerit.

Aliud est, quod diris atrocissimis à longè Valla increpat; Cùm inquit, illud ad extremum adiiciamus: de comparatiuo constructiorē sermonem esse per ablatiuum, quàm per nominatiuum, atque in illis, quale est. Tu maiorem laudem assecutus es patre tuo, tuisque maioribus: uix audeas dicere, laus tua maior est patre tuo. Nec dolor debet esse uiri uulnere maior: non quàm uulnus est. sed quàm æquum sit: & maiorem laudem assecutus es, quàm pater, tuique maiores; sup. obtinuerunt, uel assecuti sunt non ineptè dici doctissima Badii Epitome docet. Tamen solent ita plerunque authores loqui. Verg. lib 8. Non secus ignipotens, nec tempore segnior illo. Quint. de apibus pauperis. Vnum rogo, ne cui minor dignitate uestra uideatur caussa litis meæ. Idem. Non debes apud prætorem petere fideicommissum, sed apud consules: maior prætoria cognitione summa est. pro eo, quod est, maior summa, quàm ut uideatur digna, quæ apud prętorem peti possit. Minor uestra dignitate caussa. pro eo, quod est minor, quàm ut uideatur digna, quæ apud dignitatem agatur uestram: Vox insueta auribus uidetur. hæc ille.

Vtimur elegantissimè in neutro genere comparatiuo, ut elegantius dixeris. Nihil tuo patre generosius.] quàm Nullus tuo patre generosior. Nil Vergilio suauius] quā Nullus Vergilio suauior. Nihil tua matre castius] quàm Nulla tua matre castior. Nihil isto homine peius] quàm Nullus isto homine peior. Nihil paupere abiectius] Nihil hoc uino insuauius] Nihil hoc uiro melius] Nihil tua sorore sanctius] Nil tua uxore uerecundius] Nil hoc

uino

uino suauiùs]Nihil te Petro iustius]Nihil hoc uno mē-
dacius]Nihil tuo uentre capacius] Nihil tua gula mon
struosius] Nihil hoc sene surdius]Nihil tua lingua ama-
rulentius)Nihil uirtute præstantius] Nihil est homini
sollicitudine amicius]Nihil rerum omnium agricultu-
ra Romanis nobilius fuit]Nil certius morte] Nil incer-
tius hora eius.]Interdum(Authore Valla)est etiam, ubi
Nihil plus comprehenditur in uniuerso , quàm in par-
te. Ac ueluti,Nihil te literatius est]Nihil est illo pruden
tius]Nihil est inhumanius te] Nihil plus significat hoc
modo , quàm si dixeris,Nemo te literatior] Nemo illo
prudentior] Nemo te inhumanior] sic inquam nanque
literatura,prudentia,atque inhumanitas non nisi in ho
mines cadit.Sed quid ergo (inquit idem author) in neu-
tro genere potius,quàm in masculino,& fœminino pro
latum sit? Nempe quia nescio quid plenius , & sua-
uius in neutro genere:Ideoq; tali sermone delectati sunt
authores, ceu eorum exempla crebra , assiduaque docu-
mento esse possunt; quorum etsi aliqua recenseri opor-
tet,nec piger ero. Iulius Capitolinus. Nihil esse sordi-
dius, imò crudeliùs, quàm si Rempub. ij arroderent,qui
nihil in eam suo labore conferrent. Plin.Iunior. Nihil
est, quod mandari à te mihi aut maius, aut gratius ; ni-
hil quod honestius à me suscipi possit. Plin. Nihil est
damnosius agro deserto.M.Cic.Nihil est enim illo ado-
lescente gratius.Idem, Nihil est aptius ad delectationē
Lectoris,quàm temporum uarietas, fortunæque uicissi-
tudines:quæ etsi nobis optabiles in experiendo non fue
runt, in legendo tamen erunt iucundæ. Idem, Nihil est
enim in dicendo Catule maius,quàm ut faueat Oratori
is,qui audiet. Idem , Nihil est profectò hominis pru-
identia dulcius , quàm ut cætera auferat, affert certè
senectus . Idem , Nihil est animo uelocius ; nulla est
celeritas , quæ possit cum animi celeritate contende-
re . Idem , Nihil est uirtute amabilius , quàm qui
adeptus fuerit , ubicunque erit gentium , à nobis di-
ligetur . Plutarc.Nihil turpius conuitio,quod in autho
rem recidit. Quint.Nihil est odiosius affectatione. M.

Cic.

Cic. Nihil tamen amabilius, nec copularius; quàm morum similitudo bonorum. Idem, Declarandum arbitror nihil mihi esse potuisse tuis literis gratius. Idem, Nihil enim tua uita potest mihi esse iucundius, neq; charius. Idem, Nihil mihi est eius familiaritate iucũdius. Idem, Rerum omnium, ex quibus aliquid experitur, nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius homine nihil peius, ac detestabilius ingrato, uulgus habet. Sed quid multis moror? atque hæc hactenus.

Illa uulgaria ne Grammaticis quidem puto ingrata fore, quæ uiris sanè eruditis obseruata non ignoramus. ea enim hæc sunt. Tam amicus est, uel amicior, quàm qđ amicissimum] mi è tanto buono amico, quanto altro che mi sia. Tam gratus mihi fuit, uel gratior, quàm quod gratissimum] mi fu tanto grato, quanto cosa che sia. Tam sanctus est, uel sanctior, quàm quod sanctissimum] è tanto santo, che non si puo dir più. doctior, quàm quod doctissimum] tam sapiens, quàm quod sapientissimum] è tanto dotto, tanto sapiente, quanto altro si truoua al mondo. Tam stultus, quàm quod stultissimum] è tanto stolto, che non ha paio. Literæ tuæ tam gratæ mihi fuere, quàm quod gratissimum, ac iucundissimum] Munera tua tam accepta fuere, quàm quod acceptissimum.] Tyrannus fuit Agathocles, quàm qui fuit unquam sæuissimus; Teste Fazello] fu tiranno Agathocle, il piu crudele del mondo, che non ne fu mai un tale. Aliàs, ludit ut cùm maximè] giuoca mai più di hora. Studet ut cùm maximè] studia mai piu che hora. In senectute amat ut cùm maximè] alla uecchiezza è innamorato piu che mai. Nunc ut cùm maximè scortum habet.] tiene la meretrice mai piu che hora. Aliàs, uiginti diebus, ut cùm tardissimè Panormo reuertar] alla piu lunga tra uenti giorni tornerò da Palermo. Annos post sexaginta, ut cùm tardissimè in cęlum commigrabimus.] tra sessanta anni al piu che possiamo stare.

Quoniam autem inter magis, & Quàm, in uulgari sermone

mone aliquid interponi solet. Eas tu tamen particulas duas sine ulla uoce media coniunxeris elegantius; hoc etenim dicendi genus est frequens apud authores, ut id quidem studiosè dicere contendãt. quale esset, Sermo noster elegans, magisquam uulgaris est.] il nostro parlare è piu elegante, che uile. Amicitia me delectat, magis quã pecunia.] loqueris magis, quàm quod deceat.] Pluit magis quàm non messis, aut uindemia postulat.] Aristo. Heraclitus dicit asinum stramina magis quàm aurum optare; Asinis enim pabulum auro iucundius est. Claudius Albinus, interrogatus, quid de Scipionibus sentiret, respõdit, fœlices illos fuisse magis quàm fortes. Valer. Max. Quidquid imperio cogitur, exigenti magis quàm præstanti acceptum refertur. Sall. Ius, bonumque apud eos, non legibus magis quàm natura ualebat. Idem. Alia belli facinora prædæ, magis quàm detrimento fore. Idem, Seruire magis quàm imperare parati estis. Idem, In pace uerò beneficiis magis quàm metu imperium agitabant. Idem. Sæpe praua magis quàm bona consilia prosperè eueniunt. M. Cato. Iniurias autem imminentes præcauisse iustum est, magis quàm expectasse. M. Cic. Antiquissimi ferè sunt, quorum quidem scripta constant. Pericles, atque Alcibiades, & eadem ætate Thucydides, subtiles, acuti, breues sententiis magis quàm uerbis abundantes. Idem, Graue enim est, homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo se bene meritum putet, ne id, quod petat exigere magis quàm rogare, & in mercedis potius, quàm beneficii loco numerare uideatur. sed plura notiora legenti.

Aliud præceptionis genus est; Comparatiuum utpotè ante uocabula duo coniuncta coniunctione, quàm non ineleganter præponi posse. ubi quàm coniunctio præpositum comparatiuum, suppositum uerò positiuum habet, uel quid tale loco eius. quale, Pluris amicitia, quàm rerum multarum possessio esse debet] Melius est cum doctis errare, quàm cum imperitis bene sentire.] Commodius est rem sibi quærere, quàm in ocio decumbere. C. Martius. Meos hortulos plus stercoro, quàm holero.

Quint.

Quint.Difficilius ſemper eſt creditum(quod Cicero ipſe teſtatur)defendere, quàm accuſare. Idem.Facilius ediſcimus uerſus, quàm proſam orationem. Idem. Diſcipuli libentius præcipientem audiunt, quàm reprehendentem. Idem, Minus afficit ſenſus fatigatio, quàm cogitatio. M. Cic.Morbi pernicioſiores, pluresque ſunt animi, quàm corporis. Plin. Nutricem indulgentiorem eſſe, quàm matrem ſæpe conuenit. C.Memmius. Multò præſtat beneficii, quàm maleficii immemorem eſſe. Contrà hic habetur, eſt enim, ut cùm particula(quàm)ratione cõparatiui poſita inter uocabula duo collocata eſt, tunc poſtponatur comparatiuum elegantius. quale, Amicitia, quàm pecunia delectat amplius.] Diuitiis, quàm uirtuti plures inuigilant.] Erratum multorum, quàm unius, grauius eſt. Ariſtoteles. Amare, quàm amari melius eſt. Idẽ, Maſculus, quàm fœmina natura principalior eſt. Idem, Dolores ferre, quàm à uoluptatibus abſtinere, difficilius eſt. Idem, Pittaci lex eſt. Ebrios, ſi quem ij pulſauerint, maiori pœna damnari, quàm ſi ſobrii feciſſent. Ebrii enim, quàm ſobrii plures delinquunt. Idem, Famuli multi interdum, quàm pauci deterius inſeruiunt. Idem, Menſe decimo naſcitur uir, quàm fœmina, rarius. Idem, Iuuenes, ſeneſque, quàm uiri plures fœminas generant. Plaut. Te de aliis, quàm alios de te ſuauius eſt fieri doctos. Plin. Difficulter perficiuntur omnia in cibis acria, nimia, & auidè hauſta, & æſtate quàm hyeme difficilius, & in ſenecta quàm iuuenta. Idem, Somno concoquere corpulentiæ, quàm firmitati utilius. Quint. Cornelius autem Seuerus uerſificator, quàm Poeta melior. Sall. Regibus boni, quã mali ſuſpectiores ſunt. M.Cic. Quanuis enim Themiſtocles iure laudetur, & ſit eius nomen, quã Solonis illuſtrius. Idem, Id re, quàm uerbis faciam libentiùs. Aulus Gel. M.Cato in L. Veturium, duritudinem, quàm duritiem dicere grauius putauit. Chiappiſius autem potentius potentiora, potentiorum, potentioribus; quàm potius, potiora, potiorum, cum potioribus. Sicut iuuenior, quàm iunior; Et diuitior, quàm ditior grauius ac ineptius dicere fortaſſe putarit. [Neſcio equidem

tā mihi faciles, tenues, ac vnde tā teneræ mihi insunt aures. quæ potentius cum suis uix patiantur, grossum putē potentius, quod in eas subire non ualeat. At scio ludi magistrum & memini quem Netinum appellabamus, cuius aures at potius auriculas adeò apertas, duras, crassas, ac benè perforatas fuisse crediderim, ut nedum potentius, & potentissimum caperent uerùm & alia peregrina multa, absoleta, turgida, crassissima, grauia, insuauia hæc omnia inquam capta transmitterent.

Nec id prudentiores aures offenderit, concinnius, quàm usitatius hoc dicendi genus est, ut cùm inter adiectiua duo nomina, aut duo aduerbia ab adiectiuis nominibus profectu positiui gradus, magisquam interponi solet; tum utrunque positiuum in comparatiuum mutes, ac omissa particula magis, quàm interponas tātùm; hoc.n. fieri contingit propter maiorem uehementiam, ubi comparatiuum ad se, uel ad aliud cōparatur, quale illud est, Achilles fuit fortior, quàm iustior Aenea. Aiax fuit fortior Vlysse magisquam Diomede, uel supra quàm Diomedes scil. fuit. Tu es doctior Petro magisquàm iustior.

Quos amamus, eos amicius, quam uerius laudare solemus.] idest. amicè magis, quàm uerè. fortunatior es, quam sapientior] idest, magis es fortunatus, quàm sapiens. Reipub. administratio honoratior quam quietior est.] Hermolaus Barb. Periculosius mihi est ista, quam postulas decernere, quā laboriosius. Agel. Politi. Quod mihi in tua epistola tantum tribuis, quantum ego nec agnosco, nec fateor, uel ob id, certè mihi gratum est, ꝙ amicius: quam uerius sentiēs magis fortasse nos diliges. Idē, uideo quæ de me tu sentias, prædicesq; amicius multo quam uerius. Idem, quam multis me prius laudibus, etiam si eloquentius longè quàm uerius adobruisti. Iulius Capitol. Ille se insolentius, quam uerecundius senator efferret. Plin. Iunior. Non quia eloquentius, quam uerius; sed quia liberius, ideoque licentius scribitur. Quintil. Nos nunc non ueremur, ne parum hic liber mellis, & absynthii multum habere uideatur; sitq; salubrior studiis quā dulcior. Sall.

Ego

Ego scio quam aspera hæc res in principio futura sit, præsertim iis, qui se in uictoria licentius, liberiusq; quã arctius futuros credebant. M. Varro. Metium Suffetium propter perfidiam interemit penè imperiosius, quam humanius, nã equis ad curriculum ex utraq; parte ligatum distraxit. Pompo. Mela. longior tamen ipsa quàm latior. sic si cõparatiuum duo uerba cõnecteret secundum uerbum ad coniunctiuum transfertur, ut Magis lego, q̃ scribam.] Magis loquor, q̃ audio.] Magis latrat, q̃ loquitur] utrunque cãdidum est. hæc quoq; Seruator nocturnis cudimus horis. cum ratione comparatiui aut ullius alterius uocabuli uim cõparatiui habentis particula q̃, uocabula duo coniungit simplicia, & si qd' uerbum est, qd' cum utroq; conueniat, postponitur non illepidè. quale est. Amicitiæ q̃ fortunæ ui fulciri certius est.] Eloquentiæ q̃ diuitiarũ copiam habere commẽdabilius est.] Sacra q̃ pfana lectio iucundior esse debet.] Solonis quã Draconis legibus uti Atheniensibus dulcius fuit.] Arist. Aquilonis q̃ Austrinis uẽtis mares gignuntur. Idẽ, Multorum, q̃ uniuscuiusq; iudicia esse solent meliora. Quin. Vt ꝙ sentio semel finiam tanto est accusare quàm defendere, quantò facere quam sanare uulnera facilius. Idem, Phidias diis, quàm hominibus efficiendis melior artifex traditur. Idem, Admirabilior in fœmina quàm in uiro uirtus. Idem. Qui, legente alio, ediscit, in parte tardatur: quòd acrior est oculorum quam aurium sensus. Idem, in armorum ratione antiquior cauendi, quam inferendi ictum cura est. Val. Max. patriæ quam uitæ suæ longiores terminos esse maluerunt. Idem, Multò multoque seipsum quàm hostem superare operosius. Idem, aliquantò satius fauoribili, quam inuisæ rei uacare. Sall. Esse, quam uideri bonus malebat. Idem, quò mihi rectius esse uidetur ingenii, quam uitium opibus gloriam quęrere. M. Cic. Quid Aristides (malo enim Græcorum, quàm nostra proferre) numne ob eam caussam expulsus est patria, quòd præter modum iustus esset? Idem, Accipere, quàm facere præstat iniuriam. Sed manum impono.

Subit iugiter, qui potius, & potissimum inuicem differant, uerba facere. Dicam igitur illud duobus, hoc uerò pluribus conuenire. Ceu dictum est de prior, & primus. Vt ex duobus propositis hoc potius eligam. Omnium potissimum te mihi semper adesse velim. Ex his potissimum mihi eligam] di queste tre cose elegerò questa piu presto. Si paupertas, & mors patienda sunt, ex his illud potius mihi uelim.

Aliud intellectus componit, quòd per comparatiuum collatio quadrupliciter fieri contingit. Aut est unius ad alteram substantiam, uel diuersam. ut ego sum maior te. Petrus doctior Martino] uel, Homo est mitior Leone fœmina leuior est pluma] Aut, substantiæ ad tempus, uel ad seipsam ratione temporis uariatam. Ego sum hilarior solito. Ditior es opinione hominum] vel sum ditior hodie quam heri. Formosior sum quam dudum.] Hic uidetur mihi doctior quam erat. Aut ab uno accidēte ad aliud, tum utimur positiuo & magis, uel cum duobus cōparatiuis, uel cum altero comparatiuo, & magis, uel cum comparatiuo & An. ut. Sum magis fœlix, quàm prudens. dulcius hoc est, quàm salubrius. Magis fortior quàm iustior. Stolidior an uanior sit incertum est. Fœlicior, an prudentior sit nescio penitus. Aut ab uno actu ad alium, uel comparatiuo fit ad opus, uel ad affectionem alicuius cum ablatiuo nominis, uel cum quàm ut] aut cum, quam qui] aut quàm pro] aut, quàm quantum] aut quam quoad] aut, quā quomodo] actiuè simul & passiuè. ut ego magis studeo, q̄ scribo] malo uitam, quam mortem] item facilior spe tua] lis minor dignitate mea] ineptior quam ut docere possit] superbior quam ut doceri uelit. Apertius est quā quod probem, uel quam quod probetur à me] Religiosior, quā pro ætate.] Minor, quam pro meritis gratia refertur] Sexies tantum, quam quantum satum est, ager attulit] Nō putabam me diutius uicturum, quam quoad tecum essem.] Non aliter res se habet, quam quomodo à me dicta est. Nec longe aliter ab hac nostra institutione (mi fidus Achate) Perotti ac Plazonis censura edocet.

Hoc ne quidem reiiciendum putes. Ad bonam scilicet pro-

propriam, perfectamque comparationem (Grammaticorum turba non reclamante) tria necessaria esse quis nunquam legit? At quæ? Superãs, Res superata, qualitatis, uel quantitatis accidens utriq;, sed uni magis, quã alteri tributa terminorum, ut Cicero fuit. Quintiliano multo eloquentior.] Socrates fuit sapientior Platone] Homerus doctior Marone] Vergilius aliis poetis] Rex est ditior Comite.] superans, ut Cicero. Soc. Hom. Verg. Rex. Res superata, ut Quintiliano. Plat. Mar. Poet. Comite. Accidens, siue id, in quo fit comparatio. Eloquentia est, sapientia, doctrina, & diuitiæ, de quibus participant utraque extrema. Cicero, scilicet Quintil. Magis autem Cicero, propterea si quid horum deficit, fit abusio in cõparatione rerũ inter se, non in comparatiuo, quare mala, impropria, nec perfecta est comparatio, Cycnus est albior coruo. uel nix est candidior coruo. Sum albior Aethiope. in quibus nõ participat vterq; terminus de eodem candoris, seu albedinis accidente. Itẽ ꝙ alter altero sit magis terminorũ particeps accidentis, quia omnis comparatio id agit, ut alterum præferat, quæ uerò æquat similitudo potius, quam comparatio appellatur. Ceu si Petrus compararetur Ioãni, qui æquè pariter essent docti, candidi, quamobrem, excedens, excessum & forma, inqua fiat comparatio, quæq; utriq; conuenire debet, sed excedenti plenius copiosius atq; abundantius (Authores sunt Seruius, & Diomedes) qbus Niniuita. Alb. Io. Scop. Sid. Phar. Plaz. Caph. Chiap. Astipulanter hæc tria, ad bonam comparationem necessaria usq; eẽ ex horũ editionibus uirorũ suceẽturiauimus.

Et quoniam de comparatiuorum abusu quid tetigisse uisum est; de hoc igitur meminisse in præsenti capitulo obuium est, sed illud obseruandum, quot modis in cõparatiuis fieri contingat abusio? Tribus modis, primo. Constructione. ubi proprium non admittit casum. ut sciẽtiarum digniorem Theologia. Horum maior est Charitas. Maior iuuenum. Verum in legendis authoribus sæpe etiam genitiuo comparatiuum iunctum more Græco inuenimus; uerũ imitari noluerĩ, nisi ad duo cõparatio fiat quale, duarũ manuũ dextera fortior] duorũ pedũ dexter

 agilior]

agilior] [illegible]orũ fratrũ hic maior. Sed de hoc in sequenti capitulo copiosius, atq; diffusius agetur. Aut cũ de pluribus negatiuè loquimur. quale, Oratorum nemo eloquẽtior Cicerone. Poetarum nemo Marone doctior. Philosophorum nullus sapientior Platone. Saulus enim, Quã Plato, ait; quod minus Latinum censuerim, ratione si rectè meministi, de qua supra. Lent. Ad Po. Ro. in Epist. 12. Naues onerarias, quarum minor nulla erat. Idem. Omnium societatum nulla præstantior. in quibus genitiuus regitur ex ui nominis negatiui, quod cum genitiuo plerunque construitur. Secũdò fit abusio formatione, ubi prȩterquam à nominibus, quorum qualitas, uel quantitas intenditur utiq, atq; remittitur, formantur cõparatiua: uerùm ẽt à nominib. substantiuis, uel à pronoĩe formari quoq; contingit. ut Neronior] piu crudele. Ganymedior] piu bello. Pænior] à Pæno. Et ipsior] piu simile. Inde ipsissimus inuenitur. Enimuerò inter alias antiquitatis ineptias euanuerunt; eorum etenim qualitas, uel q̃titas intendi aut remitti posse, nullo mõ uidetur. Tertiò stat abusio significatione. ubi pro absoluto, uel positiuo ponitur. quale, Senior, pro senex, uel ualde senex, ut Valla, & Quintilianus aiunt. Idem de Isocrate. Eoq; iam seniore (octauum .n. & nonagesimum compleuit annum) p̃cipere Aristoteles Pomeridianis scholis cæperit. Et Ouid. De Tristib. Sospite sic te sit natus quoq; sospes, & olim Imperium regat hoc seniore senex. Sene. in Ep. 75. Quẽmadmodum ex duob. sapientib. qui senior decessit, non est beatior eo, cuius inter pauciores annos terminata ẽ uirtus. unde senior. i. magis senex. Verg. in lib. 6. de Charonte. Iam senior, sed cruda Deo, uiridisq; senectus. ubi pro ualde senex legitur, quod ex sequentibus patet. Sed crud. de. uir. sen. Quanuis .n. (ceu docet lectio Badiana) ualde senex Charon, attamen crudus, & uiridis erat. atqui Honoratus Grammaticus, eo in loco, senior, comparatiuũ per imminutionẽ censet, ut non satis senex sit, sed intra senẽ. quã rẽ (inquit) à Varrone tractatam confirmat Pli. Eandẽ habuisse uideor mentẽ exponẽs apud M. Hiero. Vid. de Petro Apost. Tũ senior Petrus haud linguæ uo

ciq; pepercit. pro ualde senex. hoc autē pro Seruio & Varrone dixerim cum Valla, quòd natura comparatiui superare est ea in re, in qua est positiuus. Superatio, vel elatio comparationis ubi incolumis est, ne quidem factam per imminutionē esse credas. ut sum antiquior te. i. sum maior. sum adolescentior; i. minor. iunior. i. sum minoris ętatis, supero in paruitate. Ita senior. i. valde, non minus senex. Aliud apud Verg. in lib. 1. Tristior & lachrymis oculos suffusa nitentes. Tristior. i. tristis, Valla cum Quintiliano legit. non ex parte tristis. Sæpe est per se positum ꝓ ipso positiuo. ut comes senioris Aceste. pro senis. comparatiuū ergo pro minori vi accipi q̄ positiuū habet, etiam Priscianus non reclamat. Vt tristior. i. ex parte tristis (inquit) habetur. sed quid hoc Prisciane. qūo Venus alma pro filio, cui cunctus ob Italiā terrarū clauditur orbis, ad Iouē interpellatura accesserat plena lachrymis, timēs Aeneā regno Italico defraudari, multaq; rerū incōmoda. vnde facta tristior, q̄d est? nisi priùs q̄ erat. aut valde tristis. q̄a, oculos lachrymis suffusa nitēteis. Id genus. Pl. Iunior. Medici salubres, sed uoluptate carētes cibos blādioribus alloquiis ꝓsequuntur. Idē. Quæ oblōga sunt oua, gratioris saporis putat Hora. Flaccus. fęminā edunt quæ rotundiora gignūtur, reliqua marē. Val. Max. Bonæ mētis usurpatio nullū tristioris fortunæ recipit incursum. M. Cice. Senectus est natura loquacior. Idē. amicitias, quæ minus delectēt, & minus ꝓbētur; magis decere cēsent sensim dissuere, q̄ repente p̄cidere. Idē, in tibi quædā uidebūtur obscuriora, cogitare debebis, nullā artem literis sine interprete, & sine aliqua exercitatione percipi posse. Idem, nec latius, nec copiosius de magnis uarijsq; rebus sine philosophia potest quisq̄ dicere. Idem, nam & palæstrici motus sæpe sunt odiosiores. Idem, cauendum est autem ne aut tarditatibus vtamur in gressu mollioribus, ut similes pomparum ferculis esse uideamur. His illa simillima sunt. Ab amico literæ iucundiores sunt. fortuna rebus tuis arridet fœlicius. Aura hæc salubrior est. Aut ubi contrarium comparatiuum significat. Vt dulcius, idest minus amarum. Curt. libr. 5. Mare Caspium dulcius

cæteris, ingentis magnitudinis serpentes alit. Sall: Mare
Ponticum est dulcius quàm cætera maria. vtrunque est
minus amarum. Verùm dici posset, aliqua dulcedinis
parte superari propter flumina, quæ illuc confluunt. ea-
dem ratione, sicut, sum adolescentior te. Hæc quoque
sensum cõtrarium insinuant, Ceu cùm Claudianus de Plu
tone lib. 2. de raptu Proserp. Hæc fatus, ouantes exhorta-
tur equos, & tartara mitior intrat. Mitior. i. minus solito
sæuus. Solin. Durissimum dorso tergus est uẽtri mollius.
i. minus durum. Quoniam igitur persæpe usuuenit, ut
optimi authores plerosq; alios ab his abusionis modos
admittant, id enim uel licenter nimis, vel propter compa
ratiui naturam, uel aliqua ducti necessitate, vel Eupho-
niæ gratia, vel quòd auribus inseruire maluerint nescio.
haud igitur prætereũdum est quin omnes quotquot sint
id genus modi perstringamus breuitate, qua maxima po
sumus. Aliàs. ubi comparatiua longè à suo charactere fo
mantur. Qualia. bonus, melior. malus, peior. & cætera ta-
lia. eam etenim bonam rectamq; comparationem appe
lamus; quæ primam positiui syllabam integram seruat p
omnes gradus. ut candidus, candidior, candidissimus. s
autem inæqualis, non recta, nec regularis cẽsenda. sicut
bonus, melior, optimus. Aliàs. ubi comparatiuum per n
mis & positiuum exponitur, quale illud Tullianum. Sto
machosiores meas literas, quas dicas esse, non intelligo
Stomachosiores. i. nimis stomachosas. Aliàs. ubi compa
ratiuum superlatiui uim sapit, quale illud Plinianum.
Pecuniam, qua tunc illi ampliore opus erat, dedi. ampli
re. i. maxima. Aliàs. Cũ extrema contrariarum sunt qua
tatum. Senec. de vita beata. Exigo à me, ut non optimis
par sim, sed ut malis melior. Aliàs. Cùm diuersa ratio
de suis collatis comparatiua dicuntur. quale illud Ve
gilianum. Nerine Galatea thymo mihi dulcior Hyb-
Galatea dulcis est, & thymus quoque dulcis. sed diuer-
modè. sunt æquiuoca, nam illa ad animum, hic uero ad
gustum refertur. Aliàs. cùm alter terminorum defici. vt
sum doctior, quàm ditior. Aliàs. cùm accidens non est cõ
parabile. vt magis rationalis sum quàm tu. Aliàs. Vbi
acci-

accidens neutri terminorum congruit. vt melius partē, quàm patriam prodere. Melius honestè mori, quàm inhonestè uiuere. Est postremò, ubi comparatiuum maiorem habet superlatiuo significationem. Vt Achilles fortissimo Troianorum Hectore fortior fuit.] fortior sum fortissimo. Tale illud Tullianum. Maximas omnes tibi gratias agimus Cai Cæsar, etiam habemus maiores. Idē, literæ tuæ gratissimæ mihi fuerunt: sed si alio tempore mihi redditæ forent, gratiores extitissent. Idem, vale mi Cicero, tibiq; persuade esse te quidem mihi charissimū, sed multò fore cariorem, si talibus monimentis præceptisque lętabere. Idem, cùm ipsum Furnium per se libentissimè uidi, tum hoc libentius, quòd illum audiens te uidebar audire. Idem, ego autem hoc miserior sum q̃ tu, quæ es miserrima; quòd ipsa calamitas communis est utriusque omnium nostrum. Idem, hoc tibi propone amplitudinem & quasi quandam exagerationem quam altissimam animi: quæ maximè eminet in contēnendis & despiciendis doloribus, unam esse omnium rerum pulcherrimam, eoque pulchriorem, si uacet populo, neq; plausum captans se tantùm ipsa delectat. Aulus. Gel. C. Fabritius & Coruncanius, antiquissimi uiri uel his antiquiores Horatii illi Trigemini planè ac dilucidè cum suis fabulati sunt. Plin. in Paneg. Meliorem optimo genuit. Plaut. Si sis stultior stultissimo. Poeta Naso. Accedat lachrymis odium, dignusque puteris, Qui mala cùm tuleris plurima, plura feras. Idem, Et cùm possideant plurima, plura petunt. Item hæc, Amicissimus mihi es, esses tamen amicior, si ad me scriberes. Literas tum cùm accepi, mihi iucundissimæ fuerunt, iis legendis ualere te cùm agnoui, iucundiores fuere. fœlicissimo fœlicior es. Sed iure non unquàm infimus gradus supremum nobilissimum excellentissimum atque perfectissimum transcendere audebit, atque hæc hactenus.

Sed prius quàm de comparatione partitiua uerba faciamus, hæc ne quidem uulgaria interposuisse obuium fuit, vt cùm per gradus comparationis sit quædam velut gradatio, id cum summa venustate fieri contingit ip-

ſius orationis. Vt fœlix eſt, cui amicum bonum diligere contingit, fœlicior, qui ab eo literas multas accipit, fœliciſſimus cui cum eodem uiuere datum eſt. Cùm eo præclarè agitur, qui pecuniæ indigens literarum ſtudioſus eſt, præclarius cui cum ſcientiæ cupiditate pecuniæ adeſt copia: præclariſſimè, cui ea literarum cupiditas earum profeſſione exatiata eſt. Plaut. Miſer homo eſt, qui ipſe ſibi quod edat quærit, & id ægrè inuenit: ſed ille miſerior, qui & ægrè quærit, & nihil inuenit: Ille miſerrimus, qui comeſſe cupit, quod edat, non habet. Plinius. Malum patremfamilias quiſquis interdiu faceret, quod noctu poſſet, niſi intempeſtate cœli: Peiorem, qui profeſtis diebus ageret, quod feriatis deberet. Peſſimum, qui ſereno die ſub tecto potius operatur, quàm in agro. Hæc & alia complura occurrerint ſumma cum venere dici ſpeculanti.

Comparatiuum quoties partitiuè ponitur, aut inter duo, uel duas partes eiuſdem generis atque naturæ diuiſa ſit comparatio, genitiuum uſque admittit. & primùm de duobus. vt Aiacum fortior fuit Telamonius. Duo enim tantum fuerunt Aiaces. alter Telamonius, filius Oilei alter. ſi tres autem fuiſſent, non omnino fortior, ſed fortiſſimus, dicendum erat, ſecundum Vallenſem diſciplinam. Horat. in Arte ad duos Piſones. O maior iuuenum quamuis & uoce paterna fingeris ad rectū. Idem in car. lib. 4. Maior Neronum mox graue prælium commiſit, loquitur enim de Tyberio, & Druſo filiis Neronis: Intelligitque de Tyberio, qui Druſo natu maior erat. ubi (authore Priſciano) ſubauditur, ætate. Ita, manuum dextera fortior. ſiniſtra tardior. Pedum dexter velocior, imbecillior ſiniſter: Oculorum dexter rotundior. Aurium dextra nobilior. Duarum ſororum Herſilia vanior. Duorum fratrum tu longior. Eadem ferè ſententia de duabus partibus. Vt Romanorum maior pars uicit minorem; ſin autem qua diuiſio, uel ciuitatis uel cuiuslibet totius in duas partes, maior, & minor pars dicatur. Ceu maior pars hominum ſequitur Marium, minor uerò Decium. Romanorum maior pars

Pom-

Pompeium, minor verò Cæsarem. Sin autem in tres partes, seu plures partes diuisio fieret. Maxima, & minima pars. vt maxima pars peditum erat cum Sylla, maxima uerò equitum cum Mario, maxima uelitum cum Mãlio. Vrbis Romæ maxima pars Pompeium, minima Cæsarem sequebatur. Hinc liquet, minus congruè dici. Digitorum medius longior, Sed longissimus. Hic adolescens est doctior classis suæ. Comparatiuum differt à comparatiuo partitiuè tento. Primò, quia illud ablatiuum, hoc genitiuum admittit. Secundò, illud tam inter duo, q̃ inter plura, & è conuerso, hoc tantũ inter duo, duasq; partes referri debet. Tertiò, quia illud tã inter ea, quæ sunt diuersæ, quàm inter ea, quæ sunt eiusdem naturæ: Hoc autem inter ea solùm quæ eiusdẽ naturæ, refertur. Hæc probare studet moderatus Mãcinellus in Lima. Cæterùm ingeniose lector, quidam ecclesiastici interpretes Græcos imitati abutuntur oratione comparatiua partitiua inter plura diuersi generis, dicunt enim: Maior discipulorum] Minor fratrum] Horum maior] quasi cæteri pares inter sese fuerint uno tantùm excedente, uel nullis grammaticæ legibus astricti minus atq; magnifaciẽtes comparatiui & superlatiui differentiam, comparatiuo pro superlatiuo minus latinè utuntur.

Hoc ambiguum, quonam modo aliqua dicuntur esse eiusdem, vel generis, uel naturæ? Id est, quando genitiuus non collectiuus uerè, propriè ac congruè conformari potest cum comparatiuo, uel superlatiuo in debitis accidentibus, sunt eiusdem, vel generis, vel naturæ. vt Oratorum Cicero eloquentissimus. quia Cicero est Orator. Poetarum ingeniosissimus Ouidius. quia Ouidius poetarum unus. duorum frattrum Petrus doctior. quia Petrus unus, aut duorum alter est. vnde non rectè diceretur. Achilles fortissimus Troianorum. quia fortissimus Troianus nõ est, Tyndaridum Venus pulchrior; quia Venus non fuit pulchrior Tyndaris. secus Tyndaridum, Helena pulchrior erat, quia Tyndaris pulchrior extiterat. Eadem sententia stat pro his. Ego sum doctissimus meorum sociorum. tu ditissimus tuorũ ciuiũ: quia

neque

neque ego meus sum socius; neque tu tuus ciuis. Maia pulcherrima suarum sororum, non sua soror fuit. Itaque dicendum erat. Ego doctior sum meis socijs. rudior tuis ciuibus. Maia pulchrior suis sororibus. vel demptis pronominibus. Ego sum doctissimus sociorum. tu ditissimus ciuium. Maia pulcherrima sororum. Hinc iam liquet, ubi sunt pronomina possessiua meus, tuus, suus, noster, atque uester: magis comparatiuè quàm superlatiuè loqui debemus secundum dogma Vallense; Secunda esset quoque pro his ratio natura partitionis: verùm eò usque abiiciendam censemus, cùm de superlatiuo, & de superlatione meminisse occurrerit. In collectiuis non ita: rectè nanque dixerimus, optimus plebis; populi. Hinc lata sit sententia; si id quoque Laurentio tribuimus; quòd comparatio unum gradum, siue primũ obtinet; superlatio uerò plures, siuè ultimum. Nam ubi est superlatio; ibidem comparatio sit necesse est. vt digitorum medius est longissimus. quo dempto; iam inter alios fieri contingit comparationem: nam unus excedit, alius ve exceditur. Ideo (Laurentiana hæc quoque sunt) si multa fuerint eiusdem generis paria & æqualia inter sese vno tantum eminente in comparatione illorum non superlatiuo, sed comparatiuo uti fas est; licèt Priscianus aliter sentiat: Ceu plura sint vasa, nauigia, aut quid tale, quæ uasa sint ad eandem magnitudinem, eandemq; capacitatem facta; & aliquod sit longè maius, aut capacius, tunc non rectè dicas. Hoc est omnium maximum uel capacissimum. sed maius, dic, aut capacius. Atqui si sit aliquod alio maius, aut capacius, & alterum alio, & aliud alio: rectè dixeris omnium maximum vel capacissimum; nanque dempto quod omnium maximum erat siue capacissimum: inter alia, quorum altero excedente, alterum exceditur, comparatio fieri potest. Quot igitur sunt necessaria, ut comparatiuus regat genitiuum per regimen partitionis? Tria. Et primum debet comparatio solùm inter duo, aut inter duas partes fieri. Secundò, debet esse conuenientia comparatiui & genitiui in genere. Tertiò, comparatio inter res eiusdem ge-

neris

neris uel naturæ fiat, necesse est. Hæc de comparatione partitiua dixi, quæ ferè Laurentiana sunt.

Hoc excudendum pariter curauimus comparatiuum intransitiuè teneri, ubi deest terminus, ad quem comparatio fit; sed multipliciter fieri contingit. primò intransitiuè tantum. ut maior pars uicit minorem. Tum cum casu positiui. Doctior pilæ. Tum cum genitiuo partitionis. Debilior pedum. Tum cum interpretatione eius. Minor è uobis vapulabit. Tum cum duorum, uel plurium ablatiuo, unius, uel diuersi generis. Vilius argentum auro. & uirtutibus aurum. Homerus prior Vergilio, & doctior cæteris poetis. aliud restat agendũ; ergo illò ꝓpero.

Quatuor modis capi cõparatiuum p̃sens cõcinit pagella. Primò merè pureq; adiectiuè, ut doctiores uiri ita sentiunt. pro uiri docti & ponitur absolutè, sed cum substantiuo in tribus, genere, numero, & casu, congruere debet. hoc idem est, cum ita loquimur, superiore nocte: Superioribus diebus. Infirmior, debilior. Secundò, positiuè tenetur, habet positiui regimen. quale, doctior pilæ, Grammaticæ. Infestior hoste. Albior facie. dignior laude. Tertiò comparatiuè capitur, regitq; utriusq; numeri ablatiuum; quale, candidior Cycnis, hedera formosior alba. Postremò partitiuè est, genitiuum admittit duntaxat. ut duorum Gracchorum alter grandior templum suo funere polluit. Hoc obiter subscriptum oportuit; quomodo comparatiuum partitiuè tentum à superlatiuo differat? comparatiuum partitiuè genitiuum regens est inter duo (ut dictum est) uel inter duas partes eiusdem generis, uel naturæ rerum. Superlatiuum inter plura duobus eiusdẽ & generis, & naturæ. pro primo. Manuum tardior leua. Et in bello ciuili Cæsaris & Pompeij. Maior pars Quiritum sequebatur Pompeium, Minor Cæsarem. At tempore Triumuirali Maxima pars Quiritũ sequebatur Octauiũ. Pars maxima legionũ erat cum Lepido. Pars maxima nauium erat cum Antonio. Pro secundo, Maro poetarum doctissimus Latinorũ. quia poetæ plures fuerũt quàm duo. quorum & ipse unus fuit. Itaq; non rectè diceretur (teste Laurentio) Vergilius poetis doctior, pro eo, quod esset,

poeta-

Poetarum doctissimus. Nec Achilles Græcis fortior, pro Græcorum fortissimus.

Memoria quoque proditur, Quis de pluribus, vter uerò dici de duobus duntaxat. Vt Quis Poetarum doctissimus? Quis Oratorum celeberrimus? Nescio quod vitæ genus mihi potissimum omniũ eligam. Quis digitorum longissimus? Vtra manuum fortior? Vter oculorũ acutior? Vter Cato sæuerior? Vter uestrum mentitus fuerit sexum, noui. Itaque, si Laurentianis credimus, Quis cum superlatiuo utimur; Vter autem cum comparatiuo. Ceu, Quis dignissimus, sapientissimus, ingeniosissimus, potissimus. Vter doctior, dignior, suauior, prudentior, acutior, ingeniosior, candidior, atque potior. Frequens authorum uirorum authoritas tamen plerunq; oppositum habet. Sed susque deque facio.

Laurentius mendum censet in omni scriptura, ubi tamen quamplures, pro complures legunt. quamplura uolumina composuit. dicendum est (inquit) complura, non quamplura, ut quidam malè scribunt. Astipulatur Mancinellus in Lima. At Niniuita contra opinatus quàm plurima doctissimorum rerum monimenta, & quidem recentiorum assignat, unde hæc author habet, aut quamplura uolumina, dicere ac scribere fas sit, aut tot uirorum monimenta deprauata falsaque censenda. Cæterùm de complures, & complura, cum compluribus, nihil eruditissime, dubites ambigasve frater; longum esset omnium authoritates testimoniaque fidissima citare. vnum scio apud Cic. Plin. Quintil. Cæs. & modò apud facundissimum Fazellum plus millies, atque iterum millies legisse.

Nedum ueteribus; uerùm etiam & recentioribus quinque modis comparatiuum non posse construi cum septimo casu, exploratum est; idque uerbis elucidis breuitate qua potero maxima complectar. primò cùm comparatio fit ad duo, uel ad duas partes, ut Scipionum secundus excelsior. Quiritum maior pars Ciceroni, Minor Lentulo fauebat. Secundò, cùm non inuenitur septimus casus; ut Mare Ponticum est dulcius quàm cætera

tera maria, nam maribus, non legitur. Tertiò ubi comparatio cadit inter adiectiua: ut crines magis flaui, quàm nigri: sum magis albus, quàm niger. Quartò, cùm inter uerba fit comparatio; ut plura audio quàm loquor. Pauciora lego, quàm scribo. Plura audio, quàm credo. Quintò. Cùm dictio exceptiua fuerit in recto: dictio enim, qua fit exceptio similiū est copulatiua. ut Diomedes fuit fortior, quàm omnes Troiani, Præterquam Hector. Quintilianus eloquentior quàm alii Oratores, Præterquam Arpinas Cicero. Martinus est tibi fidelior, quàm alii familiares, Præterquam Andreas. Vincentius tibi amicior, quam cæteri, Præterquam Chiappisius.

Tot æquè pariter modis comparatiuum non regere Nominatiuum cum (Quàm) authorum chartæ meminerunt. Primò igitur, cùm inter duo fit comparatio. ut Manuum dextra aptior. Oculorum dexter acutior. Secundò cùm rectus non inuenitur. ut Nihil est crudelius nece, utilius fruge. nam hæc nomina carent, suntq; recto uidua. Tertiò, cùm relatiuum est alter terminus comparationis. ut uirtus, qua nihil melius, præstat diuitiis. Seruatorem uideo, quo sum natu maior, non quàm qui. Quartò, cùm dictio negatiua unius extremi uicem gerit. ut Nemine uestrum sum inferior. Nullo homine es diligentior. sed de his supra multa citauimus. Postremò, cùm dictio exceptiua in septimo fuerit casu sita, ut Diomedes fortior omnibus Iliensibus fuit, præterquam Hectore. Hector fortior Græcis, præterquàm Achille. Hic est tibi fidelior omnib. aliis familiarib. præterq̃ Chiappisio. verum quot, quibusq; adminiculis augeri, ac minui comparatiua possint, eousq; reiiciendum id censuimus, cùm in pede superlatiui, de quot quibusque hoc idem ad uerbiis augeri tum minui contingat, meminerimus. Habes sub his literarum characteribus dulcissime frater deuota erga te mei perpetua amoris insignia; quæ quos natura paruulos dedit nobis igniculos; eos utique piè hactenus nutritos, ac perpetuò nutriendos edocent. At quoniam nullus ferè mortalium, quin hanc fragilitatis carnem indutus ulla pallescat culpa,

nec

nec ullo sine crimine uiuat; nullosque etiam (facile etenim est) scriptores ad unguem undequaque in offensum stylum exercuisse. Tuæ igitur partes erunt, Mi seruator, qui rectè nosti doctrinam Apostoli præcipientis, Alter alterius onera portate; si quid uel Bibliopolarum incuria deerit: si quid deprauatum, nec benè tersum extabit, id omne in germanam Codicis Chiappisia manu scripti lectionem uindicare, ac politum, tersumque restituere. Vale, meque (ut soles) ama.

D. VITI CHIAPPISII, SACCENSIS,

Grammaticarum institutionum LIBER DVODECIMVS.

De Superlatiuis.

OPTAREM quàm maximè, dulcissime frater, quò ea mihi dicendi facultas esset; idq; temporis ad dicendum uacaret, quò præclara merita, mores ornatissimos, cumulatasque virtutes tuas illustri laudum præconio, atque hinc simul inde vtriusq; virtutis purpureos animi tui flores colligerem; hæcque edax amoris, ac potiùs pietatis erga te mei igniculus (q tandem erupit) in medium efferre posset. Sed hei mihi quàm grauem, vixq; humeris quandoque meis ferendã assumpsi prouinciam: nam & quis vnquam animi illam tui nobilitatem uerbis exornare ualeat? quis morum integritatem aliquo laudum genere retexere possit? quænã ingenij magnitudo? quæue linguæ elegantia? quænam uis composita oratio maximas literarum laudes tuarum nedum amplecti, uerùm attingere queat? quis enim pa ti studio omnia pro scientia virtuteque tentasse non affirmet? quid philosophantibus, qui tot obiuere pro scientia labores, non imparem te canam? Tu quidem Vincẽti, à teneris (ut Græci profitentur) unguiculis incredibili quodam discẽdi ductus ardore dulcem patriam, charos parentes, cunctos utriusque tibi necessitudinis uinculo coniunctos (res est non parua) agros, cunctaq;, quæ & iucunditati, & uoluptati homini esse possunt, sponte reli

quisti: ab extremis migrandi finibus patriæ telluris studiosus ad ea te te loca contulisti, ubi literarum facilis copia traderetur. Nulla locorum terrarumque discrimina, non latronum ullæ insidiæ, non fellita amaraq; vitæ huiusce incõmoda, nulli corporis tui labores (quippe qui & exul, ac peregrinus factus es) quò literarum dulcia culmina naturalium moraliũq; aggredereris, terrere potuerunt. Sed quid plura? tu enim alter ille Anaxagoras (ceu chartę priscorum meminerunt) possessionibus ferè cunctis omissis studij amore diutinam peregrinationem assumpsisti egens & ignotus Trinacriæ diserta peragrans. Quid ego de tua erga me non vulgari beneuolentia, ac potiùs charitate testari conabor? omnium oculos in te meq; utrunque coniectos existimes. Adeo dulci blandoque uteris imperio, ut nemini ab ipsa natura nedum amare, ac colere, sed deosculari, ac tanquàm immortale æternarum uirtutum specimen, inditum non sit. Quid ego de pietate erga parentes? quid de liberalitate, ac animi tui syncceritate in amicos? quippe qui fœlicibus (ut aiũt) atque infœlicibus is idem es; quid de moribus facillimis? quid de humanitate, iustitiaq; in omnes? sunt etenim hæc omnia clara nobis. Sed quid longis moror? ingenioli nanque mei paruitas penitus deficit, Vereor nẽ pe ne, dum plurimùm insignibustitulisq; tuis satisfacere intendo, tenui incultaq; mea oratione potiùs detractum iri intelligam. Nam etsi aliorum virtutes animique dotes tuis conferre vellem, neminem sanè reperio, quem cum tua excellenti natura virtuteq; satis dignè comparare possem; Solus es, qui cum omni antiquitate de uniuersis moribus contendis; Te etenim clari adornant mores, te viuida uirtus, te artes ingenuæ; uitæ integritas, cæteraq; omnium uirtutum genera te unicè colunt. Solus es denique, cui tibi Vincenti meritò ingenioli nostri primitias nuper noua castigatione editas, & cum his quicquid oneris, & laboris sustinui singulari quadam animi propensione condonasse, supputarim. Pignus id erit, quoddamque amoris erga te mei præcipui per tenue monimentum; tanti hoc est pagellarum munusculum,

lum, quanti feceris; Et quoties illius ſpectandi facultas ſimul atque legendi occurrerit;toties quæſo mei Vincenti memor euadas; & cum hoc, quicquid id eſt muneris, corpus, unà, animumq́ue meum in omnibus optatis q̃ promptiſsimũ offero, ac ultro polliceor. Tu interim hac meæ erga te beneuolẽtiæ ſignificationẽ æqui boniq; conſulas. Vale, atque fœlix diu uiue memor mei.

Non poſſum non admodum dulce decus meum admitari apud auream illam Ciceronis ætatem pleroſque doctiſsimos uiros, qui ad noſtram uſque memoriam multa eruditiſsimè ſcripſerunt, atqui ne odoratos quidem id ætatis huiuſce ſæculi hominibus eſſe tam ſuaues, concinnes, ornatosq; dicendi floſculos, qui paſsim in frequenti perfectiſsimorum Authorum lectione emicant, quorum uirorum cœleſtis diuinaq; propè Arpinatis ætas ingentem copiam habuit. E quibus (abſit longè arrogãtia) nonnullos candidiſsimos flores, ac monimenta, eorum præcipua in faſciculos ſigillatim collecta excerpſi: quæ hic ordine quæque ſuo diſponenda, ſuiſque adaptãda locis diligẽter habeo. Tu ergo dente Theonino rodẽtes obſtreperosq; rabulas, qui litibus omnia miſcent, ueritatis baculo acriter expelle. ex quorum morſibus me is maximè defendat, oro; cui lucem à tenebris diuidere facillimum fuit, atque in ſui ſancti nominis gloriam in finem uſque deducat.

Hactenus (modò ſpiritus almus, necnon & Deipara virgo mihi optima quæq; ſuggerat) humiliora fuere, q̃ ea, quæ à nobis expectari puto deinceps; nihil hercle humile cogito; animus licet imbecillus, abiectus, fractus, ac penitus iacẽs abſcedat & impar; uerùm fauore tuo, iucundiſsime frater, ubiq; dignus nec impar quiq; hiſcere, ne quidem audebat, honorem præfando tuũ (ut Phraſis Ciceronis habet) claſsicum ſonat, resq; ita ſeſe habere præſentes nunciat. Superlatiuum comparationis graduum poſtremum, idq́ue ſuapte natura ſupereminens, excellens, atq; nobiliſsimũ, nec humili obſcuroq; in loco, ſed ſupremo præclaroq; quodam in faſtigio uſq; uerſari, uniuerſa latinitatis Reſpublica ubique profitetur. Cæterùm

natura(ut Latinæ linguæ obseruatores aiunt)alterũ huic intellectum ab eo, qui erit ab usu, attribuit. Quandoquidem si natura fit; superlatiuum eousq;, quãtum in se est, ascendit, & nullus progressioni penitus locus amplius eoq; ulterius fiat reliquus. Ibi etenim metas, finesq; suos fixos conterminat, ultra quos progredi nec cuiquàm liceat. Vt cum Deum optimum Maximum dicimus, ita sapientia, bonitas, ac magnitudo, hæc omnia in summum perducta sunt, ut inde nullum sapientiæ, bonitatis, ac magnitudinis incrementum locum habeat. Hinc liquet ꝙ omnis perfecta comparatio, cùm semper cum excessu fiat certo, is duplex sit, est necesse, determinatus utpotè, uel indeterminatus. Si indeterminatus, per comparatiuum exprimendus est, vt ego doctior, cui superest doctissimus: Sin autem determinatus fuerit per superlatiuum, ut ego doctissimus, supra quod nullum incrementum dari fas est. Multi philosophantium scholium probant. Senec. Maximo, inquit, non est incremẽtum. Idem, Crescere pose imperfectionis utique signum est. Rursus, in summum perducta incrementi locum non habent, quæ æquo pondere cõpenses, & comparatiui, ac superlatiui naturam, quod quid est nosti; quatenus illud cui additionis nota fieri potest imperfectum, hoc autem cui nihil quicquam addi potest, omnium perfectissimum ac fœlicissimum sit, necesse est, hoc natura habet. Si uerò quid usus perscrutemur, habeat, intellectus multo aliter foret. Non enim cum dicimus Maro est sapientissimus, Cicero eloquentissimus. id intelligimus, Maronem nõ ultra sapientem fieri potuisse. Ciceronem nec ultra eloquentem, sed illum quocunque tali sapientiorem, hunc uerò quocunque tali eloquentiorem fuisse. hunc ordinem usus quoque conuertit. superlatiuo, quod neque parem, neque superiorem admittit, nec minus patitur, comparatiuum præferens, quod pariter superiorem patitur uocem superlatiuam cum excessu summo. At uerò priùs quam insinuosos Mæandros Prisciani atque Laurentij incidamus, ex his diffinitionem uenari uolumus. Superlatiuũ ergo est uox quędam ad aliquid significatiua, qua unum ad plures sui generis

generis comparatum, cæteris omnibus definitè ac antecellit determinatè, uel per se prolatum, determinatam naturam significat. Altera à Prisciano & Laurentio extat, eadem ferè; sed mutatis terminis. At rursus. Superlatiuum (magna Grammaticorum turba diffiniente) nomen est, quod ad plures generis sui comparatum superponitur omnibus alijs, uel per se prolatum, intellectum, sensumq; habet cum maximè aduerbio, positiui. & dicitur à superferendo; sicut fortissimus Græcorum Achilles q. d. super omnes alios Græcos fortis. Sinautem dicam, fortissimus Hercules fuit; non adiiciens quorum, intelligo, tum maximè, aut ualde fortis; Id tale est illud Tullianum pro Marco Marcello, ut habet Priscianus. Simillimum Deo iudico. pro maximè similem. Sed siste, resiste inquam; Hem, quid? resisto; sed quid ais? Quod per superabundantiam dicitur, ceu philosophus habet, id uni competere clarum est; sed superlatiuum per superabundantiam dictum est, non ad plures ergo, sed ad unum tantum referri debet. Dicam, illud uni duplicem habet intellectum. Aut enim uni soli, indiuiduo scilicet, aut uni soli puta generi: si primo, nil ueritatis complectitur. sin secundo, argumentum militat cum mente Philosophi, & ita conceditur superlatiuum ad unum genus referri; cum dicimus, Hector Troianorum fortissimus; hoc idem intelligimus, quod est Hector fortissimus gentis Troianæ. Referri igitur ad plura sui generis, quod ad unum genus referri, sonat; dummodo ad aliud non trãscendat genus ab eo, ad quod unum refertur. Ex quibus Lector habe, ut cum dicimus, Superlatiuum ad plura sui referri; Ad plura, intellige indiuidua cõiunctim sub uno eodemq; contenta genere, & non diuisim, aut seiunctim, quod omne id idem (ut iterum iterumq; repetam) quod ad unum genus referri, contendit. operæpretium est aliquid subiici, quò quid genus sit in comparatione amplificetur: cumq; de eo tam frequens mentio in hoc opere fiat; uerùm eius significatio non uniformis; nam genus primò Grammaticum masculinum, fœmininum, & neutrum: est sexus discretio, & masculini à cæteris distin-

ctio, sed nihil ad rem. At uerò Laurentiani, genus (inquiunt) est multitudo eiusdem numeri; ea ducti ac ratione persuasi vt dicentes, sum fortissimus meorum ciuium. Helena suarum pulcherrima sororum. tu doctissimus aliorum (quanquàm usus probatissimorum authorum reclamet) ampliter infament. Chiappisius autem ad altiora ducente stilo pro rei negocio altioris transit, & ad ea quidem, quæ philosophantium, iuris legumq; peritorum magis sunt, quàm Grammaticorum; additq;, Genus est quædam collectio, aggregatio, vel multitudo ad unum aliquid sese habens, cognatione, uel quauis alia necessitudine quadam inter se coniuncta, qua ab aliis differat. Sicut Romani, Hispani, Itali, Latini, Græci. hi etenim inter se aliquo coniunguntur, uel cognationis, uel officij, uel patriæ comitatis vinculo. Aliàs, genus est, cui species suæ supponuntur, ceu disciplina probat Dialectica, hoc est quod plures partes sub se complectitur; quale, Animal, cuius species, uel partes sunt, Homo, Leo, Equus, Capra, Asinus; utraque generis descriptio in hoc instituto tractatur. Aliàs, generis nomen sola dictio plerunque sibi vendicat; ceu quæque ostentat diffinitio, vt Homo est animal rationale; Homo loco extat generis. Cæterùm id unum, de quo agimus, triplex. Generale primùm. Homo, & Leo animalium generosissimi; Animal enim, & cum rationalibus, irrationalibusque communicat. Frugum vtillimum frumentum. Nationum populi Romani omni uirtute præstantissimus. Cicero, & Hortensius Oratorum eloquentissimi. Homerus, & Maro Poetarum doctissimi. Plato & Aristoteles philosophantium natura peritissimi. Speciale secundum, vt villosissimus quadrupedum lepus. Quadrupedum una est species, uel speciale genus. Socrates & Plato hominum sapientissimi. Mannus equorum minimus. Tertium genus Numerale comprehendit. Item Romanorum Cæsar ingeniosissimus; Lyricorum Horatius peritissimus. Historicorum Fazellus facundissimus. Aliud contentionis genus, an supremus gradus tantùm ad plura sui, an alieni pariter generis referri possit? Valla, & Priscianus

mordicus tenent, superlatiuum suum genus nequaquàm transcendere, magna hos comitante caterua. Contrà non nulli id temporis ineptuli tot præstantissimis latinitatis ducibus reclamant: inter quos Princeps, verbosus Lancilottus, cuius hæc verba. Superlatiuum ad sui generis plures, uel omnes. Si plures gradus sint diuersorum generum participe sensu. vt Romanorum Varro doctissimus. Romanorum eloquentissimus Cicero. Naturantium eruditissimus Aristoteles. Ad plures quoque diuersorum generum, vi distributionis participe sensu. Probat assumptum Plin. lib. 16. Abies è cunctis altissima: nam de Scandulis, pinu, pinastro, abiete, picea, larice, thedaque loquitur. Idem lib. 18. Ordeum frugum omnium nobilissimum. Cum plura diuersaq; frugum sint genera. Idem lib. 9. Velocissimum omnium animalium, non solùm marinorum delphinus. Solin. in collecta. Taurutius Mathematicorum nobilissimus, cùm (inquit) ex Mathematicis alij Græci, alij Latini, alij Barbari fuerint. Terent. Hominum homo stultissime. Cùm plura sint genera hominum. Cic. ad Cecin. Intelligit te hominem in parte Italiæ maximè contemnenda facilè omnium nobilissimum. Valer. Max. de Myda. Omnium illum mortalium futurum ditissimum, cùm mortalium diuersa sint genera? Sed quid hoc Vincenti? nonne nostris fauent partibus, quæ citat, hæc ille? Proh Deum atque hominum fidem, quæ hæc est præcipiendi Lancilotti ratio? Heu Lancilotte tibi ipsi reclamas, tecum pugnas, pateris telis vulnera facta tuis. Omnibusve licet ut etiam è capite fingamus nostro? An hoc tuum induxti in animum refelli à Laurentio id genus comparationis? Taurutius Mathematicorum nobilissimus. An ad plura alieni referri generis credidisti? Nimiùm laboras, longè erras, non rectè accipis, res ita sese habet ut dicam, Talis comparatio nullo modo (ni & ipse quoque fallor tecũ) fit gẽtis rõne, nec quærit, an hi Latini, an hi Græci, & hi Barbari sint; fit aũt collatio respectu qualitatis sciẽtiæ Mathematices, ĩ ea. n. & Latini, & Græci, Barbariq;, tanq̃ in uno (ut mea fert opinio) eodẽq; sunt genere.

 Idem

Idem iudicium cæteras habet comparationes, ſtet ergo inconcuſſa, immobilis, nullo aduerſariorum telo ultro citroq; reflectenda, ſemperq; oppreſſa reſurgat viuacio: Vallenſis opinio.

Enimuerò afferes illud Tullianum ad Pon. pro domo ſua, Hoc miniſtro omnium non ſolùm bipedum, ſed etiam quadrupedum impuriſſimo Rempub. perdidiſti. quid huic reſpondes authoritati? Ita, genus in ſuperlatione duplex. unum Dialecticũ, aut Logicum, quod multitudinem importat ſpecierum, quæ actu, uel potentia ſub ipſo continentur. Alterum gentile, aut patrium. Illud animal eſt, hoc autem Romani. primo modo militat Arpinatis authoritas, ſed quid in hoc me macero? Ipſemet Lancilottus tanquàm ſui, eorumq;, quæ præfatus eſt, penitus oblitus, noſtro ſeſe lateri agglomerat; dicens poſt probata plura exemplaria; huius ſermonis ratio, quòd ſignificatio conuertitur ad id, in quo excellitur, ut lapidum duriſſimus adamas, in quo excellitur eſt durities. quæ licet diuerſis inſit generibus, diuerſa tamẽ genera in ea conueniunt per gradus, multum, magis, & maximè. Terentianus Dauus factus eſt. Aliqui ſublime uerò ſpeculantes, non ſolùm bipedum, ſed quadrupedum impuriſſimo, abuſiuè dictum cenſent, atqui maxima arte Tulliana prolatum. Nam illi iniuriam inferens, impuriſſimum appellauit, atque id contra naturam compoſitum; uoluitq; hoc idem orationis ſtructuram contra Grammaticorum uſum conſtitutam oſtentare: quale eſt illud, Mortuus eſt ſine crux, ſine lux, ſine Deus.

Sciendum quoque ex eiſdem formis, ſiue terminationibus ſupradictarum in comparatiuis partium orationis fieri etiam ſuperlatiua cum augmẽto uel depreſſione qualitatis & quantitatis; ſi ergo ſimplicia ſecundi ſunt flexus à genitiuo, addita s, & ſimus; ſin tertij, à genitiuo pariter accepta. Simus, ſolùm ſuperlatiuorum formam induunt, ceu doctus, a, um; docti, doctiſſimus, fortis, forte, fortis, fortiſſimus. Sunt autem omnia ſuperlatiua mobilia trium, ideſt, mutatione us (quod maſculini formã docet) in a, faciunt fœminina: a, uerò in um, neutra.

Sunt

Sũt igitur formæ superlatiuorũ octo; duæ quidẽ, in quas pleraq; desinunt superlatiua in Rimus, & Simus. Sex verò, in quas pauca, limus, ximus, timus, remus, simus, cũ nimus. In er, igitur desinentia positiua, cum sint adiectiua, siue secundæ, siue tertiæ inflexionis formam seruent, accepta rimus, faciunt superlatiuum qualia, sylua colit, pulcher, pulcherrimus, a, um.] Miser, miserrimus, a, um.] Niger, nigerrimus, a, um.] Ater, aterrimus, a, um.] Obscuro. Acer, acerrimus, a, um.] Fortissimo. Tener, tenerrimus, a, um.] Teter, teterrimus, a, um.] Obscurissimo. Saluber, saluberrimus, a, um] Salutifero assai, ut aer, medicina. Celeber, celeberrimus, a, um.] molto famoso, quæ falsò opinatur Pharaonius, aliiq; id ætatis ineptuli formari mutata bris, in ber; cum flecti debent, celeber, bris, bre. Saluber, bris, bre. Ergo à prima voce fieri necesse est; quod & ipsi desipiscentes quasi obsecundant. Sacer, sacerrimus, a, um.] Dexter verò, dextimus, & sinister, sinistimus, per syncopen habent. à deter antiquo, deterrimus, a, um.] Maturrimus, cuius positiuum cùm sit maturus, tamen quasi à nominatiuo matur, qui nunc in vsu (teste Prisciano) non est, nascatur, in er, quoque desinentium regulam seruat, idest in rimus terminatur. Inuenitur etiam maturissimus secundum analogiam in us, terminantium, ut maturus. Nuperrimus autem à nuperus positiuo antiquo, ut placet Capro. Veterrimus etiam ab eo quasi, quod veter erat, hoc enim Capri probat authoritas, nec non & antiquissimorum vsus. In us, autem terminantia secundæ declinationis assumunt cum genitiuo s, atque simus, & faciunt superlatiuum, vt clarus, clari, clarissimus.] doctus, docti, doctissimus.] ꝑditus, perditi, perditissimus.] Sed de his quoque supra, exceptis anomalis, idest inæqualibus, quæq; irregulariter formantur, qualia, Bonus, optimus.] per concisionem, ut præfati sumus, quasi optatissimus, ab opto. Malus, pessimus.] quod (teste Scop.) deducunt à pessus, quasi pressus remota litera, r, euphoniæ gratia: dicitur igitur pressus per concisionem, quia mali scelere premuntur. Multus, plurimus.] vel potiùs à genitiuo fiet pluris, mutata s, in mus, licet Cicero ex multissimis, habeat.

Paruus,

Paruus,minimus.]quãuis Lucre.Paruiſsima; Veg.Tacit. Paruiſsimus dixerint.Magnus,maximus]Diues,ditior,ditiſsimus.]Tertiæ verò declinationis noĩa,quę habẽt ſuplatiuũ,abſq; in er,deſinẽtibus,de quibus iã ſupra dictum eſt. Cætera:genitiuo aſſumunt,Simus ceu locuples, locupletis,locupletiſsimus]vilis,uiliſsimus] Sapiens, ſapientis,ſapiẽtiſsimus.]iners,inertis,inertiſsimus.] prudens, prudẽtis,prudẽtiſsimus.] Excipiuntur cõtenta, inq́, noĩe ſignata FAGVS.qualia facillimus,cũ difficillimus.]Agillimus.]molto deſtro. Gracillimus]molto ſottile.Humillimus]Simillimus,cum diſsimillimus] addunt ẽt docillimus]che molto ĩpara. à facilis,difficilis, agilis,gracilis, humilis,ſimilis,& diſsimilis.quæ cum deſinãt in is, abiecta is, tamen , & accepta limus , faciunt ſuperlatiuum. In ximus,duo tantùm deſinunt, unum anomalum,de quo iam nuper,à poſitiuo in us,deſinente ſecundæ declinationis,magnus,maior,maximus. Alterum ab aduerbio , ut Priſciano uidetur, prope, propior, proximus. Quod tamen quando pro cognato accipitur,poſitiui ſignificationem habet.ideoq; à legis peritis comparatiuè profertur, ut proximiores , ideſt propiores cognati , ut comparatiuus ſermo habet. In timus , unum duntaxat anomalum deſinit,quod eſt Optimus, & ab aduerbiis, ſiue à præpoſitionibus,uel rectius à poſitiuis antiquis deriuata hæc.Citer,uel citra, citerior, citimus, ultimus , intimus , extimus,quod etiam pro poſtremo poni confirmat antiquitas. In remus,quæ ſola forma e , habet longam penultimam,cùm omnis ſuperlatiui forma i, correptum habeat ante mus, ultimam ſyllabam, ut pulcherrimus, doctiſsimus, ſapientiſsimus, maximus , & ultimus.Ab aduerbiis ſiue præpoſitionibus quoque uenientia deſinunt hæc.Extremus, ſupremus , poſtremus. In ſimus , unum tantùm deſinit,quod eſt, infimus. In nimus, ſimiliter unum anomalum, paruus, minor, minimus. In rimus , propriè à uerbo detero antiquo (authore Priſciano) at uerò rectiùs à poſitiuo deter, deterrimus. Alterum anomalum, plurimus. In ſimus, etiam unum anomalum , peſsimus, & nouiſsimus; quod licet à nouo ſuperlatiuum ſit,tamen

Pro positiuo ponitur, & ultimum significat, iuxta illud Sapientis. Recordare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Quid rei nouissima? nisi mortem, Iudicium uniuersale, Paradisum, & Infernum, quæ quatuor hominum omnium extrema, ultima, nouissimaq; sunt. Dido Vergiliana, dixitq; nouissima uerba. A penè aduerbio superlatiuum in simus, fit penissimus. Et à penitus quoque aduerbio, penitissimus: utraque Plauti commendat authoritas. Consilia mea peruertit penissime? Adductā ex Arabia penitissima. ¶ Illud quoq; notādū (ut docet maximus latinitatis heros Priscianus) cuius uerba adiiciā. Oīa, s. & cōparatiua, & superlatiua duarū excedunt numerum syllabarū; exceptis prior, & primus, hisq; anomalis, minor, & maior, peior, & plus. Nec mirum (subiicit author) cùm positiua quoq;, ex quibus nascuntur cū cōparatiuis suplatiua, bissyllaba sint; uel eo plus per genitiuos, uel unā, uel duas assumētia syllabas, faciunt supradictos duarū uel pluriū numero syllabarū gradus, ut dis, ditis, ditior, ditissimus; Clarus, clarior, clarissimus. Niger, nigrior, nigerrimus. utilis, utilior, utilissimus. At ubi suplatiuū terminatur in simus, una cōparatiuū syllaba excedit. ut iustior, iustissimus: & nequior, nequissimus. sapiētior, sapiētissimus. sanctior, sanctissimus. Cū uerò ī rimus finitur suplatiuū, si noīatiuus & genitiuus positiui pares hēant syllabas, eādē seruat regulā; ut teter, tetri, tetrior, teterrimus. Est quando æqualia sunt, cū suplatiuū in limus terminatur. ut Agilior, agillimus. facilior, facillimus. quaternarū numero syllabarū constāt. Est postremò cùm superlatiuum una uincitur à cōparatiuo tātùm syllaba. quando in simus, desinit, aut in timus, aut in remus, ut inferior, infimus. ulterior, ultimus. exterior, extimus uel extremus. superior, supremus. Illa quaternis, hæc uerò ternis cōstant syllabis. hæc ille nobis excudit. Versatur, amicissimorū charissime, atq; charissimorū amicissime Vincenti, in ore oīum, superlatiua resolui per aduerbia, Maximè, seu ualidissimè, cum positiuo. quanquàm Priscianus per aduerbium ualde superlatiuū resolui præcipiat, cui tamē crebra, cæterorūq; assidua lectio mirè reclamet,

vt fortissimus. i. maximè fortis. candidissimus. i. maximè candidus, æquissimus, maximè æquus. Verùm cùm nulli comparatur, superlatiuum positiui vicem gerit, teste Diomede, & Don. ut Iuppiter opt. Maxi. Superlatiui syntaxis est, hoc idem à fronte nullum admittere casum, congruere cum præcedente, sicut adiectiuum cũ suo conuenit substantiuo; à tergo genitiuum pluralem, nel singularem nominis collectiui exigere quem fallit? signatè nomen dixi collectiuum; quia etsi uoce singulare sit, intellectu tamẽ plurale est. qualia, gẽs, populus, turba, ciuitas, plebs, & id genus. vt optimè Graiugenum. Danaum fortissime gentis. Imperatorum optimus fuit Augustus, & Iugurta suæ gentis callidissimus. Sed pendeo animi, quid superlatiuum genitiuum pluralem, non singularem secundum vocem, & significationem? Quoniam (veluti Alpharabium docet Saulus) omne respectiuum superlatiui, est partitiuum ut dicetur: quod autem singulare est, aut particulare, unum est, quod partiri nullo modo potest, cum sit indiuiduum; hinc superlatiuum genitiuum pluralem exigere liquet. habet etiam casus positiuorum, ut simillimus tibi: quia similis tibi. Huiusmodi autem superlatiua sunt, ditissimus] plenissimus] doctissimus] peritissimus] amantissimus] studiosissimus] cupidissimus] capacissimus] tenacissimus] uoracissimus] integerrimus] dignissimus] simillimus] & similia, quorum positiua genitiuum, datiuum, uel ablatiuum regere ex sese possunt. Verg. in primo lib. Aen. Huic coniux Sichęus erat, ditissimus agri Phœnicum. vbi, Agri ex ui positiui, Phœnicum verò ex vi comparationis regi, Honoratus Grammaticus cum doctissimo Badio exponit. Item, propinauit mihi calicem omnium plenissimum optimi vini. Ioannes discipulorũ Grammaticæ doctissimus, omniumq; musicæ peritissimus; qui olim fuit omnium amãtissimus libidinis, nũc omnium hominum literarum studiosissimus, solitudinis cupidissimus. omnium es multa laude dignissimus. filius est patri omnium simillimus. Itaque præter eos casus, quos ui positiua capere possunt, genitiuum etiam pluralem uel singularem nominis collectiui, ut dictum

est,

est,uel ablatiuum cum præpositione e, uel ex,uel de, aut accusatiuum cum præpositione inter, si assumunt superlatiua. Plin.lib.7. Gentium in toto orbe præstantissima omni uirtute haud dubiè Romana extitit. Colum. lib.7. Sues ex omnibus pecudibus impatiētissimæ sunt famis. Verg.lib.4.Aeneid.Inter alios pulcherrimus omnes.

Illud quoq; intactum præterire noluimus, quod quēadmodum fieri diximus per comparatiuum,hoc est,Habeo plus uini, & minus olei te. Et plures, seu pauciores libros eodem: ita per superlatiuum etiam dici præcepit turba Grammaticorum, habeo scilicet plurimum uini, minimum olei Saccitanorum. At verò si dicam habeo duas res maximas vel sociorum minimas, nullus erit excessus,qui fit per plures & pauciores in comparatiuis:per plurimos & paucissimos in superlatiuis. ut habeo tribus libris plurimos, seu paucissimos condiscipulorum,possideo mille aureis, uel mille aureorum, plurimos,ac paucissimos Saccitanorum. Do pauperibus plurimos, non paucissimos oīum nummos.più,nō māco dinari di tutti.

Vbi Superlatiuum medium cadit inter genus, & speciem respectiuè tā toti quàm parti. hoc est tā generi, q̄ speciei in genere respondere potest. quale. Animalium acerrimum, uel acerrima leæna. Hordeum mollissimum uel mollissima omnium frugum. Lilium est candidissimum, uel candidissimus florum. Rosa pulcherrima, uel pulcherrimus florum. Superbia est maxima, uel maximū omnium uitiorum. Superbia speciei, vitium uerò generis uicem complet:sic de reliquis.uerùm mihi Latinè magis id fieri tum uidetur, cum superlatiuum suo substantiuo æquipollet. & Animalium fortissimus Leo, quàm fortissimum. Animalium excellentissimus homo, quàm excellentissimum.Superbia omnium uitiorum maxima, suauius,quàm maximum. Illud enim Grammaticum.

Hæc quoque Sylua nostra Grammatica accipiat, ut cū animaduerterem, qui splendor, quæ sonoritas, quæve elegantia esset compositionis; superlatiua magnam ad omnes penè dicendi rationes partem conferre comperi. Nam ipsa superlatiua cùm in primis sint benesonantia,

ita

ita & orationem longè splendidiorem efficiunt. Ac dicentis sententiam copiosiorem magisq́; reddunt efficacem, quæ res maximè me hortari uidetur: ut superlatiuorũ copiam coaceruarem Tyronibus, ut longæ inquisitionis labor addiscere uolentibus eorum absit. sunt autem Tulliana, at uerò nonnulla mihi turgida insuauiaque uidentur ceu sylua docet.

SYLVA SVPERLATIVA.

Prudentissimus, doctissimus. perspicacissimus. ingeniosissimus. acutissimus. Subtilissimus. artificiosissimus. expertissimus. probatissimus. exploratissimus. Sapientissimus. grauissimus. accuratissimus. exquisitissimus. perfectissimus efficacissimus. curiosissimus. intentissimus. iustissimus. æquissimus. æquabilissimus. integerrimus. uerissimus. purissimus.

¶ Optimus, a, um. innocentissimus. tractabilissimus. liberalissimus. largissimus. munificẽtissimus. copiosissimus benignissimus. amicissimus. charissimus. dulcissimus. suauissimus. amænissimus, humanissimus. fortissimus. uirilissimus. ualidissimus. inuictissimus. potissimus. tutissimus. Constantissimus. firmissimus. frequentissimus. diutissimus. stabilissimus. perseuerantissimus. temperatissimus. moderatissimus. modestissimus. ordinatissimus. frugalissimus. honestissimus. uenustissimus. scitissimus. refertissimus. abundantissimus. studiosissimus. eloquentissimus. fœcundissimus. apertissimus. uerissimus. certissimus. mirabilissimus, prodigiosissimus. antiquissimus. uetustissimus. agillimus. celeberrimus, facillimus, difficillimus.

¶ Humillimus. sacerrimus. pulcherrimus. teterrimus. aterrimus. miserrimus. tenellus. ueterrimus. maturrimus. instructissimus, eruditissimus. decoratissimus. formosissimus. candidissimus. pauperrimus. scientissimus. grauissimus. maturissimus, splendidissimus, Lucidissimus. Luculentissimus. clarissimus. fulgentissimus. optatissimus. amantissimus dilectissimus. nitidissimus, a, um. notissimus. a, um. exquisitissimus. probatissimus. explanatissi-

tissimus.explicatissimus.accuratissimus.ornatissimus.po litissimus.expolitissimus. uigilantissimus. diligentissimus.curiosissimus.efficacissimus.uehementissimus.promptissimus.acerrimus,ardentissimus.laboriosissimus,paratissimus.uelocissimus.ocysimus,celerrimus.aptissimus.

¶Facundissimus.fortunatissimus. fœlicissimus. faustissimus.beatissimus. Sanctissimus.proximus.optatissimus. desideratissimus.gratissimus. acceptissimus.locupletissimus. ditissimus.opulentissimus, inundantissimus.lætissimus.uberrimus.fertilissimus, fructuosissimus.honorificẽtissimus.famosissimus.amplissimus.præclarissimus. altissimus.magnificentissimus. cumulatissimus, apparatissimus.munitissimus. gloriosissimus.officiosissimus.maximus,a,um. supremus,a, um.minimus,a, um. pessimus,a, um.Illustrissimus.excellentissimus. præstantissimus.elegantissimus magniloquentissimus obseruantissimus.delectabilissimus.iucundissimus.lepidissimus. speciosissimus.placidissimus.simillimus,dissimillimus.amabilissimus.iustissimus.

¶Innocentissimus. beneficentissimus. maleficentissimus.munificentissimus,ociosissimus.mitissimus, cõiunctissimus,familiarissimus, intimus,a, um. mansuetissimus,lepidissimus,gratiosissimus,clementissimus,fidelissimus,fidissimus,serenissimus,spectatissimus,perfectissimus,nobilissimus,floridissimus,firmissimus, stabilissimus,modestissimus,diutissimus.longissimus, breuissimus,a,um. Imprudentissimus,a,um.stultissimus, a, um. iniustissimus,a,um.iniquissimus,a,um. nocẽtissimus,a, um. auarissimus,a,um. sordidissimus,a,um. inimicissimus,a,um.crudelissimus, a,um.perfidissimus,a,um.infidissimus,a,um.fraudulẽtissimus,a,um.frigidissimus, a, um.timidissimus,a,um.sterilissimus,a,um. inconstantissimus.impurissimus,a,um. turpissimus, a, um. fœdissimus,a,um.inertissimus,a,um infestissimus,a, um.occupatissimus,a,um.tenacissimus,a,um.rapacissimus,a,um

¶Litigiosissimus, a, um. bellicosissimus, a, um. alienissimus, a, um. procacissimus, a, um. amarissimus, a, um sæuissimus, a, um. astutissimus, a, um. atro-

atrocissimus,a,um.perniciosissimus,a,um.uersutissim
a,um.dolosissimus, a,um.leuissimus,a,um.fallacissim
a,um.mollissimus,a,um.languidissimus, a,um. uilis
mus,a,um.impurissimus,a,um.sordidissimus,a,um. u
lentissimus,a,um. fastidiosissimus,a,um. mœstissimus
um. pauperrimus,a,um. superbissimus, a,um. immun
simus, a, um. corruptissimus, a, um.

Ab antiquis positiuis, seu à præpositionibus,uelut
sperata Grammaticorum turba contendit: hæc inflexa
perlatiua leguntur, ut intimus, a, um.] più assai dent
Supremus, a, um.] più assai di sopra. Infimus, a, um]
molto à basso. vltimus, a, um.] più ultimo. Primus à
dem.] Citimus, a,um.] molto più qua. extimus, a, u
molto più fora. Postremus, a, um.] vltimo. Cicero
Repub. vltima à cœlo, citima à terris Luna. Varr. Ia
huic tellus extima fluctu. hæc [Comparatiua superlati
carent, ceu, Remissior] Naturalior] Communior] Soll
tior] teste Lancilotto, Opimior] longinquior] propi
quior] sic ea eadem, quæ in comparatiuis dicta fuere,
senior] iunior] adolescentior] ingentior] prosperio
secundior] idest fœlicior, & cætera talia.

Non te fugit eruditissime mi Vincenti, qui multa
studendo consecutus; superlatiui rationem bifariam,
tera resoluta, altera respectiua. Absoluta igitur supe
tiui positio quæ nuncupatur, haud alios casus sibi a
scit, quam quos sua ipsius positiua requirunt. Plin.lib
fertilissimi sunt auri Bardæ. Idem lib.10. Homini ci
vtilissimus simplex. Cic.pro Roscio. Ita dignissimus
Scena propter artificium, ut dignissimus sit curia, p
pter abstinentiam. Aliàs, absolutè duntaxat, vt He
fortissimus. Hercules potissimus. Tu doctissimus, i
ualde doctus. Respectiua uerò positio quæ dicitur, na
ram ferè sapit partitiuam, in qua pars semper trahitu
toto. Totum autem in superlatione genus est, de quo
per longis excussimus moris. pars verò, res compara
vt Hercules fortissimus gentis Graiugenum. Hercu
ergo Græcus, quia pars est de natura, essentia, speci
uše constitutione totius. Non esset bona igitur com
ratio,

cissima. Nam sequeretur, Socratem eiusdem esse speciei cum asino. & Tigrim cum lupo, quod est falsum.

In antiquis recentibusque uirorum annalibus semper memoria proditum est, superlatiua respectiua, negationem uniuersalem sibi cohætere, nunquam pati. ut nullus classis istius doctissimus. Siquidem Tullianum illud. Elephanto belluarum nulla prudentior. Ad Lent. Nihil mihi tuis literis potest esse gratius. In Off. Omnium societatum nulla præstantior, nulla charior. Et in lib. 3. Tusc. Peripathetici familiares nostri, quibus nihil est uberius, nihil eruditius, nihil grauius, mediocritatem, uel perturbationum, vel morborum animi non sanè probant. Idem in lib. 4. Maximè autem admonendus est, quantus sit furor amoris: omnibus enim ex animi perturbationibus est profectò nulla uehementior. Si quis autem per superlatiuum negatione apposita effari uellet. vt belluarum nulla prudentissima. Omnibus ex animi perturbationibus, profectò nulla vehementissima, si quis diceret, nonne tota comparationis vis tolleretur? esset igitur potius quædam vis cuiusdam negatæ elatio, quàm vis comparationis, teste Lancilotto. vel ne praua aduersaq; negato tanto perfectionis gradui cohærens comparationem supremi gradus eximiam, perfectissimam, & excellentissimam conturbaret. Negatio etenim tam tantæque est malignitatis peruersæque naturæ, ut quidquid inuenit, id prosternat, abiiciat, perturbet, ac penitus destruat, oppositum inducens. ut amo, cum negatione præposita, non amo, nonne oppositum totum habet. Hæc ex dialogis Sauli & Alpharabii excerpsi. Igitur seruato superlatiui intellectu, comparatiuo necessariò utendum est, quando quidem, Belluarum nulla elephanto prudentior. æquiualet huic, belluarum prudentissima est Elephantus.

Via ueritatis semel patefacta, nullus quò sit amplius errandi locus, egregiè nostra quidem sententia, Laurentio, ac Laurentianis obuia, contra Priscianum tenet, superlatiua respectiuè constituta, cum pronominibus possessiuis, & relatiuis substantiæ diuersitatis locum nullũ

habere. Nam cum his uocibus, Meus, tuus, ſuus, noſter, ueſter, Alius, reliquus, cæteri, cæteræ, cætera, ad diuerſa ſit relatio. dic igitur ſum melior meis fratribus, non au- tem optimus. Etenim unus de fratribus, nõ ſum de meis: à quibus (Meis) mente, intellectu quoq; diſtinguor. ideo ab Meis alienus ſum.

Vel quia ſuperlatio, ut ſuperior cecinit pagella, na- turam redolet partitionis, in qua pars diuiditur à toto, ut eſt de eſſentia pars totius; totum genus eſt. ut Romanorum Cicero eloquentisſimus. Cicero ab Ro ma. diſtinguitur; ſicut eſt pars à ſuo diſtincta toto. At uerò per hæc pronomina Meus, tuus; non diuidor à meis fratrib. ſed inter eos eſſe uideor; quia potius cõiun- ctionem, quàm partitionem ſignificant. Iulia pulchrior ſuis ſororib. nam ipſa una de ſororibus. At pulcherrima ſuarum ſororum, minimè gentium; nam ipſa nõ eſt ſua- rum. Egregiè ſic. Sum optimus fratrum. Maia formoſiſſi- ma ſororum. Citrà uoces, meus, tuus, & quæ ſequuntur, uerùm de relatiuis uſus reclamat.

Necubi, cùm acceperim Naturãtium Alumne, ſenſum hoĩs ſatis apertè explicari poſſe; ni uerbis aduerbia adiũ- gantur; quæ igitur cùm eius rei, de qua agitur, ſint accõ- modata; quo ſ. rectum hoĩs conceptũ denudare posſintq; aperire, hæc quoq; uolui munerib. aduerbia cumulare tuis. Sæpisſimè] per molte uolte. Diutisſimè] Citisſimè] nuperrimè] penitisſimè] doctisſimè] æquisſimè] dulcisſi- mè] eloquentisſimè] ſapientisſimè] accuratisſimè] prudẽ- tisſimè] ſtudioſisſimè] cautisſimè] eruditisſimè] honeſtisſi- mè] fidisſimè] nobilisſimè] lautisſimè] accommodatisſi- mè] copioſisſime] facillime] humanisſime] promptisſime] uehementisſime] peritisſime] exquiſitisſime] & turpisſi- me] fęlicisſime] ſordidisſime] integerrime] altisſime] recõ- ditisſime] amarisſime] uenuſtisſime] uetuſtisſime.] quæ ſi bene noſti Lector perinde ac noĩa ipſa ſuperlatiua caſũ regũt. uelut. Oĩum te diligo amãtisſime. Qđ tibi domu- nuſculũ oĩum diligẽtisſime obſerues. Plau. Oĩum primũ Alcumena geminos peperit filios. Idẽ. Oĩum primũ iſte, qui ſit iſte Soſia, hoc dici nolo. Terẽ. Minime gẽtiũ. Cic.

Ma-

Maxime uerò oīum flagrasse amore Rheginū. Idē, Qđ q-dem tu minime omnium ignoras, & id genus sexcenta. Ne putet uulgus igitur solæcismum, si quem casum huiusmodi aduerbii apposuerit, cum id usus celeberrimorum authorum longè, ateque approbet.

Hos quoque nitidissimos, ac nobilissimos flores sub suo ramorum umbraculo maxima quasi sylua collectos undiq; foueat nostra. Superlatiua quatuor usurpari modis: puta primò, mere adiectiue, & concordat in genere, numero, & casu cum substantiuo, quale. Maria optimam partem elegit, idest ualde bonam, uel cum non regit expresse, ut Plato doctissimus, Hercules fortissimus. hoc pacto bene dices Maxima, & Minima pars, ubi tantum de duobus est sermo, ut bello ciuili Pompeii, & Cæsaris. Maxima. Quiritū pars sequebatur Pompeium, Minima Cæsarem. i. ualde magna, & parua ualde, Author est Valla. Secundò capitur substantiue in neutro genere ut non respōdent ultima primis. Summum domus. i. summa pars, frigidissimum hominis cerebrū, idest pars frigidissima. Velocissimum hominum est mens. idest pars uelocissima Perniciosissimum est familiaris inimicus, idest res perniciossisima, Inconstantissimum est fœmina: idest res inconstantissima. Tertiò, positiuè capitur quantum ad regimē. ut Ditissimus agrorū. Dignissimus laude. Charissimus regi. Studiosissimus literarum. Gratissimus Deo. Nā diues, agrorum. dignus laude, charus regi. Studiosus literarum. gratus Deo, bene dicitur.

Estque cùm genitiuum partitionis admittit, ut eloquētissimus Oratorum Cicero. poetarum Maro sapientissimus. Naturantium Plato sapientissimus. Quartò partitiuè capitur, ceu Grçcorum Aristoteles doctissimus. uel ante Græcos, ex Græcis. Seu gentis Graiugenæ doctissimus fuit Aristoteles.

Optimus populi, pessimus plebis, & exponitur per aduerbium Maximè. Vt superlatiuum genitiuum partitiue admittat, quot requiruntur? Tria. primo comparatio ut fiat inter plura duobus. ideoque non dicitur pedum, dexter firmissimus. Secundò, ut comparatio fiat

inter terminos eiusdem generis, aut naturæ. Quia non di citur, Achilles Troianorum fortissimus. Troianus enim non fuit. Tertiò, Genitiuus debet cum superlatiuo conue nire in genere. ut fortissimus Animalium Leo. plerunq; secus. Plinius, Villosissimus animalium lepus. Hæc dixi. Abusio in superlatiuo est tantum significatione teste Lan cilotto, cuius quidem adiiciam uerba: hoc enim fit, cum pro positiuo ponitur, id autem à nullis ferè regulis obser uatum est. Superlatiuum enim per se prolatum distributi uè inter diuersa genera ponitur pro positiuo; nam opti mus malorum (teste Honorato Grammatico) non dici tur; probat hoc idem Maronis exemplo in libr. 10. Opti mè Graiugenum dixit, cùm de Anea loqueretur, stat igi tur Optimus pro positiuo. Abusio similiter fit in super latiuo ubi nomina propria, aut pronomina formam su perlatiuam induunt. Vt Plin. Plautinissimus. Cic. Ad Att. libr. 10. Ex multissimis & miserrimis curis est una enata. Verum excusabit quispiam ab affectu, ni codex mendo sit potius deprauatus.

Celeberrimum est dicendi genus illud; ut superlatiui substantiuum in casu patrio numeri pluralis collocetur, ut Amicorum integerrimus. Pro eo, quod esset, Amicus in tegerrimus. Oratorum eloquentissimus; pro, orator elo quētissimus. Imperatorum fortissimus; pro imperator for tissimus. Mercatorum ditissimus. pro ditissimus mercator discipulorū eruditissimus, pro discipulus eruditissimus. Sueto. In Asperrimas insularam auchi. Plin. Cur sternuta mentis salutatur? quod etiam Tyberium Cæsarem tristis simum (ut constat) hominum in uehiculo exegisse tradūt. Aul. Gel. Grauissimi Philosophorum saper hac re serio quæsiuerunt. Idem, Quibus declarabat maximus Philo sophorum literas, atque doctrinas philosophiæ; cum in hominem falsum, atque degenerem, tanquàm in uas spurcum atque pollutum influxissent, uerti, mutari, corrumpi. Idem, Pytagoras in syncerus quidem Philoso phus, sed acerrimus Sophistarum fuit. Idem, Hesiodus poetarum prudentissimus, linguam non uulgandam, sed recondendam esse dixit. Idem, Catullus elegantis

simus

ſſimus poetarum. Idem, ut uidentur exiſtimaſſe antiquiſſimi Græcorum. Idem, Apud antiquisſimos Romanorum neque generi, neque pecuniæ præſtantior honor tribui, quam ætati ſenectæ ſolitus eſt. Idem, uetus, atque perpetua quæſtio inter nobilisſimos Philoſophorum agitata eſt. Scip. Vbi agros optimè cultos, & uillas expolitisſimas uidiſſet in regionibus excelſisſimo locorum murum ſtatuere aiebat. Sall. Quorum ſanguine Tarulæ Scyroque pesſimis ſeruorum diuitiæ partæ ſunt. M. Cic. Niſi idem placeret grauisſimo Stoicorum Panætio. Idem, Quid igitur aut hunc prohibet, aut etiam Xenocratem illum grauisſimum philoſophorum exaggerantem tantopere uirtutem, & extenuantem cætera, & abiicientem, in uirtute non beatam modò uitam, ſed etiam beatisſimam ponere. Idem, Nec non Xenocratem quidem ſeuerisſimum Philoſophorum, ob eamque rem ipſam magnum claramq; fuiſſe. Et ipſe amicorum amantisſimus tui. Sed finem facio.

Cum ſuperlatiuo, uel nomine, uel aduerbio adiungunt particulam (uel) ubi loquentium uulgus ponit. Non ſolum cum poſitiuo, ſed etiam cum ſuperlatiuo. Vt literæ tuæ apud me amicitiæ naturæ teſtes fuerunt, uel iucundisſimæ. pro eo, quod eſſet, non ſolum iucundæ, ſed etiam iucundisſimæ. literæ tuæ mihi gaudio, uel maximo fuere. ideſt, non ſolùm magno, ſed etiam maximo. hos, quibus cum tibi negocium eſt, uel prudentisſimè conuenis. ideſt, non ſolum prudenter, ſed etiam prudentisſimè. Quint. Potior mihi ratio uiuendi honeſtè, quàm uel optimè dicendi uideretur. Idem, Hoc tranſeo, de quo neminem, qui literas, uel primis (ut aiunt) labris deguſtauerit; dubitaturum puto. Aul. Gel. Menander poeta uetuſtior humanarum opinionum, uel peritisſimus. Idem, Super hac quæſtione tum ab aliis, ſicuti dixi, multis, tum uel diligentisſimè à Theophraſto diſputatur. Idem, Nunquam inquit Phauorinus, quod equidem ſcio, tam importuna, tamque audaci argutia fuit noſter Probus, ut Salluſtium uel ſubtiliſſimum breuitatis artificem periphraſim poetarum face-

re diceret. M. Cic. Sed quid quæro uelisne, cum literis tuis eruditissimè scriptis te, uel maximè uellem perspexerim. Idem, illum fructum ex tuis literis, uel maximum cepi, quòd te præclaras res humanas contemnentem, & optimè contra fortunam paratum, armatumque cognoui. Idem, fidibus musicorum aures sentiunt, uel minima. Idem, turba, & Barbarensis forensis dat locum, uel uitiosissimis oratoribus. Idem, Hoc uno uel maxime feris præstamus, quò colloquimur inter nos, & exprimere dicendo sensa possumus idem.

Ipsæ illæ conciones ita multas habent obscuras abditasque sententias, uix ut intelligantur. quod est in oratione ciuili uitium, uel maximum. Idem, Quid est tam furiosum, quàm uerborum, uel optimorum atque ornatissimorum sonitus inanis nulla subiecta sententia nec scientia? Idem, ob eam etiam caussam eloqui copiosè, modò prudenter, melius est; quàm uel acutissimè sine eloquentia cogitare. Aliis quoque particulis iungitur à superlatiuo, ne aũtem tu nescias exempla etiam subscripsimus. Vergilius.

Carmina uel cœlo possunt deducere lunam.

Quint. Omnibus his sufficit uel unum Ciceronis exemplum. Sall. Vnum omnibus finem natura uel ferro septis statuit. In hac eadem significatione ponitur particula etiam. Lentulus, Cura ut omnium tibi auxilia adiungas etiam infirmorum. M. Cic. Caput autem est in omni procuratione negotii, & muneris publici, ut auaritiæ pellatur etiam minima suspicio. Hęc inuenta dedi.

Illud orationis genus candidissimum uisum est; ubi superlatiuum regit positiuum, contraque idem positiuum in superlatiuum mutatum regit positiuum; a quo alterum superlatiuum factum compositumue erat, modo ne mutes sententiam, neue id plenum sit affectionis. Dic igitur. Carorum mihi amicissimus es, & amicorum carissimus. Perditorum erat sceleratissimus, & sceleratorum perditissimus. Hinc non alienum illud Ciceronianum lib. primo de Orat. Scæuola æqualis, & collega meus homo omnium ditissimus, & disciplina iuris ciuilis eruditis-

tissimus, & ingenio prudentiaque acutissimus, ut oratione maxime limatus, atque subtilis, atque ut ego soleo dicere, Iurisperitorum eloquentissimus, eloquentium Iurisperitissimus, ex scripto testamentorum iura defendeet. Nec illud alterum ab eo dissonum. Crassus (inquit) erat parcissimus elegantium, & elegantissimus parcorum. Ab hac pariter dicendi uenere, uenustateque ne longè discedas. si cum adiectiuo substantiuum nomē ab adiectiuo factu , sit adiunctum, quod in adiectiuum redeat, & ex altero adiectiuo substantiuum fiat; Ceu perfecta consumatio, consumataque perfectio. Erudita compositio, compositaque eruditio. Hæc autem non uteris, nisi inter utraque, adiectiuum scilicet & substantiuum maxima conuenientia fuerit.

Superlatiui augmentum quibus particulis adiunctis fiat, quodque unusquisque superlatiuo iungatur, modo addamus. unus ergo omnium elegantissimus Cicero, quoniam nobis imitandus est, quibus cumulauerit dictionibus significatum superlatiui nunc dicendum uidetur. His autem particulis superlatiuum dedit cumulatum. Maximè, apprime, omnino, sine controuersia. Ita ut dicere queas, tu omnium mihi charissimus es, Epistola ad me tua apprimè fuit elegantissima. Omnium sine controuersia doctissimus es. Aulus Gel. Bonas artes qui synceriter capiunt, appetuntque, hi sunt, uel maximè humanissimi. Q. Claud. Quadrigarius. Apprimè summo genere natus erat. M. Cic. Qui anteà aut obscuris hominibus, aut etiam sontibus opitulari poteram nunc P. Nigidio uni omnium doctissimo, sanctissimo, & maxima quondam gratia, & mihi certè amicissimo nec benignè quidem polliceri possum. Idem, quo mortuo me ad pontificem Scæuolam contuli, quem unum nostræ ciuitatis & ingenio, & industria præstantissimum audeo dicere. Idem, Tum Iulius, ego me Sercule, inquit, Antoni semper his fui, qui de te oratore sic prædicarem, unum te in dicendo mihi uideri rectissimum, propriumque hoc esse, nihil à te unq̃ esse dictũ, qđ obesset ei, ꝓ quo diceres, Idē. Qđ autē in ipso sapi enter dicimus, id apprimè rectissimè

fimè dicitur. Idē, Miserrima oīo est ambitio, honorumq; cōtētio. Idē, Panętius sine cōtrouersia de officiis accuratissimè scripsit, Alia multa, quę superlatiuo adiungi solent, de industria omittimus: propterea quòd ea scriptorum aliorum monimentis ignota non sunt. Verùm hæ particulæ, quod superlatiuo adhærere diximus; Præter vnum, positiuis solent frequentius, atque usitatius. At uerò vnū superlatiuo sæpius, unde appositum unumquodque positiuum, compositum uerò unusquisque superlatiuum sibi asciscit. Valer. Max. lib. 4. cap. 3. de Fabritio. Censu par vnicuique pauperrimo. Author est Badius, cui se subscribit Moderatus Grammaticus, purgatque Valla in libro contra Raudensem.

Summa cum venere, ut, & ita, quæ similes efflagitant casus, si quisque interuenit, cum superlatiuo dicuntur; qua de re, ita argutus Vallen. habet; Addamus de, ut, & ita, cum quibus duplicatur superlatiuum, uel altera ex parte nomen, ex altera aduerbium: uel utrinque nomen, uel utrinque aduerbium cum indeclinabilibus, quæ nominaui. Cic. de Orat. Vt quisque optimè Græcè sciret, ita esse nequissimum. Idem in eodem. Vt enim quisque optimè dicit, ita maximè dicendi difficultatem, uariosque euentus orationis, expectationemq; hominum pertimescit. Idem in Off. Vt quisque animi grauitate, seu magnitudine maximè excellit; ita & maximè uult princeps omnium, uel potius solus esse. Quintilianus. Quod ut longè optimum, ita difficillimum. Idem, non ut quidque primum dicendum, ita primum occurrit. Aliud seminarium (ut) cum quisq; habet: hanc etenim ab elegantissimis pręceptionem maximè obserua tam passim inuenias. vt cum eis dicendum est, quod uulgus indoctum sic diceret; secundum quòd quisq; tum superlatiua duo dicant, utrunq; nominale. vel utrunq; aduerbiale: uel alterum nominale, & adterum aduerbiale: quibus particulæ ita, ut, & quisq; iugantur, uel omittantur. verum hoc fiet exemplis manifestius. Vt quisq; optimus est, ita retinet amicitiam longissimè. pro eo, quod esset secundum quòd quisque bonus est, amicitiam diu retinet.

retinet. Vt claris natalibus quisq; cōspicuus est maximè, ita superbia eminentissimus. Maximè quisq; diues à literis abhorret maximè. M. Cic. Primum illud in officio est: vt ei plurimum tribuamus, à quo plurimū diligimur. Idē. Optimè societas hominum, coniunctioq; seruabitur: si vt quisq; erit coniunctissimus, ita in eum plurimū benignitatis cōferetur. Idem, nec dubiū, quin maximo cuiq; plurimum debeatur. Idem, in collocando beneficio, & referēda gratia, si cætera paria sint: hoc maximè officij est. Vt quisq; maximè opis indigeat, ita ei potissimum opitulari. Idem, A quo plurimum sperant, etiam si ille his non egeat, tamen ei potissimum inseruiunt. Idem, vt quisq; sordidissimus videbitur, ita libentissimè seueritate iudicandi, sordes eluet. Idem, ut bona natura appetimus, sic à malis natura declinamus. Idem, Propriè ut ægritudo, uel ægrotatio est in corpore, sic ægritudo in animo nomen habet. pro, ita; sic, posuit, & quidem bellè.

Omnibus Latinæ linguæ doctioribus id consuetè multum vsitatum est, vt uox omnis, cum positiuo, aut ferè cōparatiuo, quisq; verò cum superlatiuo adiungatur. sin verò nullus sit cōparationis gradus, promiscuè dicatur vtrūque; verum omnis q̄ quisq; vsitatius est. de ea autem re sic Valla profitetur. Igitur superlatiuus asciscit quisq;, relinquit aūt omnis, & cūctus cōparatiuo, vel positiuo: ut optimus quisq;, sapientissimus quisque. Nominibus, perditis optimus quisq; inuisus est, semperq; quisq; postponitur, id. n. fieri concinnius contingit. Optimus quisque igitur pro eo est, teste Valla, q: unusquisque, qui bonus est, uel omnes boni: nō enim dicere licet, boni quique, nec sapiētes quiq; : ita nec omnes optimi, nec cuncti sapiētissimi. Idem intelligo inquit, si superlatiuum in alio casu ponatur, q̄ illud quisq;. Sic, maximo quisq, animo diuitias despicit, fortissimi quisq; corporis longè abest à sapientia. Plin. Stultissimū credo, ad imitandum nō optima quæq;. Quintilianus. Nihil. n. rerū ipsa natura uoluit magnum effici citò, præposuitq; pulcherrimo cuiq; operi difficultatem, quæ nascēdi quoq; hāc fecerint legē, vt maiora animalia diutius visceribus parentum cōtinerentur. Sall. Pes-

simus

ſimus quiſque aſperrimè rectorem patitur. M.Cic. In omni arte, vel ſtudio, uel quauis ſcientia, uel in ipſa uirtute optimum quodq; rariſſimum eſt. Idem, Ego enim ignauiſſimo cuiq; maximã fidem habeo. T.Liu. Interim equites, nobiliſsimus quiſque, alii ſe interficiunt, alii in deuios montes fugiunt. Idem, Trecenti equites, nobiliſsimus quiſq; Campanorum, delecti à Romanis. Tacit. Optimus quiſque adſciri, & turbidiſſimus quiſque delecti. At qui ſunt Vallæ reclamant, propterea quòd longè aliter iis viſum eſt. Vos utputa omnis, etiam cum ſuperlatiuo, quiſque inſuper cum comparatiuo, atq; poſitiuo dici poteſt. vt amiciſſimis omnibus non parum perferendum eſt. Doctiores omnes fortunæ uim nihil timent. Bonus quiſque colit uirtutem. Sapientior quiſque optimè ſui curã gerit. ob eam igitur rem falsò Vallenſem notaſſe Lactãtium putant in eo exemplo, Placidiora quæq; animalia: verum ſua pace decipiuntur, nec enim argutus Laurentius id minus latinè dictum cenſet, ſed minus ornatè: nec Lactantium eo in loco carpit, ſed ego (inquit) maluiſſem dicere, omnia placidiora. hoc eſt ergo carpere, reprehendere. Naſuti. non enim latinius, ſed ornatius, concinnius dixiſſet, puto, inquit. ſi igitur non ornatius dixit Lactantius, ergo minus ornatè, non barbarè. an credam, non hæc omnia tantum uirum perlegiſſe? Cic. Quiſq; grauior homo, atq; honeſtior. Senec. non uides ut maiorem quanque fortunam maior ira comitetur. Plin. Ex iis maiores effectus melioris cuiuſq; erunt. Tac. Inualidus quiſque. Idem, quiſque ingenio validus. Plin. Cæcili. Bonus quiſque liber. Lactant. Errorem prudentes quique perſpiciunt. Excepta uoluit. Idem Author poſitiua ferè omnia, quæ nullam comparationis formam habent, qualia, pius, ſtrenuus, & id genus ſexcenta. quæ propterea ꝙ comparatiuum, uel potius ſuperlatiuum non patiuntur, utranque ſequuntur rationem. Ceu, omnis pius, & pius quiſque. de Sall. habet. Strenuus quiſque aut occiderat in bello, aut grauiter uulneratus diſceſſerat. Omnis autẽ pius, aut uir religioſus omni ſolenniore die confitetur, priuſquàm rem diuinam faciat. Carent etiã ſuperlatiuo illa

illa numeralia, scilicet, secundus, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus, octauus, nonus, decimus, & deinceps quæ sequuntur. Primus enim cum numerum significat, superlatiuum est, & ultimum, ut utrique Pris. & Val. placet. Dicimus ergo, primo quoque tempore, primo quoq; die. Tertio quoque uerbo titubat. Quinquagesimo quoque anno Iubilæus est. Secundo quoque anno te uisam. pro eo, quod uulgus diceret, omni secundo anno. Tertia quaque hora. pro, omni tertia hora. tribus quibusq; horis. pro omnibus tribus horis. Alterno quoq; die ieiuno, pro uno die quidem sic, altero non. Aristot. Prima quæq; magis delectant. Cic. Primo quoque die consules ad senatum referunt. Idem, Tertio quoque verbo excitabatur. Idem, quinto quoque anno de moribus nostris iudicaretur. Cæsar. Legione producta, cognoscit non decimum quemque esse reliquum militem sine uulnere. Suenton. Vnus dies quarto quoque anno intercalaretur. quod ineruditi dixissent, omni quarto anno est bisextus. Quotus cum quisque pariter iungitur. vt in relatiuis dictum est, sed tamen longè diuersa ratione à superioribus. Nunq̃ ferè utimur hac dictione, nisi interrogatiuè, & in significatione, quæ est quot. cuius uicem frequenter supplet. Vt quota quæq; pars hominum nunc rectè uiuit? Quotus quisque philosophorum rerum inuenit? Quotus quisque istud affirmat? idest nullus. uel rarus. forma quota quæque superbit? idest nulla, uel rara. Illud similiter celeberrimũ legi. hoc.n est ꝙ quisq;, non omnis, adiungi solet cum pronomine sui, se, sibi, à se, & suus, sua, suum. Itẽq; cum qui, quæ, qđ. Dic igitur. Dignus amari sibi quisq; uisus est. Sua cuiq; amicitia iucũda est. Quod quisque facit, laudabile putat. Sui quisq; laudator est. Pro se quisq; laborat. Manet suum cuiq; laboris ꝑmium. Proper. Naturæ sequitur semina quisq; suæ. Plin. Iunior. Suæ quisq; inuentioni fauet. Plin. In trimatũ suo cuiq; dimidiã esse mẽsurã certũ est. Quint. In quo quidẽ nõ, idest æstimãdũ cuius quisq; sit ætatis, sed quãtũ in studijs iã effecerit Idem, vt in eo, quo quisq; eminet ꝓncha tur. Idẽ, Intendendus aĩus in hoc quoq;, ut ꝑspiciat, quæ quis-

quisq;, & quō laudet. Idē, expertus eorū oī modo corpus, animumque discernat, cui quisque certamini præparandus sit. M. Cic. Vt enim Pictores, & ij, qui signa fabricantur, & ueri etiam Poetæ, suum quisque opus à uulgo considerari uult, ut si quid reprehensum sit à pluribus, id corrigatur: idque secum, & cum aliis, quid in eo peccatum sit, exquirunt: sic aliorum iudicio ꝑmulta nobis faciēda, aut nō facienda; imitanda, & corrigenda sunt. Idē, Nā neglígere qđ de se quisq; sentiat, non solùm arrogantius est, sed etiā omnino dissoluti. Idem, Propterea quòd minimè sibi quisq; notus est, & difficillimè de se quisque sentit. Sed hæc hactenus de quisque, omnis, & cunctus.

Aduerbia, quibus in um terminatis, atque aliis, quorum multæ sunt terminationes, uis positiuorum augetur, hæc sunt. Multum doctus. Tantum difficilis. Quantum breuis. Maiorem in modum, uel supra modum iterum. Vnicè, singulariter, eximiè, inpendiò, effusè, impensè, maximè, magnopere dilectus. Adeò abundè, affatim, ualdè, per quàm, oppidoquàm, sanequàm, admodumquàm, diues. Plus æquo, plus nimio, Plus satis lætus. Plusquàm par est. Mirum in modum liberalis. Ne felix est. Sanè, sanèquam, nimisquàm, inprimis, cumprimis, inter primos, præter cæteros, cum paucis, inter paucos, ante alios apprimè benignus. Quàm morosi sunt, qui amant. Quàm iniquus in me iudex es. Quàm doctus mihi uidetur, qui propè nihil nouit, ponitur deridendi gratia. quandoque secus. ut Quàm doctus fuerit Cicero, orationes eius indicant. Sed nota, per, idest multum, in aliquibus positiuis mutata literatura facit. præclarus, prælargus, prædurus, prædiues, prædulcis, præcelsus, præualidus, & cætera talia, teste Niniuita.

Quam, pro quantum positiuum petit, ut quàm morosi sunt senes. Quàm morosi sunt, qui amant. Verùm cū uerbis, Possum, Queo, & Valeo. etiam superlatiuum habet. ut dicam quàm maxima possum uoce] scribit quàm celerrimè potest.] Dicam quàm breuissimè potero.] feci quàm optimè quiui. Tale est illud Sallustianum in coniur. Cat. Quàm uerissimè potero, paucis absoluam. dicitur

citur similiter, Quanta maxima breuitate potero, dicā. Cic. de amicitia. Tanta est inter nos, quanta maxima po test, morum studiorumque distantia. Sab. Cùm aliquid adhibitaque, quanta potest maxima cura, diligenter eli- mauerit. habet etiam uulgare. Dio per clemente che sia, non basta patire li peccati de gli huomini: Deus li- cèt sit quàm clementissimus, infanda tamen hominum scelera pati non potest] licèt sim crudelissimus, mihi ta- men obesse nec possum semel.

Quàm, rursus capitur pro quantò, & comparatiuo da- tur. Verg. Tam magis illa tremens, & tristibus effera flammis, Quàm magis effuso crudescunt sanguine pu- gnæ. perrarum est. Tam, ut Quàm, iunguntur positi- uo, comparatiuo, superlatiuo, & uerbo. Primò, Es tam bonus, quàm doctus. hoc est, tantum bonus, quantum do ctus. Secundò, Tam melior, quàm doctior. Cic. Sin illa res prima ualuit non inueterata, quàm recens, debuit es se grauior? Idest, recens, quàm grauior. Idem, Sed tamen uidemus, quibus extinctis Oratoribus, quàm in paucis spes, quàm in paucioribus sit facultas. Val. Max. Poste- rior ætas in excolendo iure amicitiæ, quàm libentius, tam etiam religiosius erat opera. Tertiò cum superlati- uo, & quidem sæpissime. ut, Tam hic est omnium opti- mus, quàm nobilissimus. Terent. Namque adolescens quàm minima in spe situs erit, Tam facillimè patris pa- cem in leges conficit suas. Sall. Quàm pessimè quisque fecit, tam maximè tutus est. Cato. Quamplurimam bras sicam ederet, tam citissimum sanus fiet. Et quàm citissi- mè conficies, tam maximè expedies. rursus. Quàm acer- bissima olea erit, tam oleum optimum erit. Cicero. Sed quàm est illud imperitissimè dictum. Idem, Gaudeo eam te fidem cognoscere, hominum non ita magna mer cede, quàm ego maximo dolore cognoram. Var. Quàm paucissimos relinques, tam optimi in alendo fient. Lact. Hoc autem duplex sacrificii genus quàm sit uerissimū. quandoque tantus, & quantus.

Quàm pro ualde, elegantissimè superlatiuo datur. Cen, literæ tuæ fuerunt mihi quàm gratissimæ. idest ual- de

de gratæ. Plin. Probatissimum quàm maximè rubet, &
quàm ramosissimum. Quando cum positiuo legitur. Cic.
Me ita uel cæpit, uel incendit, ut cùm cuperem, quàm ce
leriter rumores nostros monumentis commendari tuis.
Cæl. ad Cice. Te uidere, & omnia intima conferre discu
pio; habeo autem quàm multa. Cic. Suam operam in Se
natu, authoritatemque quàm magni æstimat. Pli. in Ep.
Quàm multùm interest. Apul. Quàm multum à me remo
ta. Idem, Quàm probè ueste contectus. Cic. Quàm seuerè
M. Curtius nos accusauit. Idem, Scripsit ad me quàm ho-
norificè de restitutione Sexti Clodii. Quint. Quàm mul
ta, penè omnia tradidit. Varro Sene. Dominus Calixtũ
vendidit, sed domino quàm multa Calixtus. Cæsar. Qui
magnum numerum iumentorum, atque hominum inter
cipiunt. Plin. Nisi ut quàm multi eas conserui inferrent.
Aul. Gel. Imò inquàm potius, quàm audaces nos, quam-
que licentes sumus. Cæsar, Vt quàm celerem, atque insta
bilem motum haberet. Ouid. Quàm graue balistæ ma-
nia pulsat onus. Andr. Alciatus de signo Mortis. Occi-
dit ante diem, nulli mage flendus (Aristi) Quàm tibi. li-
cèt pro quantum sit. Astipulantur Prisc. Lanc. Niui. Mer.
Prosp. Nicol. Sid. Fra. Ioa. Bart. Pla. Pha. Chiap. bonorum
que authorum usus celeberrimus conclamat. Solus Val-
la oppugnat, quem uiriliter Manc. Lanc. Bad. & Ald. ex-
pugnant.

Quem igitur, censes Nasutum Netinum, qui temera-
rio quodam ausu, ac obstinatè cum Valla tenebat aduer-
bium (Quam) positiuo non adhærere posse? Netine nihil
sapis, nisi peruersum. qui si rationem tamen aliquã istius
tuæ præceptionis, uel potius temeritatis afferres, esset
quò mitius tecum agerem; verùm cùm insania quadam
feraris, ne nobis quidem ulla ratio tui habenda fuit. Si
M. Tul. Cicero, si Quint. Si uterque Plinius, Si Seneca, si
Aulus Gel. hiq; omnes, quorum fidissima testimonia no-
stris his monimentis in argumentum tuæ temeritatis,
tuæque dementiæ commendata uoluimus; si hi (inquã)
errauerunt omnes; quid non Chiappisius cum illis? Si
tibi iucundum censes ita uiuere; uiue tibi, ne mihi.
Quid

Quid me uexatis rami? Sum Palladis arbos: Auferte hinc botros, uirgo fugit Bromium. At uerò mitte hunc, mi frater; Homuncio est; cuius ineptias si sigillatim per tingerem, nedum ter Phœbus, sed & septuagies septies præcipiti licèt curru ductus aquas occiduas interim re peteret.

Per, & quàm, inquit Laurentius, idem ponderis habēt in compositione. Sed alterum proprium positiui, alterū superlatiui proprium est. veluti; perpulchrè, perbellè, per diligenter, uel perdiligens. Quàm pulcherrimè, quàm optimè, quàm diligentissimus; uel quàm diligentissimè. Perbeatus, quàm beatissimus, & id genus. verùm quando que oppositum authoribus seruatum legimus. Plaut. Nō in loco emit perbono, imò peroptimo. Liui. Parcis, & ex peditis perdifficillimum aditum. Senc. Summa pars eius est siccissima, calidissimaque, & ob hoc etiam pertenuissima. Idem, Videbitis Arethusam perlucidissimi ad imum stagni profundētem. Colum. Perpaucissimis agri colis contigerit. Plin. Perplurimum referto id omne, & Vallensis, & Laurentianus Niniuita mendum putant. Suntque qui comparatiuo iunctum ij egregiè opinantur. Cice. Nos perquisitius, & diligentius scripsisse pollicemur. Idem, Pars autem peruagatior. Aul. Gel. Quod ui detur peruulgatius, id me doce. verùm cum his exemplis, perpulchior, perdoctior, persapientior, percandidior, peralbior, periustior, perlongior, nemini dicere fas sit.

Per, alioqui & quàm, coniuncta unam efficiunt dictionem. Perquam, scilicet, quibus igitur quoniam duplex intentionis uis annotatur; eam ob rem Valla nulli graduum præterquam positiuo conuenire ritè putat. Plin. Eruperunt fontes calidi perquàm salubres oculis. Contra Curtius habet. Bessum perquàm maximè posset exercitu coacto descendere ad se iubet. Apul. Naribus iam mihi ariolabar tucetum perquā sapidissimum. Pomp. Titulo de orig. iuris. Seruius duos libros ad Brutum perquàm breuissimos reliquit. hæc autem exempla author Valla, tam rara sunt, inquit, ut dubitem an libra

riorum sit culpa, & Despau: uix ausim (ait) ita loqui.

Estne latinè dictum, Quamprimùm nauem intraui exorta est tempestas? Minimè, authore Valla. Quare? Quoniam Quamprimùm significat ualde citò, seu illico, & contentum unico uerbo. dicendum erat igitur, Quum primum nauem intraui, exorta est tẽpestas. Quomodò differunt dic, Quamprimum, & Quumprimùm? Secundum (inquam) Vallensem, Quamprimùm .i. mox, statim, illico, & unico uerbo gaudet. vt scribe quamprimùm, ueniam quamprimùm, redit quamprimum, Quamprimùm dixit. Quamprimùm fecit. Quamprimùm pensum absoluisti meum. Quamprimùm uerò, idest ubi, uel quando, citò. ut, Quumprimùm veneris, gratulabor. & duobus necessariò uerbis indiget. Quum Romam ueneris, patri salutem dices. pro eodem dices, ubi primùm, & ut primùm. ut primùm te uidi, animus, qui penitus iacebat, lætus est.

Longè pro ualde, & multò, decenter adhærent comparatiuo, ac superlatiuo: & cum dictionibus quoque inuenitur excessum, vel diuersitatem connotantibus facilè verò, pro non dubiè, & superlatiuo, uerbis diuersitatis; aut excessus: cumque his nominibus. Præcipuus, princeps, & primus, cum secundus. Valde autem positiuum efflagitat; quod nisi diuersitatem, & excessum significet. Longè, & multò refugiunt. dicas igitur, Valde doctus] longè doctior] multò omnium doctissimus] Non longè doctus] nec ualde doctior] nec ualde doctissimus.] dic quidem, longè diuersus] longè dispar] longè alius.] item longè præstat, superat, uincit, & excellit. Potius tamen multùm præstat, multum excedit, & excellit; quàm multò dicam, teste doctissimo Badio. Quintilianus, Declamandi ratio, ut est ex omnibus nouissimè inuenta, ita & multò est utilissima. Idem, Longè omnium, quos quidem mihi audire contingit: præstantissimus Domitius Afer. M. Tul. Sed ego neque eis assentiebar; neque harum disputationum inuentori, & principi longè omnium in dicendo grauissimo, & eloquentissimo Platoni. Idem, Virum unum totius Græciæ facilè doctissimum Platonem. Gel.

Vir

Vir ætatis suæ longe doctissimus. Amat etiam longè, ceu multo, secum iungi comparatiuum. Verg. At pedibus longè melior Lycus. idest multò melior. Iungitur etiam longe his particulis tum superlatiui, tum comparatiui uim habentibus: qualia, alius, aliter, secus, ante, post, præ; ut longè alius: longè aliter: longè secus; longè ante; longè post; & composita à prę. Vt longe præstans, longè præstat. Quintil. Sed eum longè præcedant ingenia uiuentium; Atque his, quæ superlationem quandam habent; & proximè accedunt ad comparatiua, ut lõge superat, longe uincit, longe excellit, hisque, quæ diuersitatem more illorũ: Alius, aliter, & secus: qualia, diuersus, dissimilis, alienus; ut longe diuersus, longe dissimilis, longe alienus. Inuenitur etiam longe, cum positiuis, excellens, præstabilis, atque Princeps, quæ cum superlationem significent, sibi lõgè uel facilè pro non dubiè sibi asciscunt. Quint. Nouem uero Lyricorum longè Pindarus Princeps. M. Tullius. Non solum municipii latinitatis, ex quo erat, sed etiam regionis illius, & vicinitatis uirtute existimatione, nobilitate, facilè Princeps. Apul. Carchas autem longè præstabilis Hariolus. Idem, Longè ante cæteros excellens. Idẽ, longe ornatissimos. Cic. longe audacissimus. Sall. longe mihi aliena mens est. P.C. item longe aliter sentio, longe secus euenit. lõge alius sum, atque fueram. Item cum præcipuus, primus, secundus, & si qua alia sunt, ueluti Summus, ad superlatiui uim accedunt. habentque longe, atq; facilè. ut facilè summus, facilè primus, facilè secundus. ita longè præcipuus, longe summus, longe primus, longe secundus. tum enim non ad ordinem, sed ad dignitatem respicimus. ut tu es facilè secundus à Rege. facilè post regem primus. Quintil. Tum in omnibus, tum in his; qui miseratione constant, mouendis, facilè pręcipuus, & admirandus maxime est. Poetarum Mantuanus omnium facile Princeps. longè omnium primus huc accessisti.

Comparatiuum his aduerbiis augetur. Scilicet, Quò, Eò, uel Hoc, Quantò, Tantò, multò, Paulo, aliquanto, Cice. Quanto maior es, tanto te geras summissiùs. Idem, tanto miserior, quanto sibi uidetur beatior. Senec. Quan-

tò celerior debet fieri in stellis congressio, tantò in m
ribus. Horat. Quãto perditior quisq; est, tanto acrius
get. Sall. Multò pulcherrimũ. Solom. Multò melius
non uouere, quàm uota nõreddere. ita, paulò loquac
aliquanto ad rem auidior. nimio seuerior, In infinit
uilior. quantò maior es, tantò te summissius geras.
quoq; in um, cõparatiuo dantur, sed minus elegãter,
facilè imitabere si politissimo Grammatico Vallæ aus
tare uelis. Iuuen. Despiciã, qui sit quantum sublimior
las. Teren. Eius frater aliquãtulum ad rem auidior. Q
til. Negocia paulum ad dicendum tenuiora. Ea uerò q
terminantur in, o, iunguntur etiam dictionibus, Alius
liter, secus, ante, post, præsto, excello, & malo, & quæ u
habere diximus superlatiuam. Terent. Verum aliter e
nire multo intelligit. Cic. Multo secus euenit. Item, e
nit paulò secus quam putaram, multò aliter uisum id,
atq; mihi persuasi unquã. Sall. Multo præstat beneficii
maleficii memorem esse, paulo ante ueni, quam tu. M
to post uenisti, quam Petrus. Paulo post id dixisti, atq
ego. Multò ante id ariolatus es, atq; factum fuisset. In
enim in um, terminata locũ habent, & præsertim in u
bis. Cic. Multum excelluit. Idem, longe, multumque p
stet mens, atq; ratio. Dic igitur, Paulo, & paulum post
bui mea negocia tuis. Sic aliquantulum, minimum. Mi
mum etenim, est ualde parum. Minime, aũt mera negat
idest, nõ; minimum datus igitur erit, qui ualde parũ sc
Minime doctus] qui nihil scit, quasi nullo modo doctu
Quandoq; & in o, & in um, in eadem oratione uenu
connectimus aduerbia. Verg. O præstans animi iuueni
quantum ipse feroci uirtute exuperas, tanto me impe
sius æquum est consulere. Quintil. Quid autem in n
stris legionibus cornua, & tubæ faciunt, quorum conce
tus quanto est uehementior, tãtum Romana in bellis gl
ria cęteris præstet? Ouid. Quanto dux milite maior, tant
ego te supero. Ea, in um, adduntur positiuis, ut multũ
doctus. tantum difficilis. quantùm breuis. Supra modu
seuerus. Cum uerbis: tantùm laborare, quantum iussu
est. Cæde (inquam) quantum potes, feci hercle quantu
quiui.

quiui. Positiuo his fere modis minuuntur, subtristis, subobscurus, subrusticus. Non nimis molestus. Aliquantulum doctus. Vtcūque humanus. Parum cautus, paululum studiosus. Non admodum senex. Non perinde doctus. Vt diues. Vix Grammaticæ studiosus, & cætera talia, sed de his iam satis abunde.

Sed ne uulgaria, atque minus usurpata putes, iustis igitur de caussis plurium monimentis alioqui utillimis authorum hæc eadem munire uisum est: qualia, fida parum amicitia est eorum, qui student auaritiæ. Eleganter multum ad me scripsisti. Aliquanto es ad rem auidior. Multū hic elaboramus. Pluta. Multò mihi beatiores uidentur. Qui ab Alexandro subacti sunt; quam qui eum effugerūt. Idem, paucis admodum contingit fœlices esse simul & sapere. Plato. Difficile admodum est, reperire hominem ingeniosum simul, & præ cæteris mansuetum, atque uirilē. Lucilius. Improbior multò, quam de quo diximus ante. Pub. Syrus. Aleator quanto in arte melior est, tanto est nequior. Idē, Bonus animus læsus grauius multò irascitur. Ange. Poli. Vulgare est, ut qui serius paulo ad amicorum literas respondeant, nimias occupationes suas excusent. Quint. Stylus intermissione paulum admodum de celeritate perdit; Aul. Gel. Proletariorum ordo honestior aliquanto, & re, & nomine, quam capite censorum fuit. Idem, obscure magis dictum, quam ambigue uideri potest. Idem, Diomedis arma & Glauci non dispari magis precio æstimata sunt. Idem, Tarquinius id multò risit magis. Idem, Obesum hic notamus proprie magis, quam usitate dici pro exili, atque gracilento. Val. Maxim. Prospera nimis usi fortuna. Idem, Mithridatis regis filia Dripetine Laodice Regina nata duplici ordine dentium deformi admodum, Comes fugæ patris à Pompeio deuicti sunt. M. Cice. Negare ei, quam uni ce diligerem, cuique me carissimum esse sentirem, præsertim & iusta petenti, & præclara cupienti, durum admodum mihi uidebatur. Idem, Quòd ab eo diligeris, multò ei amicior sū factus. Idē, in re militari multo es cautior, quam in aduocationibus. Idem, facilius multo pro tua

singulari prudētia iudicabis.Idem.Quod tibi,ut planius exponam,altius paulò rationem consiliorum meorum exponam necesse est. Idem, Multò tamen pauciores oratores:quam poetæ boni reperiuntur. Idem, est enim finitimus oratori poeta,muneris astrictior paulò,uerborū autem licentia liberior,multis uerò ornandi generibus socius,ac pene par. Idem, mihi quidem ueteres illi maius quiddam animo complexi, plus multò etiam uidisse uidentur,quam quantum nostrorum ingeniorum acies intueri potest.Idem, uir sapiens multò arte maiore præditus, numquid uerissimum sit, siquid uelit uulgus, requiret?Idem,intelliges multo me uigilare acrius ad salutē, quā te ad perniciem Reipublicæ Idem,nemo est in ludo gladiatorio paulò ad facinus audacior, qui se non intimum Catelinæ esse fateatur.Idem, Multoq́ue melius hæc notata sunt uerbis latinis,quam Græcis.Idem. Multo est turpius oratori,nocuisse uideri causſę,quàm non profuisse.Idem,quarum rerum negligentia plerasq́ue causſas & maxime priuatas, sunt enim multo sæpe obscuriores, uidemus amitti. Idem, plura enim multo homines iudicāt odio,aut amore,aut cupiditate,aut iracūdia, aut dolore, aut lætitia, aut spe,aut timore, aut terrore, aut alia permotione mentis, quàm ueritate,aut scripto, aut norma aliqua, aut iudicii formula,legibus, & si qua plura sint, consulant ipsos authores.

Verùm quo plura authorum uolumina excuſseris,eo tibi facilior hæc præceptio fiet.Particula quo, pro quanto & hoc,uel eo,pro tanto à doctioribus sæpissime usurpantur.Vt, quò te magis amo,hoc plures ad te scribo literas. Quo quis altiore animo natus est,eo ad summum Reipu. fastigium contendit enixius. Quo quis pauperior,eo ei uehementior est ad studia literaria cupiditas. Quo quis ditior, hoc cum uirtutis fastidium incessit. Quo ditior, hoc superbior. Quo quis sibi uidetur beatior, eo est miserior. Plato. Quò Vlysse Achilles fuit præstantior, eo Ilias Homeri Odyssea præclarior est. Plin. Omnia animalia quo maiore sunt corpore, eo minus fæcunda sunt. Cornel. Cel. Quo futuræ pauciores sunt, eo capitis

ualetudo,

ualetudo commodior est. Quintil. Vox ut nerui,quo remissior,hoc est grauior, quo tensior, hoc tenuis, & acuta magis. Idem, quo quisque ingenio minus ualet, hoc se magis attollere,& dilatare conatur.Idem,Preceptor quo sæpius monuerit,hoc rarius castigabit.M.Cice.Quo difficilius,hoc præclarius.Idem, quo minus ergo honoris erat poetis,eo maiora studia fuere. Quamuis quo sæpius præponatur, tamen postponi non negamus. Idem, peto te hoc diligentius, quàm si mea res esset. quo est honestius de amicorum pecunia laborare,quàm de sua. Nonnunquam inuenire est particulam, quo,solam positam; aut pro particula,hoc,uel eo,poni tanto.Ouid. Quoque magis tegitur,tanto magis æstuat ignis. tanto, pro eo. Plin. Quo maius est animal, tanto diutius formatur, in utero. tanto, pro hoc, uel eo, ponitur. Idem. Triticum quo serius metitur, copiosius inuenitur: quo celerius uerò, eo copiosius. & robustius.

Illud etiam obseruari à primariis ubique legi; Testibus,Valla, Lancilotto, Mancinello, Badio. Vt particulã quo, pro ut,cum comparatiuo coniungerent, inq́ue medio sæpe uocem aliquam imponerent. ueluti, Ad te scribo,quo amicitia nostra crescat amplius.quo,quid?ni,ut. Cibo, & somno parcè utendum est, quo sit ingenii acrimonia maior. Artium bonarum studiis opera danda est, quo animus tuus sit diuinior. Terent. Id amabò adiuua me, quod id fiat facilius. Quintil.difficiliora debent esse,quæ exercent, quo sit leuius ipsum illud, in quod exercent: ut Athletæ ponderibus plumbeis assuefaciunt manus: quibus vacuis, & nudis, in certamine utendum est. Idem,culpa est in præceptoribus prima:libenter detinentibus puerum, partim cupiditate diutius exigendi mercedulas, partim ambitione,quo difficilius sit, quod pollicentur: partim etiam inscitia tradendi,uel negligentia. Proxima in nobis, qui morari in eo, quod nouimus, q̃ discere, quod nondum scimus,melius putamus. Idem de Demosthene. Scandens in aduersum continuabat quàm posset plurimos uersus. Idem, quò facilius uerba ore libero exprimeret, calculos lingua uoluens dicere domi

 solebat.

solebat. Idem, Pythagoreis certè moris fuit, quum eui-gilassent, animos ad lyram excitare quo essent ad agendũ erectiores, & cum somnum peterent, ad eandem prius lenire mentes, ut si quid fuisset turbidiorum cogitationũ lenirent. D. Brutus, Nos hic ualemus recte, & quo melius ualeamus operam damus Val. Max. Quidquid in excelso fastigio positum est, humili & trita consuetudine, quo sit uenerabilius, uacuum esse conuenit. Idem: Maiores natu in conuiuiis ad tibias egregia superiorũ opera carmine cõpræhensa pangebat: quo ad ea imitanda iuuentutẽ alacriorẽ redderent. M. Cicer. Quo tolerabilius feramus igniculũ desiderii tui, crebris nos literis appellato. Idem: quo .n. maiore sunt isti odio supplicioq; digni, qui nõ solũ uestris domiciliis, atq; delubris sunt funestos ac nefarios ignes inferre conati. Idẽ, unde igitur ordiar? an eadẽ attingam, quæ modo breuiter dixi, quo facilius oratio progredi possit longius? Idẽ, facessant igitur oẽs, qui docere nihil possunt, quò melius sapiẽtiusq; uiuamus. Ne aũt sine cõparatiuo dici putes, exẽpla pariter collegimus. Terent. Hanc simulant parere, quo Chremetẽ absterreãt. Idẽ habet M. Cic. Oĩa faciat, quo ppositum assequatur. Idẽ, in dacebat Carneades non quo probaret, sed ut exponeret & Stoicis summum bonum esse frui his rebus, quas primitus natura conciliauisset.

Hoc idem exarandum suscepimus; quod elegantia carere mihi uisum non est. Id autem eiusmodi est, cum sermone domestico dici solet, præcipue quia, pro eo elegan ti us dicas particulam eo cum comparatiuo & cum particula quod pro quia. ut amicitiam negligendam non putamus, eoque magis, quòd fortunæ tristioris quædam quasi medela sit. Literarum studium eo nobis debeat esse ardentius, quod gloriam comparent amplissimam. literæ mihi tuæ fuerunt eo iucundiores, quod eis huc te uenturum scribis. Plin. Iunior. Nobis hoc maior agenda reuerẽtia est, quod iam illo functi sumus. Vatinius. De Dionisio tuo adhuc nihil extrico, & eo minus, quod me frigus Dalmaticum, quod illinc fecit, etiam hic refrigerauit. C. Memmius. Num ue summa ope nitemini, atque

eo uehementius, quod maius dedecus est parta amittere, quã oĩno non parauisse? M. Cæl. Hoc eo diligentius facio, ꝙ cum ociosus sum planè ubi delectem ocium meũ, non habeo. Idem, has ego tibi literas eo maiore misi interuallo, quod comitiorum dilationes occupatiorem me habent. Valer. Max. Vterque enim patellam deorum, & salinum habuit. Sed eò lautiùs Fabritius, quòd patellam suam corneo Capedunculo sustineri uoluit. M. Cicero, Amicitiæ nostræ memoriam spero sempiternam fore, idque mihi eo magis est cordi, quòd ex omnibus seculi vix tria, aut quatuor nuncupantur paria amicorum, quo in genere sperare uideor Scipionis amicitiam, & Lælii notam posteritati fore. Idem, eoque ad te tardius scripsi, quòd quotidie teipsum expectabam. Idem, hæc eò pluribus scripsi, quòd mihi significabant literæ tuæ subdubitare, qua essem erga illum uoluntate. Idem, Meministi.n. profectò, ut opinor, Attice, & eò magis, quòd P. Sulpitio utebare multùm. Idem, temeritate enim remota, gratissima est liberalitas, eoque eam studiosius plerique laudant, quòd summi cuiusq; bonitas, commune perfugium est omnium. Idem, eò quidem loquor confidentius, quòd Catulus auditor accessit. Idem, nunc ut honores, ut omnis dignitatis gradus, sic huius scientiæ splẽdor delectus est: id eò indignius, quòd eo tempore hoc contigit; cùm is esset, qui omnes superiores, quibus honore par esset, scientia facilè uicisset. Idem, hæc eò dico pluribus, quòd genus hoc totum, oratores; qui sunt ueritatis ipsius authores, reliquerunt: imitatores autem ueritatis Histriones occuparunt. Idem, in quo magis nobis est elaborandum, quòd multi iam esse Latini libri dicuntur scripti inconsideratè ab optimis illis quidem uiris, sed non satis eruditis. De obseruatis autem hæc satis abũdè multa.

Id etiam tradi oportet, quod nulli forsan obseruatum est hactenus; id autem est. Quare literis geminatis vsi sint Artigraphi in medio superlatiui? Vt doctissimus, facillimus, celeberrimus. Hę enim generales sunt superlatiuis terminationes teste Prisciano. Crediderim sanè nullum Neotericorum ea de re

meminiſſe, aut potius quòd ipſe non legerim hucuſque, profectio neſcio. At uerò iam ſubit ſuper hoc idem, vidiſſe neſcio quid apud Lancilottum(alium, quem citem, habere uideor neminem) cuius uerba ſubiiciam. Antiqui (inquit) pluralem ſignificare uolentes notarii literas geminabant. Significat enim Probus, qui ſcribit Coſ.i.Conſul.dictum hoc, & Coſſ.i.conſulibus; Item, Vx. i. Vxor. vxx. vxores.id enim legitur apud Terentium, In Acta ludis Megalenſibus.in fine autem ita, M.Marcello, & C.Sulpitio Coſs. ꝑ Conſulibus; Cum ergo ſuperlatiuũ neceſſariò ad plura ſui generis fiat modo, quo ſupradiximus, ad ſignificandam uim eius ex arte poſuere. Artigraphi literarum geminatum, unde Authore Probo ſcribebat antiquitas ſſ. pro ſanctiſſimus. Maximus autem non geminat propter duplicem x, cum proximus. Citimus autem & extimus uel quia priuata terminatione ſunt, uel quia appellatiua ferè nulla figuræ ſimplicis, t, geminant, Authore Papyriano. Extremus uerò cum ſupremus auriũ iudicio factum (inquit idem Papyrianus) ne diceretur exterrimus, & ſuperrimus. Dixi, mi Vincenti, feciq; quàm maximè potui, ac quantum humana fragilitas præſtare ualuit, Tu tamen, Decus meum, illa annota, quæ corrigenda cognoueris: ita enim magis credam cætera tibi placere. ſi quædam diſplicuiſſe cognouero. Heu autem me duriter tractes, memineris me eſſe hominem, atque hominis amicum. Iterum atque iterum uale.

D. VITI CHIAPPISII, SACCENSIS,

Grammaticarum institutionum LIBER TERTIVSDECIMVS.

De Patronymicis.

ET si ingenii mei paruitas (gratia rorante cœlorum) arctissimis amicitiæ uinculis ha ctenus satisfecit: reliquum est, ut & hæc patriæ eadem dulcissimæ exhibeatur: Cuius (docente Valerio Maximo) maiestati etiam illa, quæ deorum nominibus æquatur, parentum authoritas, nedum fidissimorum amicorũ pietas, uires suas subiecit non absque ratione; nanqe, euersa domo, interdum nonne Reipublicæ status permanere potest inconcussus? Vrbis uerò, patriæq; ruina, Penates omnes, totam uniuersamque familiam secum trahat necesse est. Sed quid hæc ego ineptus nequidquam? quorsum hæc, patriæ salutem parentum scilicet saluti præferendam connotare? Cuius quippe tanta uis est, quantum totius mundi Quiritum Principes inuictissimi etiam salutis, uitæ suæ dispendio testari contenderint; Quid ego Curtium memorem? qui animi generisque nobilissimus adolescens, militaribus insignibus ornatus equum conscendit, eumque admotis acriter calcaribus præcipitem in profundum telluris Romanę hiatum adegit; quidquid igitur pro patria in animo clausum habebat, vitæ suę impendio egregiè demonstrauit. Quid de tribus Deciis? quorum pater primus, cum bello Latino Romanorum aciem inclinatam penè iam & prostratam uideret, caput suum

pro

pro Reip. salute deuouit; ex cuius etenim cum sanguine uulneribus inter medios hostes insperata victoria emersit fœliciter. Plinius Secũdus, bello Hettusco tãti patris exemplar secutus, simili deuotione, æquè strenua pugna, exituq; consentaneo, labantes, perditasq; Vrbis Romæ vires instaurauit. Tertius autẽ nepos, qui bello Pyrrhi (ceu docet Cic. in Tuscu.) pro pari amoris sui, vel potius pietatis erga patriam ostentatione, prædam sese hostibus obiecit. Quid de Scip. & Q. F. Max. quorum alter pugnando audacterq; dimicando, alter verò cunctando perditam restituit rem, vt Ennius stipulatur. Verùm quid plura? si.n. gradatim descenderem, vespertina regio iam profectò tepesceret? Quidni igitur & pietatem cum his omnibus incredibilem meam, qua cum patria deuinctus sum, omnibus hodie longis characteribus adaperiã? O Salue, ò igitur Salue patria, omni rerum copia, super omnes amplissima, insignisq; frumenti Emporio vbiq; famosissima gentium, quatuor balnearum, aquarumq; scaturiginibus, nec non æstuarijs Diui Calogeri numine saluberrimis, arcanisque naturæ mysterijs (ut etiam Fazellus facundissimus habet) celeberrima: in his.n. locis ex omni fermè Siciliæ morbo aliquo afflicti præsentaneũ experiuntur remediũ. Velim igitur, ut quem ò dignissima patria inter cunas uagientem tuas, primaq; nutricis tuæ ubera lactentem tecũ habuisti; quemq; equitantem in arundine longa seruasti, quemq; sano bonarum disciplinarum (absit arrogantia) dogmate, quantum satis fuit, propter huius uitæ diuersa incommoda, imbutum, æquè carum, atq; dulcissimum filium habuisti; Eius inquam, eius munera qualiacunque fuerint, inter ciuium facinora gestaq; insignia tuorũ admittenda, accipe. Nam etsi hęc perparua munuscula utiq; complacuisse cognouero; plaulò maiora posthàc offerre studebo. benè vale, vniuersa Saccensis respu. Meq; ab inuidorũ maleuolorumq; linguis ultrix acerrima diu serua.

Iam propè patrium litus aderat, Iamq; ingenij nostri modicitas terræ aduare videbatur, nisi quid reliquum esset temporis ad hanc prouincialem molestiam absoluendam; quoniam igitur omnia æqua ꝓportione metiri aggressi

gressi visi sumus, & testatum etiam uelim parua Chelys de Patronymicis quid pariter sentiamus, in eo igitur principium hoc quoq; nostrum (Deo fauente) œliciter auspicamur. Nomẽ Patronimicum illud appellatur, authore Prisciano, quod à proprij tantũm Græcorum nominibus secundum formam græcam deducitur; quodq; cum genitiuo primitiui filios, aut filias dicit. ut Priamides, i. filius Priami. Priamis, i. filia Priami. At dices lector candidissime, quare Patronymica à patrum solùm nominibus deriuari edoces? Hoc, ni me mea fallit opinio, ab interpretatione huius nominis Patronimici fieri perspicuum est; ea .n. hæc est, nam Patronymicum dictum censent à, po, tu, patros; quod à patre sonat, & ab onoma, quod est nomen; dicitur igitur Patronymicum, quasi nomen à patre dũctum. Dixti & onoma, patronymicum fieri; proprior literatura fieri patronymicũ, quàm patronimicum, quia ab eo, quod est onoma, non onyma, est. Respondent Græcas literas callentes, quòd ab onoma composita primum omicron idest o, paruum (authore Cleonardo) in ω, omega, quod est (eodem authore) ò magnum; secundum uerò, o, in Y, i. Hypsilon, ueluti est in synonymum, commutant nimirum. fit ergo à patre, & onoma, o, primo in ω, & o, secundo, in y, mutato, quasi onyma, diciturq́ue patronimicum. Latini verò non imbuti literarum græcarum institutione ferè ulla secus responderent; Dicunt enim patronimicum saltem Euphoniæ, quod est melioris gratia soni, dici, o in y, uariata. hoc, nomen patronymicũ hẽt.

Patronymicum autem inuentum est à poetis (teste Lancilotto) ornatus gratia, ac metri necessitate, magisq; græcis (nam illi inuentores) quàm latinis congruit; apud quos exceptis pauculis raro in usu sunt patronimica, ceu Romulides, Scipiades, Iliades, & id genus ferè nulla. Nõ sunt igitur audiendi pædagogi, qui dicunt Petrides, Martinides, Ioannides, Ciceronides, cum Antoniades: Sunt profectò Triuialium deliramenta magistrorum potius nulli carmini decorem atque cum venere maiestatem ferme nullam afferentia. Adde (ceu idem author hẽt) q̃ minime ponẽda cõnumerãdaq; sunt inter ipsa patronimica, si

usum

nium authorum nimirum percunctaberis. vnde Quintilianus lib.8. inquit, Pueros doceri sinimus Poeticæ lectionis gratia; Nec docebimus Patronymica per Catholicam, nisi quæ Poetæ ueré posuerunt. Sicut est Herculides, Numades, Saturnides, & similia, quæ inaudita sunt, nec usa Poetarum resonantia. At uerò si secus legi cōtingit apud Poetas, uel Historicos, nihil ad rem nostram: nos enim, Lector candidissime, de frequētiori loquimur usu; aliis alia omittentes.

Pendeo animi, Nam cùm uterque parens concurrant ad filij, uel filiæ generationem, cur à patre magis, quàm à matre patronymicum sibi nomen uendicat? Respondeo iuxtà uulgatissimam omnium fermè sententiam; Quoniam denominatio à præstantiori, nobiliori, digniorique fieri perhibetur; pater etenim tanquam præstantior, nobilior, ac dignior, longè perfectior matre est, cùm in ipsa generatione se habeat ut forma; mater uerò ceu ignobilior, ac imperfectior se habet per modum materiæ: nōne formæ materia cedit? Hac ergo caussa patronymicum patris non matris sibi nomen asciuit. Nam per formam materia informis omnique forma uidua, suum habet esse.

Ac rursus, Patronymicum nullum patris, aut matris significatum habet, nisi filii, aut filiæ. Ceu Priamides, uel Priamis, non pater, aut mater Priami; sed filius, uel Priami filia, hoc est. unde à patre magis, quàm à filio, aut à filia deductum nomen habet? Respondeo: Pater est caussa filii, sicut ipsa sui effectus caussa est. filius etenim patris est effectus: Quoniam autem generans generatum, caussaque naturaliter effectum præcedit; Hinc liber (ceu Grāmaticorum totius latinitatis Respu. tenet) itaque patronymicum à patre tanquam à caussa, non à filio uelut ab effectu, denominatur.

Patronymici genus duplex, Masculinum scilicet, & fœmininum. Qualia hæc; Priamides. Priami filius; Priamis, Priami filia; neutrum uerò genus nequaquam admittit: At dices, quamobrem? Patronymica nimirū generationem quandam exprimere, quem præterit? in

ea

ea enim, aut marem, aut fœminam importat rerum natura; fit autem generatio ex quibusdam (teste Naturantiū turba) actionis, uel passionis proprietatibus; unde tum masculini, tum fœminini genus deducitur. Neutrum genus cùm sit modus significandi sub ratione priuationis utriusque proprietatis actionis, scilicet & passionis, signum potiùs à priuatione acceptum appellem, ut neutrum, idem sit, genus, quasi nullum genus; hoc secundum naturam & benè: secus secundum artem; quæ plura præter hæc tria, excudit: quale commune, omne, Epicœnum. Patronymica autem generationem important, quæ secū dum naturam tantùm fit; genere ergo neutro uiduū est.

Nunc autem de tribus patronymicorum accidentibus meminisse necesse est. Sunt autem, Deriuatio, Terminatio, & forma. Deriuatio patronymici (ut aiunt) qualitas est, quæ originem sui ostendit. Nam patronymica à genitiuo primitiui proprii noīs patrū deriuantur. ut à Priamo, Priamides, idest Hector Priami filius. alia sunt patronymica, quæ aliter multò quàm à nomine patrum deriuantur, sicut, studiose Lector, apud authores quàm sæpissimè leges; hæc enim sequens omnia concinet pagella. Terminatio, qualitas est, quæ uocem ostendit patronymici; est autem bipartita. Nam aut masculina, aut fœminina patronymica sunt. Masculina apud Græcos tres habere terminationes, in des, in adios, & in ion, Aldina institutio docet. Masculina nanque in des, terminata, uelut, ut Atrides, communia sunt (authore Aldo) apud Græcos, non autem apud nos; qua sola, quæ communis est terminatio, Latini Poetæ, nosque utimur, Altera uerò in Adios, qua nostri non utuntur, Ionica, ut Hyrtadios, Hyrtæ filius. Tertia in Ion, ut Pelion, pro Pelides, qua nec nostri pariter utuntur, Aeolica est terminatio. Græci etenim habent quinque linguas, Communem scilicet, Ionicam, Doricam, Atticam, & Aeolicam; quarum tantū unā pati licet. primam in patronymicis inflectendis. Pro qua etiam Romani (authore Prisciano) cognominibus familiarum utuntur. Ceu, Cornelii, Marcelli, Cæsares; Omnes enim ab illo, qui primus Cornelius, qui

primus

primus Marcellus, quique primus appellatus est Cæsar, hoc nomen habuerũt quicunque eiusdem familiæ sunt. sicut omnes minores Thesei, Thesidas Græci appellarũt. Quos solent imitari Poetæ etiam nostri, Vnde Verg. secũdum formam Græcam, Scipiadas dixit ἀπὸ τῦ σκιπίωνος cùm Scipionides dicere debuit. Inueniuntur etiam quæ nomina, forma patronymica, denominatione denominatiua, ut Euripidas proprium, non Euripi filius est; sed ab Euripo. i. canali (ut ait Scop.) & aquarum aliunde ductarum, inq; sublime salientium ductu nominatus. legũtur similiter quædam nomina, quæ patronymica, & propria sunt. ut Heraclydes. Sicut etiam Iulianus, & possessiuum esse potest, & proprium. Euripiades inde dictum uult Priscianus, ꝙ eo natus est die, quo Athenienses cum Persis in Euripo bellum commiserunt. est igitur Euripides proprium Poetæ Tragici. Similiter & Thucydides. Sunt autem alia, quæ cùm sint patronymica, in aliis propria accipiuntur, ut Timarchides, Timarchi filius est, Timarchides nomen proprium. Magnus etenim adiectiuum est, & proprium. Necnon & possessiua in nus, & in ius, loco patronymicorum inueniuntur apud Latinos usurpata. ut Aemilianus Scipio, pro Aemilij filius. Octauianus Cæsar, pro Octauij filius. Saturnia Iuno, pro Saturni filia. Cassandra Priameia, pro Priami filia, & id genus sexcenta. Plerunque contrà fit. Ouid. Met. lib. 1. Ludere sæpe solebat Inachiodas ripas, pro Inachias. uerùm genus hoc, quàm quod rarissimum est. Patronymica fœminina apud Græcos, quatenus ab Aldina præceptione excerpimus, tres terminationes habent, in as, in is, & in ne, productã; quæ similiter in nos quoq; migrant, ut in loco suo inferius subscribemus. Tertium accidens patronymici, nam inde pro diuinius, forma est. Ea enim modus est, quo patronymica à primitiuis descendunt. est autem duplex forma, una accidentalis, uel extrinseca, essentialis uel intrinseca altera. Accidentalis est, desinentia uocis patronymici quadruplex in des, in as, in is, & in ne; de qua satis abũdè dictum est. Essentialis uerò forma coincidens quodam modo est cum eorum significatione duplex naturaliter

comple-

complectitur genus masculinum 1.& fœmininum: atque hæc hactenus de accidentibus; gradatim ad formationē patronymici properemus.

Patronymica masculina emanant à propriis Græcorū nominibus primæ, secundæ, atque tertiæ inflexionis. Quarta enim, & quinta declinatio cùm nulla uirorum propria habeant, utraque uidua, atque patronymicis cassa est. At quomodo formantur? Ita, Si primitiuum primam declinationem seruat, fiunt patronymica à Genitiuo singulari, ultima litera æ, in A, mutata breuem, & additur, des, ut Aeneas, Aeneæ, Aeneades. Pelias, peliæ, Peliades. Inuenitur etiam Aeneides, sed à nomine Aeneus; Anchises, Laertes, Corinetes, & si qua id genus sunt regulariter Anchisades, Laertades, & Corinetades haberent. Vsus tamen obtinuit cum interpositione literæ i, Anchisiades, Laertiades, atque Corinetides, pro Corinetades, a, in i, uariata. Quasi à recto Anchisios, & Laertios, Anchisiades, & Laertades (authore Prisciano) Nunquam enim patronymicum superat primitiui sui genitiuum, nisi una tantum syllaba. Sin autem primitiuum secundi ordinis est, & Genitiuus in i, solùm desinit, fiunt patronymica Genitiuo addita des, Sicut, Priamus, Priami, Priamides, penul. cor Belus, Beli, Belides, eandem pro. Dardanus, Dardani, Dardanides. Si uerò alicuius proprij genitiuus in duo ii desinet, tunc posterius i, uertitur in a, & addita des, formantur patronymica, ut Menetius, Menetii, Menetiades. Si quæ autem in genitiuo habent ei, ultimas syllabas, mutata ei, in i, longum faciunt patronymicum addita des, ut Theseus, ei, Peleus, ei. Egeus, ei. Thesides, Pelides, Egides, habent. Si primitiuum tertii fuerit declinatus, in casu Genitiuo eiusdem numeri inter uocalem ultimam i, & ultimam literam s, interposita de, fiunt patronymica. ut Nestor, Nestoris, Nestori, de, s, habet Nestorides, sic Antenor, Antenoris, Antenorides. Hector, Hectoris, Hectorides. longè errat nostra censura Pharaonius, Plazo, & cæteri eundem secuti errorem, asserentes in tertia declinatione formari patronymica à casu datiuo, cùm solus genitiuus dictus à gi

guendo

gnendo generationem importet. Cæterùm Poetæ (qui... bus ceu pictoribus semper audendi fuit æqua potestas) in hac patronymici forma masculini triplicem, ut eorum habet lectio, abusionem admittunt. Aliàs literarum ad ditione. ut Atlantiades, pro Atlantides. Aeoliades, pro Aeolides. Amphitryoniades, pro Amphitryonides. & ea quæ supra diximus fieri literarum additione, ut Anchi siades, & Laertiades. Aliàs, literarum diminutione. ut Scipiades pro Scipionides, quanquam sit latinum, uti mur autem simul, ac primitiuo. Deucalides, pro Deu calionides. Alias, literarum mutatione, ut pro Tidides Titides aiunt, uel potius euphoniæ gratia mutat d, in t, addunt, demunt, mutantque uel ornatus gratia, uel po tius pro metri exigentia atque necessitate, Author est Priscianus, Honoratus Grammaticus, cæterorumque nu merus ingens.

Patronymicum fœmininum, uel in is, uel in as, uel ne, productam desinit; cadit autem à masculino in as; & à musculino a, ante s, habente; remota atque subtracta, de, ut Pelias à Peliades. Ilias ab Iliades. Caditque à mascu no habente i, correptam ante, des, subtracta, de; ut Priam des, Priamis. Sinautem masculinum habet i, longum an te, des, tum illud i, in ei, uertitur remota similiter, de, u Aenides, tanquam ab Aeneus (ut ait Phocas Grammati cus) æneis, Thesides, Theseis. sic Achilleis, Vlysseis: à no minatiuo Achilleus, Vlysseus. In ne uerò patronymica desinentia, pauca leguntur, atqui formantur à Genitiuo secundæ declinationis addita ne, ultima syllaba. ceu hæc tria. Adrastus, Adrasti, Adrastine; sin Genitiuus definit in duplex ii, ultimum i, mutatur in o, longum, & accipit ne; ut Acrisius, Acrisij, Acrisione. sinautem Genitiuus pri mitiui in ei, desinit, mutatur ei, in i, longum addita, ne, ut Nereus, Nerei, Nerine. per figuram synæresim. Patrony mica (quoniam non habent formationum certas regu las) pro metri igitur ratione formantur, eam ob rem non satis catholicæ dari solent, cùm igitur patronymica co minibus tantum inseruiant, in soluta oratione nullis... astricta numeris uti nefas supputarunt. Masculina patro nymica

nymica in es cùm solùm uiros adsignificent, sunt omnia primæ declinationis, & inflectuntur, sicut Anchises in singulari, ut Anchises, Anchisæ. in plurali uerò numero sicut Poetæ, at uerò genitiuus patitur syncopen, ut Cælicolæ, cælicolarum, & cælicolùm, quod in prima declinatione rarò contingit. Suntque substantiua. ut Anchisiades, & Priamides, filius Anchisæ Aeneas; Hector uerò Priami.

Patronymica fœminina in as, & in is, syllabas desinentia uariantur per omnia, sunt tertiæ inflexionis, inflectũtur, ut Pentecoste, & more Græcorum plerumque genitiuum singularem in dos, admittunt; & accusatiuum in a, accusatiuumque pluralem in as, desinentem. ut Pelias, Aetias, & Aeneis, dis, dos. ut Vlysseis, idest filia Peliæ, & Aetiæ. ut Vergilii de gestis Aeneæ Poesis. Homeri de gestis Vlyssis, atque Poesis.

Patronymica uerò fœminina tria in ne desinentia primæ sunt declinationis, ut Penelope, Penelopes, accusatiuum in em, & in en, cæteros in e, formant omnes. genitiuum pluralem in on, accusatiuum uerò in as, & es, habẽt flexum, cæteros ni Grammaticorum fallit censura, sicut Musæ uariant, priora autem cum Matres pluralem habent; Cæterùm ut Tyrones plenius percipere ualeant, quibus tantùm (Deus mihi testis) prodesse semper intendi: utque longus inquisitionis labor absit, præcipuè neu præceptoris aures crebrò increpent, iuxta Latinorum declinationem pro turba minuta, ita hæc omnia flexi.

Nominatiuo hic Priamides, filius Priami. Genitiuo huius Priamidæ, Datiuo huic Priamidæ. Accusatiuo hũc Priamidem, & Priamidan. Vocatiuo ò Priamide, uel Priameda, Ablatiuo ab hoc Priamida, uel Priamide. Et pluraliter. Nominatiuo hi Priamidæ, Genitiuo horum Priamidarum, uel Priamidum. Datiuo his Priamidis. Accusatiuo hos Priamidas, Vocatiuo ò Priamidæ, Ablatiuo ab his Priamidis. Hanc formam habet Aeacides, Pelides, Anchisiades, Aeneades, Hectorides, Atlantides, Thesides, Achilliades, & quotquot masc. sunt gen.

Nominatiuo hæc Ilias, Homeri poesis. Genitiuo hu-

ius,Iliadis,uel Iliados.Datiuo huic Iliadi. Accusatiuo hanc Iliadem,& Iliada. Vocatiuo ò Ilias. Ablatiuo ab hac Iliade.Et plural.Nominatiuo hæ Iliades. Genitiuo harum Iliadum. Datiuo his Iliadibus. Accusatiuo has Iliades. Vocatiuo ò Iliades.Ablatiuo ab his Iliadibus.& id genus.

Nominatiuo Aeneis,Vergilii Poesis. Genitiuo huius Aeneidis,& Aeneidos. Datiuo huic Aeneidi. Accusatiuo hanc Aeneidem,uel Aeneida.Vocatiuo ò Aeneis.Ablatiuo ab hac Aeneide. Et plur. Nominatiuo hæ Aeneides. Genitiuo harum Aeneidum,Datiuo his Aeneidibus, Accusatiuo has Aeneides. Vocatiuo ò Aeneides. Ablatiuo ab his Aeneidibus.hanc formam seruant Vlysseis, Achilleis, Priamis, Androgeis,os. Metamorphosis,formarum Poesis.

Nominatiuo hæc Adrastine,Nerine,Acrisione.Genitiuo huius Adrastines,Nerines,Acrisiones. Datiuo huic Adrastine,Nerine,Acrisione. Accusatiuo,hanc Adrastinen,Nerinen,Acrisionen,Vocatiuo ò Adrastine,Nerine, Acrisione. Ablatiuo ab hac Adrastine,Nerine, Acrisione. Et plur.nominatiuo in ne,Genitiuo in non, Datiuo in is,Accusatiuo in es,Vocatiuo in ne, Ablatiuo in is.hæc autem satis abundè,

Pendet animus super hæc ultrocitroq; flexus;Nã Propria uirorum carent plurali numero: quidni patronymica,quæ inde deriuantur,eandem normam seruent? Verũ est rõne primitiui plurali patronymica numero uidua fore:sed nouę compositionis rõneq; generationis,quàm multiplicem habent,pluralem sibi numerum uẽdicant. Priamides,uel Priamidæ,hoc.n.multis congruit,nonne plures Priami fuere filii,filiæq;?patronymicum ergo singulariter tantum flecti ne putes.

Prætereà à noïe tantum proprio patronymica formari superior probat instituitq; præceptio; proinde à pronomine,uel à participio propria qualitate carentib. patronymica primi artis inuentores nulla inflexere deducta. Præter ornatum commoditatemq, breuitate præstant patronymica,breuius enim per patronymicum loqui contingit,

tingit, quàm per genitiuum primitiui: nonne breuius Priamides, quàm Priami filius? nec ab arte remouendum quod plura comprehendat, tanquam æquiuocum; patronymicum una eademque ratione filium, atque filiam, & quidem uniuocè adsignificat.

Priamides] filius, uel nepos Priami, authore Diomede, uel potius abusiuè. Aeneades] Aeneæ filius. Hectorides] filius Hectoris, uel nepos. Anchisiades] filius, & Anchisæ nepos. Vlyssiades] filius, aut nepos Vlyssis. Achilleides] filius, aut nepos Achillis. Laertiades] filius, uel nepos Laertæ. Pelides] filius, aut nepos Pelei. Thesides] filius, uel nepos Thesei. Egides] filius, aut nepos Egei. Menetiades] filius, uel nepos Menetii. Belides] filius, uel nepos Beli. Aeacides] filius, uel nepos Aeaci. Atlantides] uel Atlantiades] nepos Atlantis. Atrides] filius, uel nepos Atrei. Actorides] Patroclus nepos Actoris. Nestorides] filius, uel nepos Nestoris. Antenorides] filius, uel nepos, & gens Antenoris. Coronides] pe. pro. filius, uel nepos Coronei. Aristides] Actæon Aristei filius. Aloides] Othus, uel Ephialtes gygantes filii saltem putatiui Aloei. Sic Priamis] filia, uel neptis Priami. Aeneis] Vergilii de gestis Aeneæ Poesis. uel filia, aut neptis Aeneæ. Ilias, dos.] Poesis Homeri. Odysseis, dos] Homeri Poesis. Metamorphosis, os] Nasonis transformationum Poesis. Theseis, dos] filia, uel neptis, uel fabula Thesei. Bryseis, dos] filia Brysei. Androgeis, geos] filia, uel neptis Androgei. Adrastine, es] idest Argia, uel Deiphile, Adrasti filia. Nam Adrastus duas habuit filias. Nerine, nes] idest Cymothoe Nympha Maris Nerei filia. Acrisione, nes] idest Danae Acrisij filia. inde Acrisionæus possessiuum teste Prisciano. Vergil. Acrisionæus Danae fundasse colonis. licèt Seruius patronymicum esse contendit. uberiora apud Poetas, candide Lector, exemplaria inuenias.

Formantur præterea patronymica abusiuè, & à nominibus matrum: ut Iliades, id est Romulus, uel Remus urbis Romæ conditores, Iliæ uterque filius. Maiades] Mercurius Maiæ filius. Phillyrides] idest Chiron

Chiron Centaurus Phillyre filius. à nominibus fratrum, ut Phaethontias] idest Lampetie soror Phaethontis. Phoronis, dis, uel dos] idest Io soror Phoronei. A nominibus Regum, ut Romulidæ, idest Romani à Romulo Rege. Cecropidæ] Athenienses, à Rege Cecrope. Thesidæ] Athenienses, à Rege Theseo. Arsacidæ] Parthi à Rege Arsace. Dardanidæ] Troiani, à Rege Dardano. Laomedontiadæ] Troiani à Rege Laomedonte. A nominibus filiorum fiunt quoque patronymica abusiua. ut Meleagris] idest Altea Meleagri mater. A nominibus maritorum. ut Menelais] idest Helena Menelai uxor. A nominibus Deorum. ut Phæbas] Phębi sacerdos. A nominibus urbium. Gentium, atque regionum. ut Colchis] Medea Regina Colchorum. Thessalis] quæ ex Thessalia est. Thoas, dos] quæ ex Troia est. Sicelis, dos] è Sicilia, ceu Musæ Sicelidæ. Pannonis] de Pannonia. Ascis] Ab Asia. Thebais, dos] è Thebis. hinc atq; inde patronymica formari inueniet, qui penitissimos Poetarum locos rimatur. Ceu Latois] idest Diana filia Latonæ. Ouid. lib 7. Metam. Inde Calaureæ Latoidos aspicit arua. A Victrico, ut Amphytrioniades] idest Hercules, Amphitryonis priuignus. Vergil. lib 8. Interea cum iam stabulis saturata moueret. Amphitryoniades armenta, habitum pararet. Chelois] à flumine. Heliades] ab urbe Heli in Archadia. Pelias] à Monte Pelio, & accipitur pro Achillis hasta, quam ipse in monte Pelio fabricauerat. At uerò, ingeniose Lector, complura tum ab aliis, tum ex frequenti lectione deducta tibi reconde.

Aduerte huius pagellarum operis accuratissimè peruigil; a nominibus Latinis nisi profectò parcissimè patronymica formabis, & quidē in magno opere, ut Scipiadas. Memmiades, Petrides, ac Paulides, quæ penitus barbara peritiores supputant. Sed à purè Græcis; uel à nominibus illis, quæ Græcè, atque Latinè eundem fermè sonum, uel terminationem habent; qualia præfari sumus. Ideoque Saturnus, Iuppiter, Mars, sol, Mercurius, Neptunus, & similia: patronymica non patiuntur. quoniam penitus, ac omnino Latina sunt. hæc enim, & secundum uocem, sonum,

sonum,atque terminationem Græcè, longè differunt. Saturnus enim Græcè Chronos dicitur. Iuppiter, Zefs, Mars, Aris: Sol, Helios. Mercurius, Hermes. Neptunus uerò Posidon. In his igitur Poetæ possessiuis commodè utuntur. ut Iuno Saturnia. idest filia Saturni Iuno. Theseus, & Orpheus uerò, Antonius, Petrus, & Cicero, formant patronymica secundum triuiales: Græcè quoniam atque Latinè idem hæc nomina sonant, ut Orpheus. Græcè Orphefs, genitiuo Orpheos. Antonius Latinè, Græcè Antonios & Petrus, Petros. Cicero, Ciceron. Theseus, Thesefs. sed floccifacio.

Non profectò patiar illud iuuentuti ignotũ esse; accidentia quoque communia patronymicis contingere: ea autem quinque legi passim quem latet? Species putà, Genus, numerus, figura, cum casu. Signatè communia dixi accidentia, quòd à patronymico pluribus competere clarum est. Species igitur cùm sit accidens, authore Prisciano, uel qualitas, qua primitiuum à deriuatiuo discernitur, accidit patronymico deriuatiuè. Nam Hectorides, à à genitiuo Hectoris. figura, qualitas est, qua simplex à cõposito cognoscitur; Erunt ergo patronymica compositæ figuræ extrinsicè, atque secundum uocem, intrinsicè verò, ac secundum significatum simplicis atqui respectiuè; de genere non meminisse necesse est. Casus autem, atque numeri tot patronymicis contingunt; quot & ipsa nomina instructa profitemur.

Achille figliuolo di Peleo fu ammazzato da Paride figliuolo di Priamo, così narra l'opera di Vergilio: Pelides interemptus est à Priamide. sic Aeneis Vergiliana recenset.] Atteone figliuolo di Aristeo fu conuerso in Ceruo da Diana figliuola di Latona. Aristides in ceruum mutatus fuit à Latoide] Patroclo nepote di Attore fu ammazzato da Hettore figliuolo di Priamo. Actorides extinctus uulnere Priamidæ] Achille uinse molti della gente Troiana. Achilles superauit multos Troas.] Cecropidæ septena natorum corpora Minotauro tribuebant.] Anchisiades sublato parente fugit exul à patria.] Aeneades patrem sequebatur passibus non æquis] Menelais in-

 troductis

troductis geminis Atridis Priamidem interemit.] Phæbas aduentãte Deo furit.]Phaetontiades in populos, uel alnos mutatæ sunt]Colchis morti filios tradidit.]Dardanidæ miserè occubuere]Aeneas reliquit Didonem monitu Atlantiadæ] Amphitryoniades maximus Heros fuit] Meleagris filium impiè damnauit] Laomedontiadę decennali inuicti bello,unius dolo Sinonis defecerunt.] Musę Sicelides paulò maiora canunt.]Belides falsò Laertiadę crimine lapidibus obrutus periit.] Nerine naues Aeneæ detrudebat.] Dixi. Accipe igitur, accipe inquam Sacca,hoc munusculum quantillum est, tuę laudi, tuę glorię,tuęque magnificentię oblatum,atque dicatum:& cum eo,quidquid id est, omnia, quę in me sunt,operam, studium,diligentiam,consilium, atque cum fide syncera industriam: corpus,ac denique ipsum animum tuę libẽs amplitudini offero, quod unum me habeo, hoc tibi me unum dono,totum do,ac dedo.At si quid aliud mihi maius,aut illustrius extitisset, id omne in mei erga te pignus amoris,quàm libentissimè,multoque alacrius obtulissem. Verùm ut Artaxerxes, Rex Persarum pręstantissimus,dicere solitus traditur.Non Regale minus,atq; humanum est in ipso Imperatore & Rege, accipere parua munera,quàm ingentia elargiri: non equidem sum nescius ea esse te Patria animi amplitudine, ut longè maiora solita sis referre,quàm acceperis. qui enim largo dat, non dat(ut aiunt)sed fœnerat illi, Semina pauca iacit,cõmoda multa facit.& quis unquam,etiam ipsi Scipiones, atque Decij,Patrię tantum rependit,quantum inde accepit? non igitur hæc charta tuorum erga me meritorum compensatio est, sed pignus, pignus inquam amoris. Vale.

D. VITI CHIAPPISII, SACCENSIS,

Grammaticarum institutionum LIBER QVARTVSDECIMVS.

De Figuris.

HIc nunc ille dies iucundissimus fuit, iucũdissimus inquã fuit mihi hic ille dies, quo prodeat maiestate cœlesti suggerente, ac eius diuina pietate opitulante (cui immortales agere, & habere debemus gratias maximas, quandoquidem referre, nulla sit nobis relicta potestas) tam magnum, tam facile, tam dulce, tam suaue, tam amænum, tam insperatum, tam præstans, tam deniq; immortale, susceptũ hoc opus, ac resonet presbytero Philippo Mirtensi uagæ quõdam iuuentutis meæ Moderatori dignissimo; Exultemus igitur, ac seriò nobiscum congratulantes triumphemus, candidi Lectores, nec non undiq; gloriemur re tam bene, tam fauste, tam auspicato, tamque gesta fœliciter; uenit enim post multas una cupita dies, quando tot huiusce uiri merita recensenda mihi forent. Sed heu me, quoties nimirum repeto ego ipse mecum, quanto curarum aceruo, ac inexplicabili laborum mole, me authoritas tanti præceptoris amplissima humeros summitrere coegit; Non est quin mens stupore iaceat concussa, omnisque in corpore uirtus uacillet; Maximè cum mihi ego ipse conscius, ingenium, uiresque meas ad tam præclaram

suauem, atque imparem humeris meis prouinciam im positam, minime comprænhendo, sufficere: nemo quip pe sanæ mentis ignorat maxime ad eam opus esse in genio, ubi tot inter doctissimi lectoris præclaros mo res, interque animi dotes nobilissimas; Cuius quippe sa pientiam, prudentiam, atq; cum syncera animi probitate scientiā tota stupet, admiraturq; Trinacria, uersari opor tet. Verum quænam ingenii magnitudo concipere? quæ elegantia linguæ explicare? quæue quantumlibet cōposi ta, aut longa oratio maximas latinitatis, uirtutumq; lau des non solum amplecti, sed uix attingere leuiter queat? Quis profecto id, quod omni laudum genere præstantius est, satis laudare ualeat? Quis rem, quæ omnem præcellit ornatum, uerbis ualeat ornare? Nullum equidem lauda torem, nullamque laudem ad id satisfaciendum sufficere posse existimo. Sunt igitur laudum huiusce Doctoris præ conia silentio potius prætereunda, ne si rem adeo grandē & supra mei uires ingenii attentare uelim, in ipso cona tu succumbam. Nam & si ea huic uiro laus tribuēda esset quam uirtus eius atq; doctrina meretur, cedendum mihi nimirum esset ab oratione ac omnino supersedendum. Quoniam autem præter Deum, atq; parentes (teste Aristo tele) Magistro par gratia nec ulla quidem referri potest: ueritus non negligentiæ, sed ingratitudinis nomine ha beri quandoq; apud te suspectus, ex sinu ueteris mei erga te obsequii, licet id locorum interuallo pene obliuioni traditum uideatur, hic libellus literaturæ non uulgaris ad te properet uelim, ocyor euro: in memoriam eius, quæ à pueris fuit erga te mihi obedientia, repetens imperii quondam erga me tui cum benedictione argumentum. Tuo igitur auspicio, literarii ludi Rector ac moderator acerrime, nec non & authorum poetarumque explorator eruditissime, cui uiles ingenioli mei primitias, ut ei, un de effluxere, dictas egregie censui; ultimus bonarum lite rarum hic libellus prodeat. Vnum oro, Chærilos, Bauios, Crispinos, & alios id genus latratores (hi enim quidquid mihi obstrepunt, id quoque tibi) Incuruo grauitatis tuæ baculo procul expelle. Vale decus omne meum.

Iam

Iam tandem, parue liber, Italiæ fugientis prendimus oras, Hic Lydius arra Inter opima uirum, leni fluit agmi ne Tybris. Hic hic res lætæ, regnumque, & laurea regni Parta tibi, lachrymas tātorum pelle laborum. Inuenimus ducente Deo flammam, inter & hostes, Sedibus in patriis hostia curua maris. Nec pelago suadente etiam hinc reti nacula solues, Hic amor, hic patria, hic semper sistere da tur. Verum priusquam tensis carbasis tuta subintus ostia portus, paululum quiddam nec obliterandum occurrit; at quia nulla datur ultra potestas, iamiam uocem tot lon go periculorum ordine imis hæsisse faucibus putem: quo ue figurarum libelli aptior, ac dignior præmitti possit præfatio, utque hæc altiore condiretur sale; ante omnia fauorem cœlestem comprecantes; diuinum auxilium sic cum Salomone inuocemus. Da mihi domine sedium tua rum assestricem sapientiam, mitte illam de sede magnitu dinis tuæ, ut mecum sit, & mecum laboret. hæc ille. Miraberis præceptor eruditissime, qui post Vallensem ac Mancinellum de figuris quid adiicere ausim ego ipse omniū minimus: hi enim tam docte scripsere de figuris, tam exa cte, tam abunde, tamque ample, ut ultra maior cuiquam potestas ne detur, nec quid quisquam post eos supputet, subiiciatque necesse sit. in his enim neruos suos intendētes super quam cuiquam credibile sit, tradidere profecto Principes uno comitati Quintiliano, nec non & latinitatis magistro Cicerone pleraque digna scitu, dignaque ob seruatur. uerum quia altiori quodam stylo natu quasi pro maioribus laborantes processere, apprime utile censui, (quando non parui ora nobis poderis inuestiganda atq; diiudicādi reliquere) de reliquiis eorū (ceu Maro de ster core Ennii, sales suauissimos, fulgentissimas margaritas, floresque amœnissimos pro minoribus natu colligere; atque eo adeo ea, quæ mirabilem quandam, & liberam, ac uatiam sententiarum grauitatem ad omnem orationem agendam atque exornandam habere conspicio. In tuo igi tur sinu, parue Liber, sic sententiarum copia exuberet, ut tecum sit quid bonas instructi literas comedāt, abundēt, & quod paruuli sugant. Insitque lactis potus uiuci, quo tenera

tenera nutriatur ac mollis infantiæ;sitq; simul solidis ci bus, quo robusta perfectorũ iuuentus, oĩum uirtutum,re rum,ac sententiarum accipiat incrementa: Talis deniq; Parue liber,odor deliciarum tuarum super omnia aroma ta ubique fragret,ut omnibus uirtutum sis excitatio; bonarum artium commentatio;sisque puerorum inductio, adolescentiæ confortatio,iuuenum persuasio, atque præceptoris tui insignis magnificatio.

Figurę(his enim ornata,sparsa,ac uariata oratio,uenu stior,cultior,ac lepidior fit;ac auditorum auribus magis arridens,dalicias profitetur sententiarum)tanti,omnium fere iudicio,sunt momenti,ut de his pater linguæ Latinę Cicero,cum FabioQuintiliano plura & memoratu quidẽ digna longis moris disseruerint. Admonet autem sic Cicero de figuris in libr.Decla. Fides, grauitas ac seueritas oratoris minuitur,his exornationibus frequẽter colloca tis,& non modo tollitur authoritas dicendi,sed etiam offenditur in eiusmodi oratione auditor;si tamen inspergimus rarò, & in tota caussa uarie dispergimus,commode luminibus distinctis uariabimus orationem. His etiam non poema modo,sed oratio etiam ornatur.Alibi Cicero cum Quintiliano tradit de figuris. Hæc lumina orationis,uelut oculos quosdam esse eloquentiæ credo;sed neque oculos esse in toto corpore uelim,ne cætera membra suum perdant officium.Hæc illi.Nostra uero inquit censura,figuræ sunt igitur uelut flores uariantium colorum in mediis oleribus,quibus si rarò ac uariè disperguntur, amænissimum est;sinautem penitus confundentur, in decorum habent,nec iuuat usque uideri,tanquam unus,aut alter næuulus in pulchra facie figura, Gręcè schema dici tur:id autẽ sonat interpretatum, habitus,forma,cultus,figura,siue ornatus; quod eo quodammodo uestitur Oratio, iuxta Tullianum. Schema enim quæ Græcè uocant, ea maxime ornant Oratorem, eaque non tam uerbis pingendis pondus habent, quam in illuminandis sententiis. Et est conformatio quædam uel dictionis, uel orationis, uel sententiæ, uulgi consuetudinem excedens.

Sint

Sint igitur nostra traditione figuræ, flosculi quidam orationis à consueto loquendi usu recedentes; uel habitus figura sit præter communem uulgi consuetudinem innouatus. quod Quintil. lib. 9. confirmat. Figura est (inquit) sicut ipso quoque nomine patet, conformatio quædam orationis remota à communi. Et primum se offeren te ratione, id est modo loquēdi. Estque figura (ut idem ait) arte aliqua nouata forma dicendi. Et dicitur à fingendo idest formando, quod nouum fingat, formetque modum dicendi. At uerò ut perfectius clariusq; rem accipias, hæc quoque habe. Figura, quam uulgus appellat ubique uitium, est apparens quædam incongruitas dicendi, usu, authorum approbata ratione, uetustate, aut consuetudine (teste Fabio) excusabilis. Si quidem omnis huiusmodi figuratus sermo, nec merè congruus, nec merè incōgruus est; sed mixtus, & solæcismi quandam ueluti speciem ita præ se ferens, ut eo sublato figuratus sermo unde sit amplius non habet. Illud tamen præ omnibus nota, figuram, uitium dici, cum ratione inquam factum, quod ratione quadam defenditur. Non ergo figurate dices, uideo Petrus: nulla etenim defendendi militat ratio.

Diuiditur autem figura bifariam: Sunt igitur figuræ aliæ Dianæas, idest sententiæ. Aliæ uero Lexeos figuræ sunt. idest dictionis. Primum genus seueritate, grauitateque sententiarum onustum Grammatici facultatem excedit, oratori id figuratum genus prætermittamus Rhetoricum: Alterum uero genus, Grammaticum est. Figuræ Lexeos subdiuiduntur trifariam. Alię enim sunt constructionis, Alię dictionis, Alię elocutionis, uel sententiarum. Quoniam figuratus sermo omnis uersatur aut in structuris, quod est constructionis partium orationis, Aut in uerbis, quod est dictionis, aut in sensibus, quod elocutionis, uel sententiarum est. Primum subdiuisionis membrum proprie ad Grammaticos pertinet, quorum munus circa structuram partium orationis uersatur.

Secundum, quod est dictionis, ad poetas. Tertium con-

conturbarent puerorum, tria potissimum collegi genera. Figurarum igitur aliæ erunt Dianæos, Aliæ Lexeos. Aliæ uerò Syntaxeos. Itaq; omnibus aliis omissis, Octo illas, quæ Syntaxeos dictitantur, longè latèque explicaturi sumus. Nam de omnibus hic scribere, ceu propositi nō est nostri, consultius fususque quoddam opus per se res ipsa desiderat. Verùm de his, quas Lexeos dixi, pro temporis opportunitate, quandoquidem & hæ extra modos fi- nesque Grammatices penitus non sunt, summatim fortè disseremus. Pleriq; plures octo Syntaxeos figuras asserere conantur. Nos autem omissa desperata Grammaticorum sententia, medium tenētes, eas tantùm enucleabimus, in quibus est aliquod apparens vitium, uel congruitas, at aliqua excusabilis ratione; easque, quas de constructione uetustiores, recentioresque & nati natorum, & qui nascentur ab illis (sic puto) appellabunt. Sunt igitur figuræ syntaxeos, uel constructionis octo. scilicet. Euocatio. Appositio. Prolepsis. Zeugma. Synechdoche. Synthesis. Syllepsis. Antiptosis. Verùm quo incepimus ordine, eodem quoque sequamur. da ergo regulam Euocationis primùm. Maximè do, quam ex Despauterii syntaxi accepi.

Si ternam primæ des, totum fit tibi primæ.
Sique secundæ des ternam, totum esto secundæ.
Pauper ego canto: Luca vir maximus audi.

Notum est in Grammaticorum Repub. Quatuor hæc, ego, & nos; Tu, & uos, rectos tertiæ personæ ad uerbum primę, uel secundę personæ reducere. Sensus est igitur. Quando primæ, uel secundæ personæ tertiam immediatè connectes: tunc tota oratio, aut primæ, aut secundæ erit personæ. Ea est euocatio. Ideo uerbum primæ, uel secundę similiter esto. Exemplum. Ego pauper canto. Tu diues meditaris. Quid immediatè dixti? Quia nulla poterit interuenire coniunctio, personę etenim in euocatione ad eandem rem pertinent, ut ego pauper: At uerò posset intercedere coniunctio, ubi duę tertiæ personę uni primę, uel secundæ adhærerent. ut ego pauper, & indoctus nescio quomodo mihi uictum comparabo. pauper, & indoctus

doctus duę sunt tertiæ uni primæ (ego) connexę. Tu diues, & doctus familiam tuam nobilitasti: Hic duæ tertiæ uni secundæ connectuntur. Euocatio, quam Ecclesiã Græci dictitant, quid est? Est continua, uel immediata, tertiæ personæ ad primam, uel ad secundam, reductio. Vel est immediata reductio, uel reflexio tertiæ personæ, per pronomen primæ, uel secũdæ personæ ad uerbum pariter primæ, uel personæ secundæ, cum elegantia. Vt ego magister lego. Hic (magister) tertia persona reducitur continuè ad primam personam (ego) uerbum enim primæ personæ est. Tu sacerdos oras. Hic secunda persona (tu) reducit trahitque ad se tertiam personam (sacerdos) quoniam uerbum secundæ personæ esse iam liquet. Fit ergo euocatio quoties prima, uel secunda persona euocat tertiam ad primam, uel personam secundam. vt ego Chiappisius scribo. Tu magister doces. Nos poetæ canimus. Vos Oratores dicitis. Hinc quoque patet, quòd prima, uel secunda persona est persona, uel dictio euocans, euocat enim tertiam. Tertia uerò eam ob rem persona, uel dictio euocata dicitur, quia ad uerbum primæ, uel secundæ euocatur. Cur dixisti, continua, uel immediata reductio. Intellige absque ulla coniunctione intercedente. Placet sine controuersia ratio tua. Sed contra est illud Plautinum in Amphitrione. Nec lacte lacti est magis simile, quàm ille ego similis est mei. Oppositum habet, nam prima persona (ego) reducitur ad tertiam (ille) & uerbum quoque tertiæ personæ est. Non satis igitur militat Regula tua. Nota, Regula debet intelligi, quando prima, uel secunda persona per tertiam declaratur, & non contra. debet enim quædam fieri appositio, declararique per ens. Vt ego pauper sedeo; sic declara, ego ens pauper, uel qui sum pauper, ita ut prima, uel secunda præcedat, tertia usque sequente: in his igitur peccat authoritas Plautina. in ea enim neq; persona prima præcedit, neque per tertiam declaratur; hæc nanque præcedit. Idem hoc est. Alter ego me summè amat. Amicus alter ego est. Nullam ferè euocationis formam habent. Euocatio, est ne figura? Maximè. Quid

est

est figura? Est vitium aliqua excusatum ratione, uel Arte aliqua nouata dicendi forma. Ergo in euocatione est uitium, quod aliqua excusetur ratione, teste Nebrissense, Sulpitio, & multis aliis, qui ponunt uitium excusatum ratione in euocatione. Argumentor igitur ita. In euocatione verbum primæ, uel secundæ personæ suppositum habet tertiæ personæ: ergo aliquod uitium, uel improprietas. Ceu, ego Martinus canto. Verbum est primæ personæ, suppositum uerò, Rectus scilicet (Martinus) est tertiæ personæ. Ergo incongruitatem euocatio habet. Pro hoc nota ingeniose lector, ceu bellè Despauterius cum Martino respondet. In hoc themate, ego Martinus canto; Martinus, tantùm non est suppositum, sed totum hoc, scilicet, ego Martinus. Sic, ego Martinus, primæ est personæ per euocationis regulam. Namque si tertia persona iungitur primæ, uel secundæ personæ sine coniunctionis medio, tum tota oratio erit primæ, uel secundę, quia tertia, ut indignior, semper uocatur ab aliis. Secunda responsio potest hæc esse. Martinus in dicta oratione nullo prorsus modo tertiæ censetur personæ, sed primæ: quia eandem rem significat Martinus, quam ego. Sed tu tunc contra instas. si Martinus est primæ personæ. Ergo euocatio non est reductio tertiæ personæ ad primam, uel ad secundam. Mendosè (inquit idem Author) colligis. Nam Martinus priusquàm connecteretur primæ, uel secundę personæ, ac per se absque intellectu primæ (ego) iam erat tertiæ personæ; & tertia persona reducitur ad primam, uel ad secundam personam; præterea per hanc figuram, quæ fuit distinctè, ac per se tertiæ personæ, fit omnino primæ personæ, uel secundæ. Tertiò Dialecticus aliàs probaret, Martinus in hac oratione, ego Martinus canto, est primæ personę; Martinus nanque tantùm est subiectum hic, nam signa syncategoremata non sunt pars subiecti, à quo propositio denominetur quanta. Sicut, ego homo scribo. Martinus igitur primę personę esse claret: ratio, quia subiectum, & copula eiusdem esse personę debent. Vitium, uel (ut breuius om-

nia tractem) improprietas, ratione cuius euocatio est figura, in hoc sistit, quòd cum dico, Ego Petrus fleo. Petrus, quod alias erat nomen tertiæ personæ, & sic cedit pronomini primæ personæ (ego) quod uerbum huic primæ, non illi tertiæ respondet personæ. Excusatur autem hæc improprietas, quoniam uerbum semper dignio ti respondere debet. Prima enim persona ordine naturæ est secunda dignior, & hæc tertia. At uerò obiicias illud Maro. Aene. lib. 2. Nos pauidi trepidare metu. in hoc carmine est euocatio; & tamen prima persona (nos) non euocat tertiam ad uerbum primæ personæ. Nulla igitur regula. Dico autem iuxta prædicta, trepidare in eo carmine poni pro uerbo primæ personæ, trepidare, pro trepidabamus. Seu subintellige alterum uerbo primæ personæ, quod est cœpimus trepidare: igitur pro trepidare cœpimus. Hoc autem dicendi genus frequentatissimum apud Historicos, plerunque apud Oratores.

Dicto de euocatione, agamus de reliquis omnibus. Nunquid igitur constructionibus harum cæterarum figurarum (ut multi hactenus prodiderunt) aliquid inest uitii, quod excuset ratio? Dicam absurdum id esse profectò: uitium enim, aut quidquid tale est, ut uitetur, tantùm uerò abest ut constructiones huiusmodi uitentur, ut etiã in omni stylo non solùm latinè, & grãmaticè, sed & ornatè, & compendiosè & summopere imitandæ sint. Secus est de illis figuris, Barbarismus, & Solęcismus, & quibusdam aliis, quarum fœditas in primis euitanda est. Licèt constructionis figurarum elegantiores aliæ, aliæ uerò minus fortasse. Quot igitur harum sunt elegantes? Quinque: Cedo, Appositio. Euocatio. Conceptio. Prolepsis. Zeugma. De his si quæratur, sunt ne congruæ, Arbor Laurus, Ego Petrus doceo? ne more triuialium respondeas, sunt congruæ, non simpliciter, sed figuratè: nanq; non minus hæ orationes sub grammatica præceptiua censentur, atque hę, ego amo. Vir albus. Quot minus elegantes? Tres. Quæ? Synthesis. Synecdoche. Antiptosis. non nulli uerò conceptionem quoq; addunt; in his plerunq;

vitium

uitium est,uerum aliqua ratione excusatum, sunt autem
sub Grammatica permissiua: de quibus omnibus summa
tim differemus.

Sed eo rursus,unde digressi sumus. Quot sunt necessa
ria in hac figura euocatione? Quatuor. Quæ?Persona e
uocans(quæ semper est pronomen primæ,uel secundæ p
sonæ)persona euocata. (& est semper nominatiuus terti
personæ)Remotio,uel Absentia copulæ. uoco autem co
pulam,cõiunctionem,quæ copulat iungitque orationi
uerbum personæ conforme uocanti. ut ego Magister do
ceo. Tu discipulus discis. Nos magistri docemus. Vos di
scipuli disceitis.Ego est persona euocans, & nos Discipu
lus est persona uel dictio euocata & magister. Abest cop
la.Nanque,ego magister. Tu discipulus. Proprietas,ue
uerbum personę uocanti utique respondet. Lancilottu
alioqui uir doctissimus, obnunciat euocatione mõstr
ri fierique per secundam personam eo tamen modo, qu
nostra contingere profitetur censura. Cuius uerba hæc
sunt. Euocatio est,cum uocatur uis nominis per prono
men.Vt ego Lancilottus. In secunda autẽ persona,in qu
aberrant omnes triuialium regulæ,non fit hoc genus se
monis,non enim dicitur,tu Lancilottus scribis,sed sic:t
Lancilotte,& paulo inferius,si dices(inquit) tu præcepto
legis:non est uocatio. Hæc ille. Verum longe errat à re
ueritate;nam tu Lancilotte,iudicio meo non oratio est
gurata,sed uocatiua,in qua nulla est reductio tertiæ per
sonæ ad primam,uel ad secundam. Lancilotte enim sec
da est.Alia ratio,quare proprietas respondet dictioni uo
citanti,non autem uocatæ? Quia persona uel dictio euo
cans stat actiue,quia agit,hoc est uocat ad se tertiam, u
persona agens.Dictio uel persona euocata accipitur pas
siue,ceu patiens,quia semper agitur, hoc est uocatur ceu
seruatum à prima, tum etiam à secunda persona. Cum i
gitur prima,uel secunda semper agant uocitentque ad se
tertiam patientem, iure quoque sibi asciscunt uerbum,
nam uerbum est agentis proprietas, suum igitur agen
tis uerbum est.

Quare in euocatione abigi necessariò debet coniun-
ctio?

ctio? Hoc enim est, ut à sylepsi differat euocatio, in ea plura sunt copulata; ut loco suo dicetur. & licet in euocatione duæ sint personæ, quæ duo similiter constituerēt copulata, tamen in unam coeunt pronominum primæ, uel secundæ: quæ nomini sine coniunctionis nota præpositæ semper erunt. Si prædictorum memoriam omnium habes.

Nunquid dictio euocans, & dictio euocata possunt esse diuersorum numerorum? Possunt. Quot modis id contingit? Quatuor modis. Primo, ubi Quis de se pluraliter loquitur. Ceu, Nos Carolus diuina gratia Francorum Rex, mandamus. Nos Philippus Dei gratia Hyspanorum Rex. Nos Pontius Pilatus. Nos Aloysius Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus. Ita frequenter loquuntur Pontifices, Antistites, Reges, & cæteri Imperii summi Heroes, cùm nomina sua literis subscribunt. Censent cum Bebelio plerique huiusmodi orationes esse penitus ineptas. Tu autem neutiquàm ita loquere. Solent pariter sic loqui absque nos, cum uerbo solùm numeri pluralis Oratores, Poetæ, Historici arrogantiæ euitandæ caussa. Sæpius legisse memini apud Ciceronem. Secundò, vbi alterum plurali caret numero, uel saltem Heteroclitum est. Quale Ego deliciæ tuæ canto. Tu deliciæ meæ ludis. Ego reliquiæ tuæ supersum. Diligo te diuitias meas. Tu dæmon insidiæ meæ quæris, quem deuores. Ego homo deliciæ Domini sum. Tu primitiæ meæ lachrymas. Tertiò, ubi collectiuum nomen personæ uocatæ uicem gerit. Ceu, nos turba uenimus. Verg.
Nos tua ꝓgenies cœli, quibus annuis arcem, Prodimur. Ouid. lib. 7. Meta. Populus superamur ab uno uixq; uiro. ubi subauditur persona euocans (Nos) ut sit, Nos populus superamur. Plin. in præfa. Natu. Hist. Magna pars studiorum amœnitates quærimus: Construe, Nos magna pars. Quartò, ubi nomen distributiuum gerit uicem dictionis euocatæ. Quale illud Ouidianum. In magnis læsi rebus vterque sumus. Dictio agens uel euocans intelligitur (Nos) ut sit sensus. Nos uterque sumus læsi; nisi ordinare aliàs malis. Nos læsi sumus. Vterque in magnis

rebus subaudi læsus est. His igitur utranque personam diuersorum numerorum esse quatuor modis contingit.

Quotuplex est Euocatio? duplex est, Explicita, & implicita. Euocatio explicita quid est? Quãdo persona euocans, & persona euocata, ambæ explicantur. Vt ego pauper ludo. Ego Apollonius scribo. Tu Petrus ludis. Tu Cicero legis: ut Cicero sit rectus, non uocatiuus, siquidem nomini secundæ personæ pronomẽ eiusdem personæ frustrà præponeretur per figurã: tum etiam tertiæ nulla esset ad secundam reductio. Licet Lancilottus refragetur. Fit quoq; in sacris literis. Ecce ego Ioãnes uidi alterum Angelum. Ego Deus tuus uiuo. Ego dominus uiuere facio. Tit. Liu. Ab Vrb. Audi tu popule meus Albanus. Tu Apollonius audi, benè dixeris figuratè. Tu Apolloni audi, rectè, teste Prisciano, atqui nulla extat figura. Dic ergo p figuram. Defende me tu uir optimus. Defende me tu uir optime, bellè sed sine figura. Ibi, Noĩatiuus est propter pronomen tu, ut fiat reductio continua, & subauditur ens, ut sit sensus. Defende me tu, ens uir optimus. Tolle pronomen tu, & malè dices. Vt defende me uir optimus. Secus est per uocatiuũ. Defende me uir optime. Author est Valla. Niniuita & Marinus applaudunt. Verba autem Vallæ hæc sunt. Defende me domine. Adiuua optime uir. Tace homo imperite: Mutato uocatiuo in noĩatiuum non rectè dicetur. q. d. Defende me dominus. Adiuua me optimus uir. Tace hõ imperitus. Itẽ, Defende me tu deus, vel dominus meus. Adiuua me tu uir optimus. Tace tu hõ ĩperitus. Hic p noĩatiuũ rectè loquimur, qui cũ Euocatio fit, & subintelligitur ens, quasi sensus sit. Defende me tu ens dominus meus. Idem pro aliis iudicium est. hæc ille.

Badius super his in Valla, Epitome capitis xxvj. Quoties (inquit) uerbo substantiuo, atque uocatiuo ipse dicerem, aut eius participio expresso, aut apertè intellecto præponitur uocatiuus: sequetur non uocatiuus; sed nominatiuus: sed sine copula plures uocatiui ad idem pertinentes benè cohærent. Propertius autem contra, nam uocatiuo participali adiecit uocatiuum dicens. Lentule deliciis facte beate meis. rectè, sed sine figura: nõ enim di

ctio euocata tertiæ personæ adest. Secus dixisset. beatus meis.Licèt uersus nõ staret. Idẽ illud est. Tace tu homo imperitus,homo imperite.Sed infra longiùs.

Diui boni,ut plerunq; sunt insani isti nostri Grãmatici.genus quidem hoĩum suapte natura rixosum,uarium, uacillans,fultum malè pedibus,inconstans, semperq; uariabile,cui miror unde è capite omnia effingere liceat. Iam subit hoc in loco Grãmatista Netinus. miraris cuius errores quò plures absoluimus nostraq; obliterauimus censura, eò uberiores propediem insurgunt.Nam in quibusdam uersibus lyricis in laudem sacratissimi corporis Christi, ne altiùs repetã,hoc habebat. Da summus Rex, ergo nobis Pellens omne noxium, Vt possimus mente pura Sacramentum sumere. Hæc ille.Hei mihi,& quidnam garrit impudicus Grammatista? Quid tonat ineptus uersificatorculus? quid gannit incomptus poetaster? quæ hæc est fabula musarum alumne imperitissime? quæ te dementia cepit Apollinis cultor indignissime? quorsum hæc nullius seruantissime æqui? Pereas mi homo, dij te penitus eradicent,ita me nugarum tuarum salibus territas:dixi sles saltem, Da summe rex,uel da tu summus Rex, per figurã.Verùm quid miror de hac barbarie: Nõ tu idẽ mi Netine pro Diua Magdalena in sacris ac maioribus ædibus urbis nostræ huiusmodi carmina affixisti, quorũ finis sic habebatur. Versantur pectora ducum. hic enim bis primam syllabam in dictione ducum, producendo, quæ breuis est sine cõtrouersia, bis claudicas, bis (inquã) peccas. Alibi, an, correptam produxisti.Ita. Pluribus an uni quæ is mea constet imago. Atque ibidem,taceor,qđ uniuersa abhorret latinitas,idq; rectè dictum ostẽtabas. O os impudens, ò ingentem confidentiã errasse nihil id quidem esset,nisi manifestis Cerbere lethææ erroribus nomen imposuisses honestum.Hæc in te mea Vulpecula dicta nolui defendendæ ueritatis tantùm gratia; utque si quid in me posthac latraueris, me absente, quo te, cæteros canes,& id genus confunderent,quibus cũ equo Seiano aurum Tolosanum dij pro meritis elargiantur, Lectores haberent mei. Vale Ridiculum caput.

Ne maior rerum mihi nascatur ordo, ad rem nostram redeo: Quid est igitur figura Euocatio implicita? Quã do persona euocata exprimitur, persona uerò euocans subauditur. Verg. in lib. 11. Aeneid. Ipse urbem repeto. subintellige personam euocantem (ego) Idem in lib. 1. Aen. Troes te miseri, uentis, Maria omnia uecti oramus. Idem in eodem. Coràm quem quæritis, adsum Troius Aeneas. In sacris. Peccatores, te rogamus audi nos. In persona euocata (peccatores) subauditur persona euocans (Nos.) Item, Aue Cæsar summus Imperator. Hic subauditur (Tu) & participium ens, teste Vallẽse: ut sit sensus, O Cæsar, tu ens summus Imperator Aue. Eadem hæc subauditio belle fit, Author est Laurentius, cui morigeratur Lancilottus, in uocatiuo nominis alicuius appellatiui, siue proprij nominis. quale illud Verg. Nate, meæ vires, mea magna potẽtia solus: Nate patris summi, qui tela Typhoea temnis. Sic ordina. Nate, qui solus es meæ uires, & mea potentia, & qui solus temnis. Sic illud in sacris. Popule meus quid tibi feci? Ordo est. O popule, qui es meus. Qua ratione defendi posset illud in psal. Domine dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in uniuersa terra. Ordo est. Domine ens, uel qui es dominus noster. Item, Aue Cæsar summus Imperator. Aue Cæsar summe Imperator. sed sine figura. sic, Salue Antoni uir integerrimus. Salue Antoni uir integerrime. Salue Plato philosophus eruditissimus. Salue Plato philosophe eruditissime. Aue Vergili Poeta celeberrimus. Aue Vergili poeta celeberrime. Nec id tantummodo in Imperatiuo: uerùm etiam & in aliis quippe faciliùs modis. Quale illud est, quo tendis Aenea extremus omnium Troianorum? ut sit sensus. O Aenea tu ens, qui es extremus omnium Troianorum, quò tendis? Diceres quoq; quo tendis Aenea extreme omnium Troianorum. Sed sine figura, ac minus eleganter, Author est Valla. Ast ubi per pronomen cum unico nominis appellatiui nominatiuo loquimur, male id quidem. Velut, quid facis tu seruus? Quid ais tu Petrus? Aut sine pronomine. quid facis dominus meus? nisi tali modo. Quid sedes inter ser-

uos dominus? quid ludis inter pueros literarum alumnus? Hic (inquit Valla) subintelligitur ens, ibi uerò subintelligi non potest. Quare illud Plinianum in lib. 7. de naturali histo. cap. 30. ubi post multa laudum præconia in Ciceronem ait. Salue primus omnium parens patriæ appellate: inusitatum dicendi genus, nisi menda Librarij est, mihi (inquit idem Author) non placet. ubi Nebrissensis ait, nominatiuus pro uocatiuo est, ut primus, pro prime. Ordina sic. O Cicero, appellate parens patriȩ, primus, subaudi qui es. Laurentius dictum putat. Salue Marce Tulli, primus omnium parens patriæ appellatus. Siue. Salue tu primus omnium parens patriæ appellatus, siue, Salue tu prime omnium parens patriæ appellate, sine figura hoc est: nanque illud parens uocandi casus est. Hæc ille. Sed illud, quod iterum, atque iterum (Aue) dixi, Barbarum censet Netinus. uerùm quæ quibus ante feram? Nanque & si ad iudicia hominum reuertar, Quis hic ille est? cui Aue (quod Laurentius longis characteribus depingit, Despauterius egregiè meminit in syntaxi, Aldus eleganter inflectit cum defectiuis, Ambrosius Calepinus diggerit, Diomedes Grammaticus celeberrimus honoratè legit, quodq; omnium ferè communi iudicio sustinetur) nedum Latinè dici credendum modò, sed saltem non audiendum uideatur? Nequeunt, mi Netine, oculi tui tenebris assueti ad lucem perspicuæ ueritatis attolli: Similesq; auibus sunt, ceu Boetius profitetur, quarum intuitum nox illuminat, dies uerò excæcat. dum enim non rerum ordinem, sed suos intuentur affectus, uel licentiam, uel impunitatem scelerum putant esse fælicem. Muta sententiam, & ipse quoque uerba mutabo.

Euocatio implicita multiplex. Aliàs per nomina adiectiua, ut Gaudeamus omnes in domino. Verg. in Buc. Dicite Pierides, Non omnia possumus omnes. Idem. Et lætum cuncti celebremus honorem. Idem, Et pauci læta arua tenemus. Plaut. in Stich. Vnam amicam amamus ambo. Paulus ad Romanos cap. 12. Ita multi sumus unum corpus, singuli autem alter alterius membra. Item, uniuersi sumus fortiores te, singuli uerò debiliores. Cice-

 ro,

ro. Oẽs trahimur, & ducimur ad scientiā cupiditate gloriæ. Ouid. Si qua uoles aptè nubere, nube pari. Horat. Idem indignor. Item Aegrotus nihil edo. At uerò cautè circunspiciendum, quoniam sæpe creditur esse figura, ubi uerè non est, à qua parte quisq; noïatiuus in huiusmodi constructione ordinetur: vt, Nudus natus, & egressus sum, & nudus reuertar. Horat. Ego primus iambos inueni. In quibus Adiectiui noïatiuus regitur post uerbū, ut sit ordo. Egressus sum nudus, reuertar nudus. Nulla itaque figura est. Aliàs fit hæc figura per Adiectiua participia. Quale illud, Defatigati cessamus à labore. Habētes victum, & amictum, his contenti sumus. Plaut. Peregre aduenientes te expetimus. Verg. in lib. 4. Imperioq; iterum paremus ouantes. Item, Laudes Christo, redempti uoce modulemur supplici. ubi, subauditur persona euocans, Nos, scilicet. Aliàs, per pronoïa, & præsertim ipse, ipsa, ipsum. Et idem. ut ipse lego, ipse legis; Sic idem feci, Idem dixisti. Verg. Ipse manu mortem inueniam, miserebitur hostis. Idem, Iidem uenturos tollemus ad astra nepotes. Sed aduerte. Hoc pronomen ipse semper cū emphasi dari uerbo cuiuslibet personæ, ut ipse dixi, ipse dixisti, ipse dixit. & in plur. ipsi diximus, ipsi dixistis, ipsi dixerūt. maiestatem grandem præseferunt, atque adeò significantius sit, ipse dixi, quàm ego dixi. Tale est illud Verg. Ille ego qui quondam, sed poeticum est. Aliàs per Relatiuū, Qui. Vt qui sum, qui es natus. Verg. Sum pius Aeneas, raptos qui ex hoste Penates Classe ueho mecum. Verùm postremum hoc, atq; alterum Doctiores damnant: Nanq; & pronomen ipse, atq; relatiuum sunt omnis personæ, ut ipse scribo, ipse scribis, ipse scribit. & propter discretionem igitur dicimus. Ego ipse scribo, idest ego solus. sic, Tu ipse scribis. Item inseruis mihi, qui saluti tuæ consulo. Te amo, qui bonas doctus es litteras. Video Petrum, qui bonus est. fauet huic opinioni Niniuita. Nec ego ipse refragor. Aliàs fit euocatio implicita, per nomen substantiuum. Vt, Peccatores, te rogamus, exaudi nos. Dictator capere arma ueto. At per uirorum propria raro in sermone soluto utimur, teste Prisciano: nisi cum

uerbis

uerbis substantiuis, atq; uocatiuis, quæ aptissimè sibi ascis-
scunt noīa in prima atq; in secunda persona, qđ nō est in
alijs uerbis cōsequens. ut Laurentius sum. Priscianus es.
Martinus uo or. Lazarus dicor. Homo es. Homerus no-
minor. & sic de reliquis. Ouidiana Penelope in Heroidi
bus. Penelope coniux semp Vlyssis ero. Ouid. in lib. Trist.
Te seq ar, & coniux exulis exul ero. Ditus sum, qui scri-
psi hæc. nā uerba substantiua, uel uocatiua non indigent
pronominibus primæ, uel secundæ personæ. puerile her-
cle est dicere. Ego sum Petrus. Si autem alijs propria cō
socientur verbis, tum necessariò adiunguntur pronomi-
nibus, ut præsenti eorum essentiæ demonstratione, atque
pronominum connexione, facilè fiat transitus de tertia
persona ad primā, uel ad secundā personā: uelut, Ego Lau
rentius lego. Tu Priscianus scribis. Ego Apollonius stu-
deo. Si uerò tollamus pronoīa ab his orationibus. Solæ-
cismū admittimus, ut Priscianus curro. Apollonius legis.
de his aūt longè differit Priscianus ī lib. 13. & 17. Ait igi
tur. Qūo ergo non dicimus. Ille lego, nec ille legis. Ita
nec, Apollonius scribo, nec Priscianus scribis. Certū est
igitur, qꝫ si dicā Priscianus scribo, sine dubio incongruè
dico. Nec ꝓpter aliud, nisi ob ꝑsonarū incōsequentiā, ter
tiæ quoniā ꝑsonæ nomē, & uerbū primæ ī eodē cohærere
neutiq̄ posse. Nō tamē si dicā, Cicero accuso, benè dicitur.
Sicut, Cicero sum. Rursusq; Priscianus. Quāuis Græci au
thores īueniātur licētia utētes solita; alijs quoq; uerbis
primæ, & secūdæ ꝑsonę cōiūgere noīa tertiæ ꝑsonæ. loq̄-
tur sic Euripides in Hecuba. Venio Polydorus linquens
mortuorū latebras, & tenebrarū ianuas. Idē ī Bacchid. Ve
nio Iouis puer. Hoc aūt usurpatū Latinis quoq; authori-
bus inuenimus. Verg. in 1. Aen. Improuisus ait, corā quē
quęritis adsum Troius Aeneas. Iuue. Venies Tyrinthius
aut minor illo, hospes. Ouid. in Heroid. in Epist. quæ in-
scribitur Paridis ad Helenā. Hāc tibi Priamides mitto Le
dea salutē. Terēt. Vos ualete, & plaudite, Calliopus recē-
sui. Cal. n. p. Ouid. in lib. Trist. Ingenio perij Naso poeta
meo. Estne Euocatio, ī qua prima ꝑsona euocet ad se secū
dā? nō. quare? In euocatione. n. dictio euocans, & euocata

tenentur ad eandem rem pertinere. Sed prima, & secunda persona ad diuersa quidem pertinent semper. Quomodo ergo illud defendes. Ego alter tu, te quantum me diligo? Respondeo, Alter tu, obliquè stat, & uim habet tertiæ personæ. Dixi.

Apponens duo fixa simul coniungere debes.
In casu simili: declarent seq; uicissim:
Sicut, Homo Sortes, animal capra, consimilesq;.

Series. Volens ingeniose Lector, figuram Appositionē edere, continuè uel immediatè connectere debes, duo substantiua in simili casu, quorum unum declaret alterum. ut Homo Sortes, animal capra. Sintq; duo hæc substantiua ad eandem pertinentia rem, ideo pro iisdem accepta rebus sine coniunctione in eodemq; casu assignari, ita necesse est in Appositione, ut sequente declarante, declaratum præcedat. quid rei est declarans, & declaratum? Declarans, uel Appositum appello, quod est singulare minùs. ut Sortes, Capra. Declaratum, uel Apponens, quod uniuersale magis est. Ceu Homo, Animal. hæc enim sunt & genus, & species. Illa tantùm indiuidua contenta sub his. Itaque pro prima traditione. In Appositione requiruntur, dictio Apponens, ea est prior: dictioq; Apposita, atque ea posterior. Da plura exempla. Fratres gemini] Fluuius Rhenus] Vrbs Roma] Arbor laurus] Mons Libanus] Mensis Augustus] per casus; Animal homo hoc mundo fruitur] Vrbis Romæ misereor] Homini Regi seruio] flumen Rhenum describit Strabo] O Maria Magdalena commendatum me habe. O Virgo Maria protege me] A Christo filio tuo ne separes me. Verùm quia negocium hoc præ manibus est, priusquàm alio procedere necesit; An peto, necessariò in Appositione, commune magis, dictio scilicet apponens præire, minus uerò commune, Apposita putà dictio sequi debeat? Respondeo. Id non ulla fieri necessitate, ut secus haberi nequeat, fateor. Habes exempla opposita? Maxime habeo, Da. Verg. in 1. Aeneid. Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent. Idem in Buc. Formosum pastor Corydon ardebat Alexim, Delicias domini. Idem, Ite meæ quondā

foelix

fœlix pecus, ite capellæ. Ouid. Quid meruere boues, animal sine fraude dolisq; . Simplex ac rectum, natum tolerare labores. Tibullus Elegia vj. lib. iij. Ite procul durũ curæ genus, ite labores. Sueto. in Cæsare. Vt enim geminis fratribus ædes in foro constituta, tantùm Castoris vocaretur. Idem in Augusto. Rheni fluminis. Idem in Claudio. Nihil ęque facere ad viperę morsum, quàm taxi arboris succum. Pli. lib. 12. c. 21. Fructus magnitudine auellanæ nucis. Idem in eodem. Amygdalum nucem. Cæsar de Bel. Gal. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, à Belgis Matrona & Sequana diuidit. Idem lib. 3. de Bel. Gal. Proximi Rheno flumini sunt. Orosius lib. 7. Ripæ Rheni fluminis insederunt. Florus, in ripa Rheni fluminis staret. Iustinus lib. 4. Aethnæ montis per tot sæcula durat incendium. Idem paulopost. Perpetui Aethnæ montis ignes. Item. Aethnæ montis perpetuos ignes facit. Idem lib. 43. In sinum Gallicum ostio Rhodani amnis peruenere. Idem ibidem, Pone ostia Rhodani amnis. Florus. Dolabella oẽs deleuit, ne quis extaret in ea gente, qui incensam à se Romam urbem gloriaretur. Gel. lib. 9. cap. 7. Vulgo & scriptum, & creditum est, folia olearum arborum brumali, & solstitiali die cõuerti. Titus Liu. lib. 1. ab Vrbe. Propè Tyberim fluuium. Idem lib. 4. Tyberi amne septus. Curtius lib. 4. Nilo amne uictus est. Idem. Processit agmen ad Caucasum montem. R. M. Tho. Fazellus de rebus Siculis. Siciliam u[illegible]nerunt, & Heracleam Vrbem cõdiderunt. Idem, Inter Aeolias insulas profugerunt. Idẽ, Oritur Cacyparis fluuius non longe à Palazolo oppido, ex fonte, cui hodie Bauli est nomen. Idem, Post Syracusas pass. ferè quingentis Anapus fluuius, sed non per omnia uagari fert corde voluntas.

Author Quintilianus lib. 8. Vitium est (inquit) ubiq;, quod nimium est. Et M. Cicero, cuius species pręmissa est, eius non est addendum genus. Atq; iterũ Quintil. lib. 9. Quædã ordine permutato fiunt superuacua, ceu fratres gemini. Nam si præcederet gemini; Fratres addere necesse non est. Vnde Honoratus Grãmaticus in Commẽt. 3. lib. Aen. Sunt (ait) elocutiones, quarum una pars ple-

na est, quæ si cõuertãtur, habẽt aliquid superfluum, ut habet Sallust. in bello Iug. Interim Hyemsal reperitur se occultans in tugurio mulieris ancillæ. bellè iunxit (ut aiunt) ancillæ. At si dicas in tugurio ancillæ mulieris, uerè mulieris est quid supfluum. Ancilla etenim iam satis cũ conditione sexum adsignificat. ex quo traditũ uelim, ne ex ordinatione substantiuorũ aliquid dicatur esse superfluum, ut qui ergo dixerit, capra animal. Sortes homo. Sacca ciuitas. Roma urbs. non satis cõgruè (iudicio meo) loquetur, nec in aĩum inducas tollendæ æquiuocationis gratia rectè fieri, non cõgruit hæc mihi ratio. An credam tam somnolentum, reiq; literariæ inscium Lectorẽ, ut quid velit illico sibi uel hoc nomen capra, Sortes, Sacca, Roma, penitus ignoret? unde igitur tot præclara uirorũ exẽplaria chartæ prodiderunt? Respondemus Quintiliano. Ipse enim Fabius ostẽdit quid ars exigit, quam plerunq; multorum confundit authoritas, teste Seruio. Quaobrem ubi plurima repugnat authoritas arti, rectè authoritatis partes imitemur, nec artẽ (si ita fert animus) penitus propellamus. Non ergo malè dices, flumen Rhenus, & Rhenus flumen. His exceptis, de quibus longiùs infra.

Figura Appositio quid est? Est cõtinua, uel immediata connexio duorũ substantiuorũ ad eandẽ rem pertinentiũ in simili casu, quorũ unũ alterum declaret. Quale illud Verg. Miratur molem Aeneas, magalia quondã. ubi (molem) substantiuum, apponẽs dictio. Magalia quoq; substãtiuum, apposita est. Itẽ Hoĩes literati spreuerũt diuitias uitiorum alimẽta. Quare dicis, continua, uel immediata coniunctio? Quia inter duo illa substantiua in Appositione nulla debet esse coniunctio: cuius autem ratio est, quia substãtiua in Appositione pro eadẽ re accipiuntur, Coniunctio semp diuersa cõiungit, ut diligo Petrũ & Ioannem. Vel quia ineptè quidẽ diceretur. Vrbs & Roma.

Argues. Rectè dicam, Maria, & mater, & uirgo sanctissima. Sunt duo, uel plura substantiua ad eandem rem pertinentia, mutuò seq; declarantia, & tamẽ copula medians, quod est contra Appositionis diffinitionem; ergo friuola. Nota, illa coniunctio non ponitur propter ea, inter

quæ

quæ fit Appositio: Sed ꝑpter duo uni apposito cōnecten da epitheta. Itaq; rectè dicitur, Hic & poeta, & musicus, sed sine figura. Oppositum est in hoc. Marcus Tullius Cicero. Pub. Verg Mar. in quibus nullo modo copula interponitur. Possunt tamen intercedere alia, quæcunq; determinent substantiuorum alterum: quando ordo id postulat. In Euang. quando interuenit ablatiuus (nomine) Trāsiens Iesus uidit hominem sedentem in teloneo Matthæū nomine. Horat. in primo Ser. Saty. 3. Cùm prorepserunt primis aīalia terris Mutum, & turpe pecus. Verg. Quid meruistis oues placidum pecus. Ouidiana Penelope. Turba ruunt in me luxuriosa, proci. Hinc iam liquet, si adiectiuum ponatur inter substantiua, id respondebit illi substantiuo, quod in significato determinat. Quando uerò adiectiuum uel relatiuum refertur ad substātiua coniunctim, respondebit substantiuo apponenti & nobiliori ac magis principali. Quale illud Sedulij lib. 5. Ipsiq; diræ Guttura uocis iter, cuncti, quæ uendere mundi Ausa redemptorē nodatis faucibus angens. Sic pariter dicimus. Animal homo est rationale, non rationalis. Interea uerò substantiua, quæ pro diuersis accipiuntur rebus, cadit cōiunctio. Egregiè dixeris. Hoc lignum longum & latum. Video animal & hominem. Si animal accipias pro alio ab homine animali, pro asino, leone, equo, scilicet & pro aliis id genus. Secus est, Aīal homo currit, per figuram.

Cur dixisti, coniunctio duorum, uel plurium substantiuorum? Quia inter mera adiectiua nulla cadit Appositio Margarita colorata alba, ineptè dici, quem præterit? At hæc benè, Doctus Rhetor. Doctus Grammaticus, peritus Musicus, fortis Athleta; alterum enim substantiuum. Itē nomina Gentilia siue patria, ut Romani, Itali, Neapolitani, Galli, Mantuani, Saccenses: quoniā perfectè penè sunt substantiua. Ideo inter id genus nomina apud plerosque Appositionem inuenies. Duo atqui adiectiua simul connecti sine coniunctione Honoratus Grammaticus uetat super illud Maronis in 1. Aen. Androgei galeā, clypeiq; insigne decorum, induitur. quod uitiosum est. Itaq; non pulchrè dices, Mulier casta honesta nupsit,

Insto

Insto (inquies) Nā benè dicimus. Dedisti mihi tria pulchra poma. Scripsisti duas, tresve elegantes Epistolas. duo hic sunt adiectiua vni substātiuo connexa sine cōiunctione media. Seruiana igitur regula falsa. Confirmatur hoc idē. Verg. in Buc. Aurea mala decem misi, cras altera mittam. Ecce duo adiectiua Aurea, decem. Altera sup. decem. Respondeo. Dictum Seruij intelligitur de plenè adiectiuis. Vnde Numeralia, pronomina, & Syncategoremata, idest cōsignificatiua, qualia, oīs, cunctus, nullus, & id genus. hęc enim ꝑ se nil significāt, ut Oīs. Cōsignificat aūt, ut oīs homo. Non erunt igitur plenè adiectiua; ritè alijs quoq; adiectiuis maritantur. Ceu, multi magnanimi milites. tres mei libri. Nos oēs rerum periti. Quinq; Virgines fatuę. Quinq; Virgines prudentes. tria pulchra poma. ò lata mea terga. Dico igitur coniunctio duorum substantiuorum, quia duo Adiectiua sibi congruè apponi non possunt, nisi alterum substantiuetur. ut Bonum priuatum. bonum publicū. Fiet Appositio inter adiectiuum, & substantiuū. Atqui tum, cùm adiectiuum fit substantiuū. Verg. in Buc. Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres. Dulce satis humor. In lib. 4. Aeneid. Fama malum, quo non aliud uelocius ullum. exponitur autem sic. Lupus est res tristis, humor res dulcis, fama res mala.

Quare dixisti, ad eandem rem pertinentium? Quia secus alterū in genitiuo locaretur. ut liber Petri. Cōtra, sic enim benè dicitur in sacris. Misimus filiū, baculum senectutis nostrę. Item, Accipe gladium spiritus uerbum Dei. Sunt hic duo substātiua simul ad diuersa pertinētia. Nā filius, homo est: baculus uerò corpus est inanimatū. ergo mala diffinitio, quæ cum detur caussa innotescendi, mētitur naturā diffiniti. Respondeo lepidum caput. Si dictiones hæ baculus, & gladius caperentur in prima sui significatione, utiq; ad diuersa pertinerent, sed capiuntur metaphoricè per quandā similitudinem, non quatenus rem baculi, remq; gladij significent. Sed pro sustentaculo ac pro fulcro: filius enim sic est baculus parentum; baculus, & gladius pertinent ad eandem rem. Sunt nomina quæ dicuntur non pro primaria significatione, sed secundum

proprie-

proprietatem. ut Christus, Agnus Dei. Electos, oues appellat Ecclesia, non quòd sint oues, at propter proprietatem, qua egregiè electi cum ouibus congruunt. Sunt autem, simplicitas pura. Ampla misericordia, quoniã omnia dant cum lacte uellere fœtus. Prompta obedientia, humilitas prona cum patientia. Ita pariter diabolus leo rapiens, & rugiens. quòd omnes uorare pertentet.

Quare in eodem casu dixisti? Quia hoc est maximum & primum in Appositione quæsitum, Nam (ut monet pulchrè Priscianus) per Eclipsim, idest expressionem uerbi substantiui, uel eius participij, quod est similium copulatiuum, duo illa substantiua in Appositione proferuntur. ut Hector filius Priami, deuicit multos Danaũ. Subauditur hic uerbi substantiui participium, quod est ens, licèt in usu non sit Authore Seneca. Itaq; Hector, subaudi ens, filius Priami. Necessariò sint in eodem casu substantiua. Aduerte tamen, quòd uocatiuo (per eandem subauditionem uerbi uel participij) rectè noĩatiuum apposueris, nõ uocatiuũ, ut supra affatim disputatum est. Quale in psalmo, Domine dominus noster. idest domine ens, uel qui es, Dominus noster. Domine Deus meus in te speraui. Domine Deus meus si feci istud. uerùm sine uerbi substantiui, uel sine eius participij subauditione, plures uocatiui bellè cohærent. quale illud est. Christe fili Dei uiui miserere nobis. Fili redemptor mundi Deus, miserere nobis. nisi malis euocationem dici, sicut, Aue Cæsar summus Imperator. Salue Plato philosophus eximius, subaudi ens, peregregiè dicimus in Cantico Beatæ Virginis. Sicut locutus est ad patres nostros Abraam, & semini eius in sæcula. Hic duo sunt substantiua, & tamen sunt diuersorum casuum: nam patres, est casus accusatiui; Abraã, & semini eius, est casus datiui. Respondeo, licèt nõnulli ineptuli figuram censeant, id tamen non credam, nec (patres) ordinatur, cum Abraã, & semini eius. Ordo est Authore Valla, Sicut locutus est Deus Abraã, & semini eius; ad patres nostros, idest apud patres nostros. Ad, pro apud, stat. Similis oratio ea q[illegible]oq; est. Locutus sum ad populum iudici & litigatori. Valla hæc.

Rursus

Rursus contra eandem particulam, in eodem casu. Verg. 1. Aeneid. Hic tamen ille urbem Pataui, sedesq; locauit Teucrorum: sunt similiter duo hic substantiua ad eandem rem pertinētia in diuerso tamen casu. Idem. Et fontem superare Timaui. Vbi Seruius ait. Amant poetæ metri necessitate rem unius sermonis circumlocutionibus dicere, ut pro Troia, dicant urbem Troianam. pro Buthrotio, arcem Buthroti. sic & modò pro Timauo, ait fontem Timaui. & pro Patauio, urbem Pataui. Pleriq; alij boni authores aliquando ex industria Grammaticorum legem prætereunt. Nos uerò, quod ars exigit, id profitemur, & celeberrimum est. Hinc igitur liquet, quod aliquādo ubi esset Appositio, substantiuorum alterū authores ī genitiuo locāt, tanq̄ ea ad diuersa ptineāt. ut urbs Romæ; pro urbs Roma, Oppido Cumarum quidā ait, pro Cumis. Verùm hæc rara sunt, rarò sunt igitur admittenda. Cic. lib. 5. ad Att. In oppido Antiochiæ. Hieronymus in Tobia. Iuxta fluuiū Tigris. In Marco. In Iordanis flumine. Cic. Arborē fici. In Euang. Videns arborē fici. ubi ficus ponitur pro fructu rectè diceretur, sin contra; nō satis Latinè. ut sit sensus, Arbor fici. Arbor dulcissimi pomi. Si uerò pro arbore. Arbor ficus, uel arbor ficulna, uel ficulnea, & si Valla perneget. Arbor quercus, & Arbor querna. Boetius de consolatione philosophica. Quernas pergat ad arbores. Sic quoq; dicimus urbs Roma, & urbs Romana. Verùm mihi prior oratio quadrat. Titus Liui. lib. 4. ab urbe. Vrbs Romana condita est. Atque Iustinus. Vrbē Romanā dixit. Ipse tamē libentiùs dicerem cū Sall. ut ait Despauterius, Vrbem Romā sicuti ego accepi. Vnde patet rectè dici. Mons Miseni, ut Misenus sit nomē in eo monte sepulti: Mons uerò Misenus, est nomē montis. Ita Sidus Saturni, Martis, ut Saturnus & Mars sint noīa Deorū, uel regū, quibus tale sidus dicatum sit, rectè dixisti. At Sidus Saturnus, sidus Mars, noīa siderum erunt. Vrbs Saccæ, ut Sacca nomē sit alicuius, qui præsit urbi. Vrbs uerò Sacca, nomē urbis est. nam genitiuus possessionem dicit. Ex his necesse est, ubi ad eandem rem duo substantiua pertinent, in eodē locari casu. Ceu, hoc factum est in mense

Ianua-

Ianuario, ut sit nomen mensis. nõ aũt Ianuarij, nisi sit alicuius uiri nomen. Mensis Augustus. De his aũt multa Argutus Valla in Antonium Raudensem. Sunt hæc. Quid miraris Raudensis, Aulum Gel. sic dixisse? quasi cæteri alij aliter dixerint; aut aliter nos dicere possimus. Ramũ autem, aut uirgultum, aut truncum, aut radicem arboris dicam: quia pars arboris est. Arborem lauri non dicimus: sed arborem laurum, quia laurus ipsa arbor tota est, non pars arboris, & ita in similibus. Montem Caucasum; non Caucasi. Collem Ianiculum; non Ianiculi: nisi foret nomen hominis. ut montem Auentinum; & montem Auentini, possessiuè: Auentinum quidem, quia hoc est nomen montis. Auentini uerò, quia ibi Rex Auentinus sepultus est: & quasi nunc locum illum possidet. Item, Vrbem Mediolanum, Vrbem Placentiam, Vrbem Romam. non autem Mediolani, Placentiæ. Romæ Vrbem, nisi fortè apud Poetas, ut Vrbem Pataui apud Vergilium. Cicero in Verrem, actione quarta. Vt ex oppido Thermis nullum signum, nullum ornamentum, nihil ex sacro, nihil ex publico attingens. Ideoque rectiùs dicimus. Accepi literas tuas ex Vrbe Messana. Veni ex Vrbe Florentia: quàm ex Messana, aũt Florẽtia. Nescioq; an rectè dicamus, ex Messana Vrbe. ex Florentia urbe. Item, Prouinciam Macedonianam: non Macedoniæ. continentem Galliam, nõ Galliæ. Insulam Siciliam, non Siciliæ. Item primum diem dicimus Decembris. Calen. Ianuarij. Nonas Februarij. Idus Martij. Non autem Mensem Decembris, Ianuarij, Februarij, Martij, Sed mensem Decembrem, Ianuarium, Febr. & Mart. Sic per oẽs casus. ut Arbor laurus, Arboris lauri, Arbori lauro. Arborem laurum. Arbor laure. Arbore lauro. Mensis Martius. Mensis Martij. Mensi Martio. Mensem Martium. Mense Martio. Ita de omnibus alijs. uelut, Vrbs Roma Vrbis Romæ. Vrbi Romæ. Vrbem Romam. Vrbs Roma. Vrbe Roma.

Cum magis magis commune ex se, uel ex proprietate adiuncta aliquid tribuit minùs communi, quod in se non habet: tum rectè minùs commune præcedit, ut Plato Philosophus, nam posset esse Plato; & non esse

Philoso-

philoſophus. Ita Achilles uir fortis uicit Hectora uirum fortem. His ferè rationibus obſeruatum eſt apud bonos authores magis commune ſequi. At verò, quando per utrunque ſubſtantiuum aliquid ſignificatur; quod non per alterum, tunc utrunlibet præponere, uel poſtponere utique licet. ut Carolus Imperator, & Imperator Carolus. non enim neceſſariò, Carolus eſt Imperator, neque Imperator ut ſit Carolus. Sic Philippus Rex, Rex Philippus. Clemens Pontifex, Pontifex Clemens. Tempus, rem charã. Rem charã tps perdere noli. Nunqd duo ſubſtãtiua poſſunt eſſe diuerſorũ generũ? poſſunt. Da exemplum. ut flumen Rhenus, flumẽ Nilus. Vrbs Patauium, urbs Gandauum. Nunqd fit Appoſitio inter duo Adiectiua? fit, ut Empedocles Siculus Agrigentinus. Fazellus Siculus Saccenſis. uerùm hæc non ſunt plena adiectiua. Nunquid inter mixta cum ſubſtantiuo? probè. Verg. lib. 1. Aen. Ignauum fucos, pecus à præſepibus arcent. Ordo eſt. Apes arcent fucos, appoſitiuè pecus ignauum, i. ſine induſtria, aut grauitate à præſepibus. Cicero in Epiſt. ad Seruium Sulpitium. Nam & Quintus Maximus, qui filium conſulatem, clarum uirum, amiſit.

Nunqd duo ſubſtãtiua poſſunt eſſe diuerſorũ numerorũ? Minimè. nõ rectè diceretur urbes Roma. At uerò duobus modis cõtingit. Primò, ubi alterũ alterius caret numero, ut urbs Athenæ. Piſces ſignũ. Gemini ſidus. Verg. in Buc. Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim, Delicias domini. Fazellus lib. 4. c. 1. Agathocles uir humili loco, & ſordido genere, utpotè ignobili, & figulo patre genitus Syracuſarũ urbis tyrannidẽ occupauit. Et paulopoſt. Carcinus figulina arte uix cognitus Rhegij Brutiorũ naſcitur. Is proceſſu æui ob ſeditionẽ patriã pulſus, thermas Siciliæ oppidũ in ora Selinuntina ſitum, qđ nunc Sacca dicitur, incoluit. Et alibi Thermæ ciuitas. Secundò, ubi alterũ eſt collectiuũ. Ouid. in Heroidibus. Turba ruunt in me luxurioſa, proci: Ordo eſt, proci, appoſitiuè turba luxurioſa, ruunt in me. Idem in Meta. Quid meruere boues, animal ſine fraude, doloq;. Animal reſpectu contentorum collectiuum eſt. In ſacris. Ego ſuſcitabo Chaldæos

deos gentem amaram. At, sume arma, arcum & pharetram; non sunt substantiua numero diuersa, nam copulatum uni æquipollet plurali. Erunt igitur diuersa numero substantiua, cùm præsertim substantiuum singulare complectitur illa pluralia; quæ significantur per substantiuum plurale, quando est nomen collectiuum, uel nomen generis, ut dictum est de animal. uel nomen speciei; uel quando alterum singulari caret numero. ut Academia Platonis erat apud Athenas urbem Græciæ.

Appositio quomodo declaratur? Per participium, ens, ut doceo te Martinum. idest, te entem Martinum. Instruo meos discipulos iuuenes honestos. idest, entes iuuenes honestos. Colimus dominum, summum sacerdotem, idest dominum, entem summum sacerdotem, uel qui est, ut dictum est supra. uerùm, teste Despauterio, ex cuius fonte hunc totum ferè exhausi libellum: in his uerbis facio, mitto, do, uoco, cum suis, non ritè subauditur participium, ens; nullam igitur figuram constituam. ut facio te amicum meum. idest entem, uel qui es amicus meus, quod non sequitur. Misit filium, uel dedit filium precium mundi. ubi non participium (ens) nec relatiuum qui subauditur, sed prępositio (in) hoc est in precium mundi. Item uoco, appello, te Ciceronem. constet igitur Appsitionis declarationem fieri per relatiuum, uel per participium (ens) licet, ut iterum, atque iterum memini, in usu non sit, author cum Seneca Priscianus.

Sanè Appositio (hanc Gręci Epithecen) tribus de caussis fieri consueuit, teste Sulpitio, cui uniuersum Grammaticorum collegium astipulatur. Primò remouendę ambiguitatis gratia uel ęquiuocationis. ut leo signum ardet. Canis stella lucet. Comedi canem piscem. Nomen ęquiuocum appello polysemum. id autem dictio est una diuersa significatione multa significat. ut canis, qui dicitur de signo cœlesti, de quadrupede latrabili, & de cane pisce. idem est lupus. tale illud Plinianum libr. 24. Lingua herba nascitur circa fontes. nisi (herba) addidisset. potuisset intelligi de lingua hominum.

Idem. Lupum piscem non uidit Italia. posito igitur

 piscem,

piscem, tollitur æquiuocatio, uel ambiguitas, secundo restringendæ generalitatis gratia. ut vrbs Gandauum. Vrbs Roma. vrbs etenim generale est ad omnes urbes, cum Roma restingitur, uel contrahitur quod uniuersale erat ad unum singulare. sic, Arbor Laurus, sycomorus, ficus, Mensis Augustus, September, October, Nouember, December, Ian. Feb. Mar. Ap. Mai. Iun. Iul. Fluuius Rhenus, Rodanus, Nilus, Eridanus. Animal equus currit. animal lupus ululat. Tale illud Plin. lib. 2. Vnum animal hominem non semper extinguit. nisi hominem addidisset, ambigeret animus lectori de quo animali loqueretur. Animal genus contrahitur ad esse hominis. Tertiò, gratias proprietatis attribuendæ. ut Plato philosophus. Vergilius poeta summus. Homerus poeta eximius, Cicero Orator facundus. Cæsar Imperator liberalissimus. Philippus non mediocris ludi magister. Tale illud Vergil. Proximus ille Phocas Romanæ gloria gentis. Titus Liui lib. 28. Celtiberi, nouus miles domos diffugerunt. Ouid. lib. 15. Metam. Quid meruere boues, animal sine fraude? Cicero ad Curionem. Graui teste priuatus sum amoris summi erga te mei, patre tuo, uiro clarissimo.

Duorum figura positio est substantiuorum; quorum vtri adiectiuum congruere debet? Communi magis ut plurimùm. ut flumen Rodanus est uastum. flumen est magis commune. Animal homo rationale: uerùm poetæ, & authores cæteri hæc nimis seruant; quoniam appositio sæpius fit in nominibus fluuiorum, oppidorum, montium, mensium. & rarò in animalibus, nisi attribuendæ proprietatis gratia. ut Socrates homo diuinus. Aliquando ergo adhæret adiectiuum minus communi. vt Athenæ vrbs olim pulcherrima, nunc uiles habentur. uerùm in declaratione uerbum, & ei postpositum adiectiuum præcedenti conformari plerunque solet. Hieronym. Tigrides horridum animal, sitientes sunt humanum sanguinem. Ordo est. Tigrides entes horridum animal. Mantuanus ait, Hæc pater, & mortem mox, implacabile monstrum. Hactenus obuinctam. Ordo, mortem implacabile monstrum. Verg. Ite meæ quondam fœlix pecus, ite capellæ.

pellæ. Ordo, ò capellæ quōdā meæ, entes fœlix pecus. Inuenies plerunq; minus cōmuni præposito, uerbum conformari, uel adiectiuum magis communi. vt Athenę oppidum Græciæ quondam florentissimum, dirutę sunt. Contra Plinius lib. 2. Vulcinii oppidum Thuscorum opulentissimum, totum concrematum est fulmine. Idem. lib. 31. cap. 2. Tungri ciuitas Galliæ fontem habet insignem, vbi uerbum (habet) prioris est numeri.

Elegantius loquimur per appositionem, atq; aliàs, ut q̄d uulgus imperitum diceret. Aristoteles, q̄ fuit homo doctissimus, multùm ꝓfuit mundo. hoc idem p̄ Appositionē vir peritus diceret. Aristoteles homo omnigena doctrina p̄ditus, multùm ꝓfuit mūdo. Quapropter nulla est in appositione sermonis improprietas, licèt Sulpitio & Nebrissensi sit aliter uisum. Nec q̄ substantiuū alterū adiectiui vicē gerat, hoc uitiū appelles; nō.n. alterius fungi munere vitiū est. Nam legere me delectat, uitium haberet, q̄ infinitū nominatiui officio fungitur. Nec q̄ duo substantiua in eodē casu ponuntur, alterum.n. in casu pattio collocandum tutiùs uideretur. vt filius Antonii. Domus Petri. liber Magistri. Si.n. rectè accepisti, dictum est, q̄ duo illa substātiua in appositione ad eandē rem ptinent. Hic nūc ad diuersa ptinere pspicuū est. Nodū igitur in scirpo quæris. Quomodò igitur figura est vitiū (teste Donato) ratione excusatum? Respondeo, Donatus diffinit figuram solùm, ut conueniat Grammaticæ permissiuę, Aldus ait. Si figura est aliqua arte nouata forma dicendi (teste Fabio) possumus etiam sic diffinire. Figura est uitium cum ratione necessitatis, ornatus ve gratia permissum.

At uerò in figuris uitium aliquod apparens nostra nimirum profitetur censura, contra Netinum uerbosum; verùm susq; deq; facio, ille suam, nos autem nostram tueamur opinionem. Abeat hic semper, vel quò cerui cornua. hosce quoq; lapides seruemus, ut cōmodius alibi ī caput eius iacere possimus; ineptis Netine, laborat multū opinio tua. Cui refragatur Diomedes, Donatus, Charisius, Guarinus Veronensis, Lancilottus, Niniuita, Nebrissensis, Aldus, plerique alii, quorum hic nomina, testimo

niaque citare si uelimus, iam nuper inuito procederet vesper olympo. Sed quoniam rationem nostrarum in te fomenta acriter ubiq; descendunt, paulò ualidioribus vtendum ne putem igitur.

Atq; Prolepsis erit præsumptio; quæ tibi tunc fit,
Cùm totum ante capis, post partes accipiasque.
In parteis totum partitur rite figura
Cum uerbo positum, Tacitam quandoque uidebis.
Hi metuunt, alius dominos, aliusque magistros:
Alter & alterius, curemus uulnera mentis.

Prolepsis, latinè est præsumptio (teste Fabio Quintiliano lib. 9. & Prisciano lib. 7. Præceptio dicitur) componitur enim prolepsis à pro, quod est ante, & lepsis, quod est acceptio, seu sumptio, inde dictitatur præacceptio, uel præsumptio. Hanc Magister eloquentiæ Cicero lib. 1. de Natura deorum anticipationem ritè interpretatur. Ibidemq; etiam dicit, Epicureum primum omnium hoc uocabulum Prolepsim appellasse.

Fit ergo prolepsis, seu præsumptio, seu anticipatio, uel præceptio, cùm præcepto toti in suas partes diuiso vna proprietas attribuitur. Ceu abierunt, hic sursum, ille deorsum. Prolepsis Grammatica, ea enim triplex, Grammatica prima, Alia poetica, oratoria alia; A Donato, & Diomede circumscribitur, præsumptio rerum ordine secutarum. Vterque ponit exemplum ex Vergil. xii. Aene. Interea reges (ingenti mole Latinus Quadriiugo uehitur curru, cui tempora circum Aurati bis sex radii fulgẽtia cingunt. Solis cui specimen, bigis it Turnus in albis Bina manu lato crispans hastilia ferro. Hic pater Aeneas Romanæ stirpis origo Sidereo flagrans clypeo, & cœlestibus armis) procedunt castris. Hactenus illi. Aliud exemplum ex Verg. lib. 2. Aen. Aduersi ceu quondam rupto turbine uenti confligunt, Zephyrusq; notusq; & lætus eois Eurus equis. Et in Buc. Compulerantque greges Corydõ & Tyrsis in unum, Thyrsis oues, Corydon distentas lacte capellas. Milites pugnabant, unus in hostem, alius in patriam. Sic igitur præmissum totum partes ordine sequuntur. Vel (ut ait Despau.) propter totum cum uerbo, uel

vel adiectiuo congruè constructum, in partibus uerbum, uel adiectiuum eleganter per prolepsim subintelligitur. dat exemplum. Noluerunt uenire, sed abierunt, unus in uillam suam, alius ad negotiationem suam. Hic totum subauditur (inuitati) propter ergo totum (inuitati) latinè ac congruè positum cum uerbo Abiernnt, conueniunt.n. in numero, ac persona, in partibus uerbum concinnè ornatéque intelligitur. ut sit Ordo. Inuitati abierunt, unus sup. abiit in uillam suam, item & alius quoque abiit. Nota, uerbum, uel adiectiuum in prolepsi turpiter in partib. exprimitur. Ceu, Vidi duos Angelos sedentes, unum ad caput, & alterum ad pedes. Sin uerò dicas, uidi duos Angelos sedentes, unum sedentem ad caput, & alterum sedentē ad pedes. inuenustum est. Item hi timent, hic dominum, ille magistrum. probè. At, hi timent, hic timet dominū, ille timet magistrum, satis redundat oratio, quæ puerilis esset penitus. Exemplum de adiectiuo. Petrus, & Paulus sunt admodum periti, hic pilæ, ille aleæ. Item uerbum, uel totius adiectiuum plerunque egregiè in fine post partes ponitur. Quale illud Iustini lib. 44. Nomina pueris, alteri Remo, alteri Romulo fuere. Sall. Exercitus hostium duo, unus ab urbe, alter à Gallia obstat.

Quid est in figuris proprietas? Verbum, uel adiectiuum, ceu Aquilæ uolant, hæc altiùs, illa uerò demissius. Artifices periti, hic sutoriæ, ille tonstrinæ. Volant igitur, & periti, proprietatis munus habent. Totum porrò quid est? Dictio pluralis numeri, aut dictio collectiua. ut homines. Aquilæ. Petrus, & Paulus, quia copulatum posteriorem complet numerum. Turba, gens, Populus. Pro primo, homines conqueruntur, hic de fortuna, ille de mortis aduentu. Pro copulato. Verg. Compulerantque greges Corydon, & Thyrsis in unum: Thyrsis oues, Corydon distentas lacte capellas. Pro collectiuo toto, Turba uiuit, hic castè, ille luxuriosè. Populus uiuit, alii in auaritia, alii in prodigalitate. Gens humana degit uitam, hic parcè, ille duriter, uel pars parcè, pars duriter.

Tacitam quandoque uidebis, implicita est quandoq; prolepsis, ea est cum totum subauditur, uel partes conti-

nentur in adiectiuo. Terentiano, Mitio in Edel. Curemus æquam uterq; partem. Hic totum subauditur (nos) in uerbo curemus, & partes in distributiuo (uterque) continentur. Erit igitur ordo. Nos Mitio scilicet & Demea curemus, uterq, subaudi curet æquam partem. Sed de his longius ac loco suo fusius. Cedo diffinitionis seriem prolepsis? Prolepsis est attributio proprietatis toti diuiso in suas partes, quæ totius proprietatem uarie diuersoque continent modo, ut omnes student, hic scientię, ille pecuniç. Totum est (omnes) cui attribuitur proprietas (student) quç in partibus, hic, & ille uario modo continetur. Puellç colligunt flores, hęc uiolas. illa vaccinia. Hanc diffinitionem ex Sulpitio assumptam ne dubites.

Illud quoque memoratu quidem dignum accepi ex Prisciano in lib. xvii. Quòd in cōstructione diuiduorum si per presumptionem, idest per prolepsim præponitur, plurale verbum ad utrunque sequens, licet nominatiuum anteferre. Aquilæ uolauerunt, hæc ab Oriente, illa ab Occidente. Si autem ad ea, quæ diuiduntur, uerba singulariter consequantur, Genitiuum oportebit præponi pluralem diuidendo, ceu Aquilarum, altera deuolat ab Oriente, altera ab Occidente. Similes igitur sint Logicæ diuisiones. Sonorum alius uox, alius nō uox. Quantitatis, aliud continuum, aliud discretum. Orationum alia perfecta, alia imperfecta. Terminorum, quidā per se significatiuus, aliquis nihil p se (hoc est per se sumptus) significatiuus. Terminorum, quidam uniuocus, quidam ęquiuocus, quidam analogus. & sic de aliis, quæ in ea facultate recitantur. in his. n. prolepsim eēset Priscianus. Despauterius autem longè aliter. Vtrum sit prolepsis, Aquilarum altera uolauit ab Oriente, altera ab Occidente? Non, inquit, sic propriè loquamur: quia totum non præsumitur cum uerbo, uel cū adiectiuo, q uario mō cōtineretur. posset tamē aliquo mō dici prolepsis, i. præsumptio, quia totum ante partes præsumitur, & Priscianus uocat prolepsim. Sic Aldus, cuius uerba sic notaui. Per hāc figurā, si plurale uerbum præponitur ante utrunque, quod sequitur, noīatiuū pcedere in cōgregatione oportebit. vt duæ Aquilę volauerunt,

rūt, hæc ab Oriēte, illa uerò ab occidente. uel altera ab ortu Solis, altera ab occasu. Sin ad ea, quæ diuiduntur, singulare uerbum sequitur; genitiuum singularem diuidendo præcedere oportebit: ueluti, Duarum Aquilarum, altera deuolauit ab oriente, altera ab occidente. Prætereà singulare modò in singularia, in pluralia modò licet diuidere. ut Humanum genus aliquod bonum, aliquod malum est. Humani generis aliqui boni, aliqui praui. Et rursus, Plurale nunc in pluralia, nunc in singularia, uti Hominum aliqui boni, aliqui mali. Duarum auium, altera uolatilis, altera non. Si nominatiuus igitur præcedit uerbum, in congregatione ponitur, sinaũt genitiuus in iis, quæ diuiduntur. Quòd etsi congregationem, idem totũ, uel eius partes obliquè proferre uolumus, necesse est loco uerbi uti participio obliqui casus, & ad aliã personã facere transitionẽ. ut Aquilarũ uolantiũ, alterius ab oriente, alterius ab occidente similis est celeritas. Et per datiuum, Aquilis uolãtib. huic oriẽs, illi relinquitur occidens. Et per accusatiuũ, Aquilas uolãteis hãc oriẽs, illã occidens dimisit. At uerò Niniuita nolit ita loqui ꝑ prolepsim, nisi generaliter, & minus propriè, non propriè & strictè. Nam Prolepsis dicitur à pro. i. ante, & lepsis, acceptio, hoc est præacceptio, uel ꝓ̃sumptio. In his nil ꝓ̃sumitur. Amicorũ aliqui me deseruerunt, aliqui uerò me prodiderũt. Mortaliũ alius ca ntat, alius plorat; hic quiescit, ille laborat. Discipulorũ alii student Philosophiæ, alii iuri ciuili. tale est illud Cæs. li. 7. Gal. Bel. Neruiorum pars aperto latere legiones circunuenire, pars summũ locum petere cæpit. Tales quoq; sunt diuisiones logicæ, in quibus proprietas ui partiũ tãtũ attribuitur toti, cõstructione partitiua, in aliquo obliquorũ casu constituto. Aliter multò loquutus est Ti. Li. li. 7. Cõsules profecti, Valerius in Cãpaniam, Cornelius in Samniũ, ille ad montẽ Gaurũ, hic ad Satriculam, castra ponunt, ubi proprietas toti primum, tum deinde partib. quibusq; respondet.

De his pariter admonitũ te mi Lector, uelim, quin minus in pluraliter declinatis, partibus utaris in singulari numero. Non igitur probem. Dedi ad te literas bi-

 nas;

nas:unam Calen. Ianua. alteram Idibus Febru. dicendum erat ergo, Dedi ad te binas literas; unas Cal. Ian. Alteras Idibus Februa. Talia sunt, Nuptiæ, ædes, scalæ, literæ. sed de his propensius cùm de partitionis regimine tractaui-mus. Plerunq; non ita locuti sunt authores. Varro, Ternæ fuerunt Athenæ; ab una dicti Athenei, ab altera Athenienses, à tertia Athenopolitæ. dixissem ipse potius ab unis. Ordo autem est, Ab una earum urbium dicti sunt Athenei, non autem ab una Athenis, quod incongruum esset.

Quare ad constituendam prolepsim occurrunt (authore Sulpitio) quinque. Totum scilicet, quod est dictio pro pluribus accepta, ut dictio pluralis. uel collectiuum singulare, uel copulatum ex singularibus, de quibus dictum est. Partes. & sunt illa, pro quibus accipitur totum, ut supra. Latinus, Turnus, Aeneas, Ascanius. distributio partium, ut Latinus, & Turnus ab una parte: Aeneas & Ascanius ab altera parte. Proprietas, quæ est verbum, uel adiectiuum. ut procedunt. Et Ordo, ut totum præcedat, ut Reges; & partes sequantur. ut Latinus, & Turnus. Hæc autẽ minimè in diuisione, ubi totum per regimen partitionis in casu regitur patrio. ut Aquilarum. Aliqui uerò præstat (inquiunt) absentia copulæ in partibus, & apparens aliqua incongruitas. Atqui in hac figura, sicut & in cæteris aliquod apparens uitium necessarium est, ut prolepsis iure dici queat igitur, aliqua apparens (ut dixi) incõgruitas in ea existat. hæc uulgus non habet.

Est autem prolepsis duplex. Explicita, & implicita. Prolepsis explicita quæ? Quando omnia requisita totum scilicet, & partes cum aliis explicitè ponuntur. ut in Euãg. Duo homines ascenderunt in templum, ut orarent, unus Pharisæus, alter Publicanus. Alibi, Dic, ut hi duo filii mei sedeant, unus ad dexteram tuam, alter ad sinistram. Alibi. Vidi duos Angelos, unum ad caput, alterum ad pedes. Verg. in Buc. Cur non Mopse, boni quoniam conuenimus ambo. Tu calamos inflare leues, ego dicere uersus. Prolepsis implicita quæ? In qua totum intelligitur, & partes in adiectiuo continentur. aut cùm utraque

hæc

hæc implicantur. ut Canimus, ego altius, tu demiſſius. legimus, Ego Virgilium, Tu Lucanum. Hic totum (nos) ſubauditur. Item ſtudemus, unuſquiſque pro gloria ſua. Hic intelligitur totum, & in pronomine unusquiſque partes, ſcilicet, ego ſtudeo pro gloria mea, Tu pro tua, & ille pro ſua. ita de aliis. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legẽ Chriſti, ut ait Apoſt. Subauditur in uerbo (portate) totum (uos) partes uerò in Alter continẽtur. Ordo autem eſt. Vos portate onera, & Alter alterius portet ſcilicet, onus. Sall. Cæpere ſe quiſque magis magiſque extollere. In Pſalm. Vana locuti ſunt unuſquiſque ad proximum ſuum in corde. Vergil. in 2. Aeneid.

Alterum in alterius mactato ſanguine cernam.

Anchiſen putà in Aſcanii, & Aſcanium in Creuſæ, uel Aſcanium in Anchiſæ. & Creuſam in Aſcanii ſanguine. Aliqui obnunciant. Dominus Ieſus in teſtem. Si ego laui pedes ueſtros, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Plaut. Alius, alium percuntamur, cuia eſt nauis. Zachar. 8. Loquimini ueritatem, unuſquiſque cum proximo ſuo. Plin. Secun. in Epi. Cùm alter ad alterum extenderemus exponit Reguli mandata. Sene. Epi. 7. Satis. n. magnum alter alterius threatum ſumus. Et talia.

Prolepſis implicita eſt tribus modis. Primò, quando Totum ſolùm ſubauditur, & partes diſconueniunt in aliquo accidente adiectiuo ad congruitatem faciente. ut Diſcimus, Ego Grammaticam, Tu uerò Logicam. Student, alius ſtudio Poetico, alius Philoſophico. Secundò, ubi ſolùm partes intelliguntur, Nos legimus, uterque Rhetoricam. partes (Ego) ſcilicet & (tu) intelliguntur per uterque. Tertiò, quando & totum, & partes intelliguntur. ut ſtudemus, laboramus quiſque pro ſe. Alter alterius onera portate. hanc nonnulli prolepſim locutionis plerunque appellant, & conſtructionis.

Sic profectò inſtes contra. In hac figura, uerbum uel adiectiuum diſcordat à nominatiuo, uel à ſubſtantiuo. ergo aliquod eſt uitium; ut nos lègimus: Tu Ciceronem, Ego Fabium. Verbum legimus, diſcordat à nominatiuo

Tu,

Tu,&Ego. Paucis aduerte docebo. Verbum non debet cum illis(Tu)& (Ego) congruere, non enim eorum uerbum est. Nam uerbum, uel totius adiectiuum, non est uerbum partiumve adiectiuũ; sed propter uerbum, uel adiectiuum totius, facilè quoque partium uerbum uel adiectiuum subauditur. Itaq; Nos legimus, Ego scilicet dic, Cicero rem lego, tuque Fabium legis. nihil ergo. Est aliud genus prolepsis locutionis, author est Diomedes, cui suffragatur Lancilottus. Primò fit, cùm id, quod posterius accedit, ante tempus annotatur & scribitur. Quale illud Verg. in primo Aen. Lauinaque uenit Litora. Lauinium nanque nondum erat, cùm Aeneas in Italiam uenit. Aliud eiusdem lib. 6. Vbi Aeneam compellat Palinurus dicens. Portusque re quire Velinos. Velia enim ante aduentum Aeneæ in Italiam nondum dicebatur, sed tantum Helia, ut ait Seruius Lucerna Maronis. Id enim Gellius corripit. uerum, non mirum in opere inemendato, & id parcè in paucis carminibus effecit Author.

Fit postremò prolepsis tribus in accidentibus. In Genere, cuiusmodi; Duo sibila mihi audita, unus subtilis, alter acutus. Aliàs in numero; Titus Liu. lib. 1. Principes utrinque pugnabant, à Sabinis Metius Curtius, ab Romanis Hostius Hostilius. Aliàs in persona: Cuiusmodi est illud apud Terentium in Adel Ego uapulando, ille uerberãdo, usq; ambo defessi sumus. Atq; hactenus de ꝓlepsi.

Vnius est uerbi ad diuersa reductio Zeugma,
Aut adiectiui. hæc nostris adiunctio fertur.
Iratus Rex est, Reginaque non sine caussa:
Id quoque Vergilius, Nihil hic, nisi carmina desunt,
Et tacet omnis ager, pecudes, pictæque uolucres.

Sensus est. Zeugma fig. quam nonnulli (Author est Lancilottus) eandem esse, quæ sylepsis, sed tantum nomine, atq ua modo differre. sed uidetur falsum, ut infra patebit. tunc fit, cùm plures sensus, pluresq; clausulæ uni connectuntur uerbo. Ea à Donato, & Diomede diffinitur unius uerbi conclusio, diuersis clausulis aptè coniuncta. Addit autem Diomedes, cùm duo, aut plura ad unam partem orationis iungenda referuntur. Itaque ut ordo textus pateat.

teat. Propter uerbum, uel adiectiuum congruè cum ali quo casu, aut substantiuo constructum, in altero, uel ver bum, uel adiectiuum facilè subauditur per zeugma. ut Quis legit? Ego. Hic, propter uerbum (legit) congruè debiteque constructum cum nominatiuo, Quis, insolitis nominis uerbique accidentibus, facilè inquam subauditur in altero nominatiuo, Ego, feci. exemplum adiectiui. Sum ita doctus, ut Tu. Hic pariter, propter adiectiuum (doctus) congruè constructum cum nominatiuo (Ego) subaudito: facilè intelligitur quoque doctus, in altero nominatiuo, Tu. idem his orationibns (tauri mei, & altilia mea occisa sunt: Carus est panis, & uinum: Non sunt sermones, neque loquelæ: Hebræi sunt, & ego) contingere, consentanea candidissimorum authorum probat, seruatque opinio. Vergil. Hic illius arma, hic currus fuit. Est ergo unius uerbi, aut adiectiui ad diuersa reductio zeugma. Hanc Fab. Quintil. lib. nono, Sinezeugmenon appellat, in qua ut idem ait, unum ad uerbum plures sententiæ referuntur. quarum unaquęque desideraret illud, si sola ponere tur. Dici prætereà porest latinè secundum Priscianum lib. xvij. adiunctio. A Cicerone uerò in Rheto. ad Herennium tum coniunctio, cum adiunctio appellatur.
Ab aliis quoque interpretatur iugatio, uel connexio, zeugma. Nam zeugnyo est iungo, zeusis, iugatio. Inde zeuteria iunctura. zeugma igitur adiunctio, uel con nexio probè. Estque nomen oppidi zeugma dictum: quoniam Alexander ille Magnus sibi pontem in Euphrate iunxerit. Quod Pli. lib. 34. his uerbis demõstrat. Ferunt quidam, & religione, quam id fieri, & extare aureã cathenam apud Euphratem amnem in urbe, quæ zeugma appellatur, qua Alexander Magnus ibi iunxerit pontem. Hactenus ille. dic qua de caussa ætas tẽporis multò præcedentis eandem esse, quæ syllepsis, censuit.
¶ Omnes plerunque sub specie ueri longè fallimur, quamobrem prima erroris caussà, Quòd utrobique plura eademque dissimilia supposita requiruntur; iuncta per copulam. Deinde, quòd zeugma eisdem in acciden-
tibus

tibus; in quibus, & Syllepsis, omnino conficitur, ut loco suo longius. Nostra uerò differre Zeugmam à Syllepsi cẽsura contendit. Qui? Cedo. Primo in Syllepsi attenditur dignitas. In Zeugmate propinquitas. Secundò, proprietas illic omnibus usque coniunctim attribuitur, copula collectiuè posita. Hic diuisim attribuitur, copula disiunctiuè collocata. Hoc autem est, In Zeugmate uerbum uel adiectiuum ita uiciniori respondet, ut singulis postea sit reddendum, nam una ibi proprietas diuersis attribuitur, uni expresse, alteri uero subauditè. In Syllepsi, ab uno uel uerbo, uel adiectiuo omnia cõcipiuntur: una etenim proprietas pluribus attribuitur æquè primò. Tertiò, Proprietas, quæ in Syllepsi continetur, necessario pluralis sit semper. Hic autem & pluralis, & singularis, pro suppositi qualitate, cui prius attribuitur, utique esse potest. Itaque si Grammatici Syllepsim cum Zeugmate iunctam censuere, nos tamen expediti à uulgi sollicitudinibus nostram tueamur opinionem.

Probat differentiam prȩter descriptionem, quam Diomedes tradit. Zeugma igitur eodem referente, est conclusio diuersis coniuncta clausulis. Cùm duo, aut plura ad vnam partem orationis referuntur connectenda, atque æquè coniungenda. Quidquid alii garriant, Diomede, Donato, Lancilotto, Niniuita, plerisque aliis ducibus. Zeugma à Syllepsi distinctum penitus usque profitebimur.

Dic clarius, quid est Zeugma? Vnius est proprietatis ad diuersa reductio, ad unum quidem expresse, ad alterum verò subintellecte. Vt Doctus est Magister, & Discipulus. Subauditur doctus est in secundo. Proprietas autem (ut dixi) uerbum, uel adiectiuum apud authores dicitur. Nota Illud Verg. in Buc. Sunt nobis mitia poma. Castaneæ molles, & pressi copia lactis. Si totum copulatum sit suppositum uerbi (sunt) Syllepsis est. Vt sit ordo, Mitia poma, castaneæ molles, & copia pressi lactis, quasi hæc, sũt nobis. numero conceptio est. At uerò, si ordo sit, Mitia poma, castaneæ molles sunt nobis, & copia pressi lactis, & nobis, quoniam in altero egregie subauditur proprietas. Zeugma

ma figura est. Claret igitur, unam eandemque orationem adiunctionem, uel conceptionem dici posse, diuerso tamen respectu.

Est autem Zeugma duplex. Constructionis, & locutionis. Quid est Zeugma constructionis? Quum una proprietas subiectis diuersorum accidẽtium attribuitur, uni per prius, & alteri per posterius, quæ tamen cum propiore cõcordat. Id est autem cũ proprietas expressa differt aliquo modo à subintellecta. hoc enim contingit quinque modis. Aliàs attribuitur diuersarum subiectis personarum. Vt ego lego, & tu, subaudi legis. Ego, & tu legis. Papin. lib. Achil. 1. Sordes uulgo Calydonius Heros, Nos quoque. Terent. In Heaut. Clinia seruulum suum misit, & ego nostrum Syrum. Horat. lib Epist. 1. Prudens dici delector ego, & tu. Idem in Arte. Tu quid ego, & populus mecum consideret audi. Alias attribuere diuersorum numerorũ subiectis: uelut, Romani pugnãt, & Annibal. Cic. Ad Brutum. Tum rationes, quas collegeras, tum authoritas tua, me à dolore nimio deterruit. Verg. Aene. libr. 5. Tutatur fauor Euryalum, lachrymæque decoræ. Idem in 10. Tympano uos, buxusque uocat Berecynthia matris Ideç. Alias attribuitur subiectis diuersorum numerorum tum personarum. Sicut Apostol. Ad Corint. cap. 11. contra pseudo apostolos. Hebræi sunt, & ego. Horat. Epist. 8. lib. 1. Vt tu fortunam, sic nos te Celse feremus. Cicero Ad Cælium. Miro desiderio me urbs afficit, & omnes mei, tuque in primis. Idem ad Appium, Mihi magnæ curæ est; ut tu ipse, tuique omnes scire possint, me tibi esse amicissimum. Alias diuersorum generum subiectis. Quale illud in Euang. in Sanct. Mat. cap. 11 Turbatus est Rex Herodes, & omnis Hierosolyma cum eo. Papin. lib. 2. Erant illi genitor, materque iacentis mæsta. Plin. Lib. 13. Rubrum, & totus oriẽtis Oceanus refertus est syluis. Alias diuersorum generum & numerorum attribuitur subiectis. Quale illud in Euang. in Sanct. Luc. Beatus uenter, qui te portauit, & ubera, quæ suxisti. Horat. lib. 1. Epist. 15. Mutandus locus est, & diuersoria nota. Proprietas cum viciniori congruere debet subiecto, Author est Seruius Honoratus In primo

Doctus erat magiſter, & diſcipuli eius. Sed hoc fuſius de
tribus Zeugmatis ſpeciebus uide.

Quid eſt Zeugma locutionis? Quando una proprietas
ſubiectis ſimilium accidentium attribuitur, uni quidem
per prius, & alteri per poſterius, cum quibus concordat.
Hoc eſt autem, ubi proprietas expreſſa nullo modo dif-
fert à ſubintellecta. ut Ariſtoteles fuit, & Plato. Subaudi
pariter fuit. Hi canunt, & illi. Sanus eſt pater, & frater. Se
det Petrus, & Paulus Iuuē. Nihil Rhombus, nil Dama ſa
pit. Quot requiruntur in Zeugmate? Quinque, ut Aldus
ait. Diuerſa ſuppoſita (ut cœli & terra) coniunctio ut (&)
proprietas, uerbum uel adiectiuum (ut mouendi ſunt) &
concordantia proprietatis cum uno expreſſe, cum altero
ſubintellectè, ut cœli, & terra mouenda eſt. Terra, & cœ-
li mouendi ſunt. Vt Zeugma aliud nihil ſit, ut ſuperior
monet pagella, quam diuerſorum ſuppoſitorum per co-
pulam iunctorum, uiciniori prius, remotiori poſterius
unam ad proprietatem annexio.

Zeugma fit per coniunctionem copulatiuam, diſiuncti
uam, expletiuam, & per aduerbia, ut ait Deſpaut. Primo
de coniunctione copulatiua. Iratus eſt Rex, Reginęque.
Secundo, de diſiunctiuo coniunctione. Vt ego ſoluam ti-
bi, uel pater meus. Tu facias, an ego, parum refert. Mari-
tus malus eſt, aut uxor. Quomodo differunt inter ſeſe hæ
tres coniunctiones? An, uel, & aut. Ita. An ſemper quærit,
& dubitat. Vel, & Aut, diſiungunt, id eſt alterum tantum
fieri, aut non fieri, ſignificant. ut quot ibunt mecum? duo
an tres? Hic quęrit. Neſcio an Paulus uiuat, an mortuus
eſt. Hic ambigit. Non liceret igitur in his orationibus
ponere uel, in qua re plerique laborant. Proinde eſto cau
tus pro ſermonis uarietate, nec hanc pro illa ponas, & cõ
tra. De quibus & Badius & Laurentius longe diſputant.
Dicentes, uerbis dubitationis, & inſcientiæ damus ſubiũ
ctiuum cum an: uerbis opinionis, & ſcientię indicatiuum
cum quod, & aut. Sic, pro primo. Neſcio an pater ſit Ro-
mæ, an ualeat, an uiuat, an uenturus ad me ſit. At ſi mutes
uerbum dubitationis, inſcientiæque in diſſimile aliud
uerbum. Sic. Scio an pater uiuat, an mortuus ſit. male lo-
quutus

quutus es. benè autem: Neſcio an pater uiuat, an mortuus ſit. pro ſecundo ſic, opinor quòd pater, aut mortuus eſt, aut grauiter ægrotat. dic ergo, Epicureus es, an Stoicus? Peripateticus ſis, an Academicus nihil refert. Philoſophus, aut Logicus quidem es. Ex quo iam patet, non eſſe interrogationem in aut, ſed in an. Interrogationem inquam contrariorum, qualis non eſt illa: Quid faciam? aut quid dicam? quid dicam? aut quid faciam? Inter hæc non ambiguus: ſed ipſa ambo ſimul ambigimus: ſecus in illa, Abeam, an maneam? De duobus.n. ita quæro, ut vtrum mihi faciendum, & utrum non faciendum ſit, dubitem. Ideoque non ſolùm interrogando, ſed citra interrogationem quoque utimur, an: ubicunque enim aliquid contrarietatis ineſt. Velut, dubito, an uiuat pater, an mortus ſit. Neſcio profectò, an magiſter uigilet, an dormiat uſque ad mediam noctem. Hactenus. Tertiò, de coniunctione expletiua: ea eſt, autem, vt perambulaui ego parum, tu autem ſatis. Vapulabis parùm, ego autem uehementer. Quartò, de exceptiua coniunctione: ut nullus legit, niſi ego: nullus te amat, præterquàm ego. Quintò fit Zeugma per pleraque aduerbia: uelut, ſtudes, ubi ego. Legis quando ego. Non ibis, nec ego. Tam ego te diligo, quàm tu me. clamitas, ſicut ego. Is, quò ego. Venis, unde ego. Tranſiuiſti, quà ego. Poſtremò fit zeugma per diuerſa tempora: Quale, Ditiores ſumus, quàm heri. fortior nunc uideor, atque tunc. Apoſto. Paul. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. ſubaudi uidebimus. Video te humiliorem, quàm cùm adoleſcens eſſes. ſupple uidi, &cætera talia.

Per quot caſus fit zeugma? per omnes, exemplum de Nominatiuo, carus eſt panis, & uinum. Cœli mouendi ſunt, & terra. de Genitiuo, neque patris miſereris, neque auxiliaris. de Datiuo, neque tibi nocui, neque iuui. de Accuſatiuo, neque te adorabo, neque ſupplicabo. de Vocatiuo, Salue Hyppolite non minùs caſte quàm vlla uirgo. de Ablatiuo caſu, ſic. Neque amica carere poſſum, neque ſine damno habere queo. fitque in tribus

 acciden-

accidentibus, In gen. num. & perſ. Quomodò fit in genere? Cùm adiectiuum applicatur generi viciniori, vt ſponſus, & ſponſa pudica laudatur. Quomodò in perſona? Cùm uerbum reſpondet uiciniori. Vt ego Maronem, tu Ciceronem, cæteri Fabium legunt. Quomodò numero? Cum uerbum, uel adiectiuum reſpondet uiciniori. Vt milites & tribunus fortiſſimè pugnauit, Priamus regnator quondam Aſiæ, & filii miſeri dolis lachrymisq; Sinonis ſuperbum regnum amiſerunt.

Aliud orationis Zeugmaticum genus obuiũ eſt, quod ex Laurentio lib. 3. elegantiarum, cap. 28. annotaui. vbi legitur, ſic, Adiectiuo, cùm prçcedit, debent obſequi ſubſtantiua; aliter uitioſum eſt. Id autem eſt (interprete Badio) & ſic Deſpauterius, ſic Marinus, ſentiunt. Quoties unum adiectiuum duo ſequuntur ſubſtantiua. Aut unum ſuppoſitum duo uerba. Aut unum obliquum duo regentia. Et utrique ſubſtantiuorum, uel uerborum, uel regentium, præponuntur huiuſmodi particulæ, uidelicet &, Tum, partim, aut, uel, ue, an nec, neque, ſimul, ſiue, conſimileſque, quæ ferè copulant ſubſtantiua in Zeugmate. Neceſſe eſt ambo illa ſubſtantiua illi adiectiuo: Ambo uerba ſuppoſitoq;: Ambo regentia obliquo in debitis accidentibus conformari: Sin autem fiat, erit incongruitas: quippe quæ tribus modis tolli poteſt. Primò, poſtponendo adiectiuum, ſuppoſitum, aut obliquum. Secundò, deponendo alteram particularum prædictarum. Tertiò, ponendo duo illa ſequentia, uel ſubſtantiua, uel ſuppoſita, uel obliqua eius accidentis ad congruitatem pertinentis. Exemplum de adiectiuo, ubi malè diceretur, Nulla eſt dicenda uirgo corrupta, uel mente, uel corpore. Egregiè autem ſic. Nulla eſt dicenda uirgo corrupta mente, uel corpore, omittendo alteram particulam, uel. Et ſic, Nulla eſt dicenda uirgo, uel mente, uel corpore corrupto. poſtponendo adiectiuum utrique. Et ſic. Nulla eſt dicenda uirgo corrupta, uel mente, uel carne: uel ſic, corrupto vel animo, uel corpore, ponendo illa duo ſequentia eiuſdem accidentis. i. generis ad congruitatem pertinentis.

tis. Similiter in diuersis numeris fit uariatio, manentibus iisdem terminis in eodem loco. Itaque malè diceretur. Nemo diues est, infirma, uel ualitudine, vel sensibus. At probè, sic. Nemo diues est, uel ualitudine infirma, uel sensibus. Vel sic, sensibus infirmis, uel valitudine. Vel sic, nemo diues est, uel ualitudine, vel sensibus infirmis. præponendo, uel postponendo adiectiuum. Et sic. Nemo diues est, infirma, uel ualitudine, uel mente. sunt eiusdem obliqua accidentis. Exemplum de supposito. non latinè igitur diceretur. Ego neque te amo, neque tu me diligis. Sed bellè sic, neque ego te amo, neque tu me diligis. Et sic, ego te non amo, neque tu me diligis. Et sic. Ego te neque amo, neque diligo. Exemplum de obliquo malè posito. Vt ego tibi neque nocui, neque iuui. Vbi ponitur obliquus (tibi) ante (neque) geminatum, & non conformatur vtrique uerbo, quia iuui tibi non latinè diceretur, ergo est incongrua oratio. Sed benè sic. Neque ego nocui tibi, neque iuui. Et sic. Ego non nocui tibi, nec iuui. Et sic. Ego neque nocui, neque iuui te. Et sic. Ego tibi, neque nocui, neque profui. Alterum exemplum de adiectiuo. Habes præstans, & ingenium, & formam, non latinè dictum est. Latinè sic. Habes, & ingenium præstans, & formam. Et sic. Habes ingenium, & formam præstantem. uel, præstans ingenium, & formam. & est Zeugma. Ita ineptè dixeris ingeniose lector (authore Valla) intelliges rem omnem, partim ex literis meis, partim tibi nuncius dicet. quia dicendum erat, partim ex literis meis, partim ex nuncio intelliges. Nec hoc. Tu nec faceres, nec ego permitterem. Dicendum nanque, Nec tu faceres, nec ego permitterem. Aut sic. Tu nec faceres, nec à me facere permittereris. Tota enim oratio dependet à prima dictione. Item, puto, tum ex superioribus literis te omnia intellexisse: tum ex his intelligere potes. At dicendum erat: Tum ex his intelligere posse. Item incongrua oratio est. Tu neque legis, neque abs te legere permittor. At verò

fic, tu neque legis, neque me legere permittis. Cicero uero in Philip. aliter locutus inuenitur, de adiectiuo, fic. Optima funt uel mente, uel uiribus. Verùm Agutus Grammaticus reiicit uitium in librarios, qui ita fcripferint. pro eo, quod effet, optima funt mente, uel uiribus. Vel fic optimis funt, & mente, & uiribus. Item, nemo fœlix eft, uel confcientia, uel membris affectis, uel, membris, & confcientia affecta. Caufla diuerfitatis, uelut Epitome Badiana inftruit, prędictorum eft. Quia dum illæ particulæ, fcilicet & nec, neque, aut, uel partim, bis ponuntur, ad fignificant ambo illa, quibus præponuntur, æqualiter ad antecedens refpicere. At femel pofitæ, permittunt aliud fubintelligi. vt corrupto corpore, & mente fubaudi corrupta. Itaque, aut quando adiectiuum, uel fuppofitum, obliquis poftponitur, Zeugmaticus fermo eft. Vt corpore, uel mente corrupta. In priori per fubintellectionem fit.

Species zeugmatis tam locutionis, quam constructionis quot funt? Tres. Prima, quando uerbum, uel adiectiuum in principio ponitur, ad quod fequentes conferantur fenfus. Hæc dicitur Protozeugma. Latinè zeugma à fuperiori. Exemplum, quando præcedit uerbum. Vt, vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. ubi in fecunda, & in tertia fubauditur uerbum (uicit). Verg. lib. 5. Aene. Accelerat fimul Aeneas, fimul agmina Teucrum. Idem, nunc tacet omnis ager, pecudes, pictæque uolucres. Item lego ego, & tu. Erraui ego, & tu. Et in facris literis. In Euang. Stabat Ioannes, & ex difcipulis eius duo. Erunt figna in Sole, & Luna, & in terris prefsura gentium. Venit Maria Magdalena, & altera Maria uidere fepulchrum. De adiectiuo. In facra pagina. Beatus uenter, qui te portauit, & ubera quæ fuxifti. Repletum eft gaudio os noftrum, & lingua noftra exultatione. Affumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi. Turbatus eft Rex, & omnis Hierofolyma cum illo. Dicitur autem Protozeugma à protos, quod eft primus, & zeugma reductio: quia proprietas,

prietas, uerbum, uel adiectiuum præcedit. dicitur etiam Hyperzeugma, ab Hyper.i.super.

Secunda, quando uerbum, uel adiectiuum in medio ponitur sensuum. & dicitur Mesozeugma, Latinè zeugma à medio. Exemplum de uerbo. Verg. lib. xi. Aene. Troiugena interpres diuum, qui numina Phœbi, Qui tripodas clarii Lauros, per sydera sentis; Et uolucrum linguas & præpetis omnia pennæ. ubi uerbum (sentis) tam in primis, quàm in ultimis rite accipitur. Musicus canit, & poetæ. Ego lego, & tu. Ego erraui, & tu. Tacitus. Mediocres poetas nemo nouit, bonos pauci. Idem. vitia erunt, donec homines. In sacris, Qui confidunt in domino, sicut mons Sion. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. de adiectiuo. Pater sanus est, & mater. Aristoteles optimus Philosophus, & Plato. In Sacris. Si radix sancta, & rami. Cœli mouendi sunt, & terra. Dicitur Mesozeugma à Meson, quod est medium. & zeugma. proprietas enim uerbi, uel adiectiui in medio sensuum ponitur.

Tertia, cùm uerbum, uel adiectiuum in ultimo loco ponitur, dicitur Hypozeugma, uel Histerozeugma. Latinè ab inferiori, uel posteriori. Exemplum de uerbo. Verg. in 6. Aeneidos. Principio cœlum, ac terras, camposque liquentes, Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque astra, Spiritus intus alit. Idem, Nihil hic, nisi carmina desunt. Terent. Id uiso, tu ne, an illi insaniant. Ouid. Quid, nisi secretæ læserunt Phyllida syluæ? Alexander. Non ii, sed reliquæ præeunt.

In sacris. Ego sicut fœnum arui. Horat. Tu quid ego, & populus mecum consideret audi. Cicero in Cat. Neque enim is es Catilina, ut te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocarit. Idem, Nihil te nocturnum præsidium palatii, nihil urbis uigiliæ, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus Senatus habentibus, nihil horum ora, uultusque mouerunt. Hic etenim omnes sensus conclusit uerbo mouerunt. Item, Diuitiæ inuidiam, uirtus gloriam parat,

Lactantius, undique fronde nemus, gramina flore flauent. In Euangel. Ioan. Non credis, quia ego in patre, & pater in me est. De Adiectiuo. Terentianus Dauus, Vtinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit. Terentianus Simo, Vxor, liberi inuenti sunt, me patre inuito. Cicero, Seruate liberos, fortunasque uestras. In sacris, Fratres de Ioseph fratre. Caro, & frater noster est. Dic similiter illud sex modis. de supra. scilicet, fleuit mater, & filius eius. Zeugma à superiori. Mater, fleuit, & filii eius. à medio. filii, & mater eorum fleuit. ab inferiori. Sic, fleuerunt filii, & mater eorum. à superiori. filii fleuerunt, & mater eorum. à medio. Mater, & filii eius fleuerunt. ab inferiori. Vel, Hypozeugma, ab Hypo, idest sub, quia proprietas subiungitur, uel postponitur. Vel Hysterozeugma. ab Hysteron, idest ultimum.

In Zeugmate propinquitas, non dignitas attenditur. Ceu, erraui ego, & tu. Ego erraui, & tu. Ego, tu quoque errauisti. Optimus pater, & mater. Pater optimus, & mater. mater, & pater optimus. Mutato quoque genere. Optima mater. proprietas igitur non nobiliori, aut digniori, sed uiciniori, ac propinquiori semper respondeat, ut inde singulis reddenda eadem sit. veluti, hic currus fuit, & arma. Hic arma, hic currus fuit. Hic fuit currus, & arma. Item, hic currus, & arma fuerunt. Hic arma fuerunt, & currus: hic fuerunt arma, & currus. in altero per subintellectionem, author est Valla.

At uerò sic contra conabere vitium obiiciens zeugmati nescio quod. Verbum (inquies) in zeugmate à nominatiuo discordare claret. Veluti, ego sicut oliua fructificaui. Ego sicut tu, erraui. Item, carus est panis, & uinum. ubi uerbum (erraui) à nominatiuo (tu). Adiectiuum (carus) à substantiuo (uinum) discordare, quis non uideat? Respondeo, tu quidem non rectè accipis: uerbum medinsfidius, uel adiectiuum illi in debitis respondet accidentibus, cui adhæret. Verbum igitur (erraui) non nominatiuo tu, neque adiectiuum (carus) substantiuo

tiuo(uinum)respondet. Sed illud nominatiuo ego, hoc ue ro substantiuo panis adhærere consentaneum, in altero propter expressum facilè subauditur. Quasi dicat, erraui, sicut tu errauisti. carus est panis, & uinum subintellige carum est. & quæcunque talis. Zeugmatica sit, Oratio.

Quando quod est partis, toti datur, & regit illam
In quarto casu, sextoue, Synecdoche habetur:
Alba manus, calet ille pedes, pedibus quoq; fertur:
Trunca manum mulier, collo seu candida collum:
Dic doleo cor, corde simul; uultumq; mouetur.

At uerò Synecdoche modo, quæ uti poetarum maximè propria (cæteri autem hoc Schemate authores perraro utuntur) sic nulla est, inqua manifestior, atque insignior Solæcismi species appareat. Cui igitur (ut aiunt) optimus dicendi magister usus nisi præsto sit, certe uix ul la ratio suppetias tulerit. Sunt atque pleraque uitia, author est Fabius Quintilianus, quæ non tam ulla ratione, quam usu, aut uetustate excusantur. Ordo est. Proprietas partis (hoc est nomen adiectiuum, ut cum participio suo uerbum passiuum, aut neutrum significans proprietatem, quæ tantum parti conueniat, idest, accidens in parte rei, non autem in tota re) sæpe denominat totum, & regit partem in accusatiuo, uel in abla tiuo, per Synecdochen. Exempla de adiectiuis, ut Aethiops albus dentes, uel dentibus. Aeger pedes, uel pe dibus. Decorus faciem, & facie. De uerbis, & participiis. Vt Doleo caput, uel capite. Tremo manus, uel manibus. Frangor brachium, uel brachio. Fractus membra, reiectis membris. Verum his alias uel uenemur sodes Synecdoches diffinitionem.

Quid rei Synecdoche constructionis, de qua meminisse intendimus? Attributio partis ad aliquod totum sub proprietate uerbi, uel adiectiui. Id autem est, cum partis proprietas accusatiui uel ablatiui casus alicui attribuitur toti, sicut, nuda genu. Ager depastus segetem. Sepes flo re depasta Salicti. flores inscripti nomina regum. Mulier trunca manum. Doleo pedem. Nota, quòd hæc figura in carmine potiusq̃ in oratione nulla pedũ lege coercita

 utimur,

utimur. Author est Honoratus Grammaticus in primo libro Aene. Oratores autem summopere, ceu elegantiæ, dicendique ornatus magistri, Synecdochen refugiunt: erit igitur tantum poetis concessa, quorum licentia larga satisque ampla est. utuntur ea nonnũquàm Historici, qui poetas in certo dicendi genere interdum imitantur. Vt Apule. lib. 1. Tremore inquit uiscera quatior. Titus Liu. At uerò Hannibal ipse dum murum incautus subit, aduersum femur tragula ictus cecidit. Pompo. Mela. Vltro corpora inquit infecti. De quo sic habet Argutus Grammaticus, In quo protinus admoniti simus; oratores summoperè Synecdochen refugisse; quale foret: gentē stridore horrendam; hirtam corporibus, oculis glaucam, Historici non refugerunt. ut Sall. Ex altera parte C. Antonius pedibus æger in prędio adesse nequibat. Cicero, Quintilianusque dixissent, Pedibus ægris. Nec dixissen t, doleo caput, doleo ilia, aut ilibus: Cesset enim Synecdoche, sed dolet mihi caput, & ilia tibi dolent. Nunquid, potens diuitiis, præditus honore, & id genus mille, suntne orationes figuratæ per synecdochen participio cum ablatiuo constructo? Nequaquam. Quidni? Quia Synecdoche (ut regula Vallensis monet) tantum ad animi, & corporis pertinet qualitatem, nihil uerò ad externa respiciens. Qualia forent. Doleo caput, Ornatus animum. Illud ad corporis, hoc uero ad animi pertinet qualitatem. Vnde Laurētius. In hoc uerbo (de doleo enim loquitur) & illud notandum est, quod de re extra nos posita, sicut de corpore nostro loquimur: Istud ueluti quod facis, dolet mihi: Vtinam doleret tibi: Vt apud Terent. Dolet dictum adolescenti pudenti, & libero. Et iterum. Si istud itidem doleret tibi, ut mihi dolet. Et in eadem comędia. Fac itidem, quod illi doleat. Quod nunquam per Synecdochen dicere possumus. Nam ego doleo istud, quod fecisti: qui sermo, ut superior apud authores est frequens. ut Sall. Quasi dolens eius casum, non enim est Synecdoche. Hæc enim figura tantum ad animi, & corporis qualitatem pertinet: nihil ad externa respiciens: qualia fuerunt. Doleo caput, doleo ilia, & hic, pulcher faciem, & ornatus animum. Ideoq; illa Synecdoche

doche non erunt: potens diuitiis, Grauis pietate, Dignus honore, prędıtus dignitate. Hæc pertinent ad extra animum corpus qualitatem positam, ut diuitiæ, pietas, honor, dignitas, & cætera talia. Hæc ille, & bene.

Quot sunt necessaria in Synecdoche, ut est figura constructionis? Profecto tria: totum, ut Aethiops, proprietas, ut Albus. pars, quæ sit accusatiui casus, uel ablatiui, ut dētes. Mulier nigra capillos. sic crine rubet. niger ore. breuis pede. Lumine læsus. Mulier flaua comas. Domina nigra oculos, omnes capit iuuenes. Vtuntur Synecdoche tā in quarto, quam in sexto casu, præcipue poetæ, proxime Historiographi, uix unquam oratores. Quorum omniū exemplaria, singulorum fidem eorum faciunt.

Synecdoche apud poetas. Verg. Omnia Mercurio similis, uocemque coloremque, Et flauos crines. Idem. Qui genus? unde domo? idest ex qua ciuitate estis? Ouid. Graius uterque domo. Verg. Expleri mentem nequit. Idem. Micat auribus, & tremit artus. Horat. læuo suspensi loculos tabulamque lacerto. Plaut. Sum pedes mobilis. Lucanus. Effusas laniata comas, contusaque pectas. Verg. Redimitus tempora lauro. Petrus Marsus super illud Silli. Nam cætera non latet hostis, idest per cętera. Idem, Quem post quam aspexit geminatus gaudia ductor. Idem. Truncatur membra bipenni. Verg. Oculos suffusa nitenteis. Sed de hoc quid sentiant, paulo inferius.

Synecdoche apud Historicos. Cornelius Tacit. Frigidus iam artus. Idem de Germanis. Tegumen omnibus fibula sagum, aut si desit, spina consertum: cætera intecti totos dies iuxta focum atque ignem agunt. Idem de fœminis. Nudæ brachia, ac lacertos Idem; cætera similes Batauis. Idem, Cætera similes uno differunt. Sueto. In Aug. Dalmatico etiam uulnera excepit. una acie dextrum genu lapide ictus: altera autem, & crus, & brachium ruina Ponti cō sauciatus. Idem in Caligula. Statura fuit eminenti, pallido colore, corpore enormi, gracilitate maxima ceruicis, & crurum: & oculis, & temporibus concauis, fronte lata, & torua, capillo raro; & circa uerticem nullo, hirsutus cætera. Pompo. Mela. Pontus longo, tectoq; limite extensus

sinuatus

simatus cætera. Idem, Sarmatæ totum brachati corpus, & nisi qua uident, etiam ora uestiti. Idem Corpora infecti. Idem, Pars nudi agunt, pars tantum obscæna uelati. Soli. Crinem tonsus est. Idem, Hirsuti comam facie tenus. Idē, Spinis tergum hispida. Idem, Hirti corpora caninis dentibus. Oppius de bello Aphrico. Brachium gladio percussus. In sacris, in lib 3. Reg. Doleo pedem, & in lib. 4. Caput meum doleo. In Hieremia. Ventrem meum doleo, & cætera talia.

Synecdoche apud Oratores uix inuenitur, præcipuè apud utraque latinitatis luminaria, Ciceronem & Quintilianum, hi nō dixissent, doleo caput, nec frigeo manus. Sed caput dolet. manusque frigēt. Author est Valla. Gel. lib. 6. cap. 10. Et caput & ora uelatus. Idem libr. 11. cap. 9. Lana multa collum, ceruicesq; circūuolutus. Apul. Iugulum istum dolui. Idem, Spiritu deficior, & genua quatior.

Idem, Dii boni, quales illic homunculi uibicibus liuedinis totam cutem depicti. Plin. Ipse uulneratus humerū & femur. Idem de phœnice, Aquilæ narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, cætera purpureus. Idem, Est & alia iris, cætera similis, & prædura. Sed quid hæc? Num cēsentur hi inter oratores? Minimè omnium, ut ait Despau. Sed potius mixti, & quasi omnigeni scriptores. eam igitur ob rem, qui Synecdoche oratoria per hos dicatur, profecto non apparet. Niniuita hæc.

Regitur accusatiuus partis per Synecdochē primò a nomine adiectiuo. Vt niger faciem, durus caput, saucius manum, similis faciem. Verg. in primo Aene. Restitit Aeneas claraq; in luce refulsit, Os humerosq; Dei similis. Idem in quarto Aene. Omnia Mercurio similis, uocemq; coloremq; Et crines flauos, & membra decora iuuentæ. Ouid. in lib. 2. Meta. Et glacialis hyems canos hirsuta capillos. Plaut. Pernix sum manibus, sum pede mobilis. Secundo à uerbo. Vt doleo caput. Frangor brachium. Verg. in lib. 3. Geor. Stare loco nescit, micat auribus & tremit artus. Idē, in lib. 1. Aen. Expleri mentem nequit, ardescitq; tuendo. Phœnissa, Idem in lib. 5. Flauaque caput nectentur oliua, Horat. Sat. 7. lib. 2. ser. Nasum nidore supinor. Postremo,

à par-

à participiis prędictorũ uerborũ, ut dolens uentrẽ, fractus mẽbra. Ver. Nuda genu, nodosq; sinu collecta fluẽtes. Idẽ in 4. Terq; quaterq; manu pectus percusa decorum Flauẽtesq; abscussa comas. Tibul. Hic iuuenis casta redimitus tempora lauro. Horat. lib. ser O fortunati mercatores grauis ãnis Miles ait, multo iã fractus mẽbra labore. Statius Trux puer, & nullo temeratus pectora motu. Ver. ĩ 4. Aen. Multa gemẽs magnoq; aĩum ĩabefactus amore. Idẽ de Didone. Vultũ demissa ꝓfatur. Et alibi, Nec magis incepto uultũ demissa mouetur. Nota diligẽs lector, ꝙ Seruius cũ quo, ponit Aldus quando accusatiuus mediãte noĩe adiectiuo sic regitur, Synecdochen esse concedit. ut mulier flaua capillos, & suffusa oculos nitẽteis, nulla Synecdoche, quia regitur mediante participio. Idem, mediante uerbo. ut mouetur uultũ. Hęc uerò sic, similis os, humerosq; Dei secus erit Græca figura teste Lancilotto. Queis Despauterius refragatur. Interpretamur commode huiusmodi sermones per uerbum habeo, ut uidi Pompeium abscissum caput, idest, habentem caput abscissum. Fractus membra, habens membra fracta. Percussa pectus decorum, percussum habẽs pectus decorũ. Pulcher faciẽ. pulchrã habẽs faciem. Amo Petrum nigrum oculis, id est, oculos habẽtem nigros. Ecce mulierẽ flauam comas. idest habẽtem comas flauas. Gratulor ornatis animum habentibus, hoc est omnium ornatum. Herba est longa radicẽ, radicẽ (dic) longã habens. Mouetur uultum. motum uultũ habens. Perfusus sanie uittas atroq; ueneno. Habens uittas perfusas sanie atroque ueneno. Expleri mentem nequit, idest, Expletam, idest satiam mentem nequit habere, amore.

Cum tria igitur (ut dictum est) sint genera authorum, Poetæ, Historici, Oratores. horum etenim unusquisque suas quasdam dicendi leges sibi uendicant. ut quod exempli gratia, Historici, sum uelox pedibus. uir durus capite. Oratores, sum uelocibus pedibus, uir duro capite: Poetæ ipsi suo quodam iure. Velox pedes, uir durus caput, multo libentius pronunciauerint. Non quòd his quibusdã astricti quasi cancellis, ultra quos citraq; cõsistere nequeant, sed quod nõ temere aliter effari cõsueuerint.

Dicto

Dicto iam de Synecdoche constructionis, alterum eiusdem figuræ membrum excussum oportet. qua de re quò faciliùs nostram accipias mentem, peto. Quid rei est synecdoche locutionis? Quando ponitur pars pro toto, aut totum pro parte. ut Octo animæ intrauerunt in arcā Noe. verè non octo animæ, sed octo homines. ibi ergo pars ponitur pro toto, anima scilicet pro toto homine. Item, Petrus est (dicimus) in cœlo. profectò non Petrus est in cœlo, sed anima eius. totum igitur pro parte. Aethiops albus dentes, pro quocunque dicitur Aethiope. Aut cùm ex uno plures, ex specie genus, ex parte totum, ex præcedentibus sequentia, uel cùm contrà intelligimus. Est pariter alia synecdoche, quæ est pleni significatio intellectus capax, cùm plus, minusve pronunciat. aut enim pars tota parua de parte cognoscitur. ut illud Vergilianum in primo Aen. Puppesque tuæ, pubesque tuorum. à puppibus enim naues significat, à pube uerò iuuentutem omnem. Aut cùm pars de toto. Idem. Ingens à uertice pontus in puppim ferit. Nos enim (ut ait Seruius Lucerna Maronis) totum pelagus, sed pars pelagi ferit in puppim. Item, Fontemque ignemque ferebant. pro parte totum.

In hac figura ualet plurimum (author est Fabius Quintilianus) illa numerorum libertas. Nam & Titus Liuius sæpe sic dicit. Romanus prælio uictor. Et Verg. Hostis habet muros. Idem, Armato milite complent. Dux uenatur multo cane. Pro Romani uictores. Hostis, pro hostes. Milite pro militibus. multo cane, pro multis canibus. Verg. in 5. Medioq; ex hoste recepi. Plus enim intellectu singularis, quàm comprehendit numerus pluralis. Plerunque contrà. Cicero ad Brutum, Populo (inquit) imposuimus. Et alibi, Oratores uisi sumus, cùm de se tantum loqueretur. Sed de hoc satis abundè supra in Euocatione. Illud quoque dicendi genus peculiare omnibus, id autem esset. Turca, uel Maurus, non militat sub fide Christi: non pro uno tantum sermo, sed pro omnibus est. Gallus liberalis. Carthaginensis vafer. Romanus generosus. Saccensis loquax, plures ex uno intelliguntur. Item contrà,

trà, Romani gloriosissimi. Hyspani bellicosi. Tellus Sici liensis opima. Troia inclytissima. tamen non omnes Romani gloriosissimi. nec Hyspani bellicosi. nec tota Sicilia opima, nec tota Troia inclytissima, verùm pro maiori parte loquimur. Sic Verg. in Buc.

Aut Atarim Partus bibet, aut Germania Tygrim.

Synecdoche à Cicerone in li. 4. Rhetor. ad Heren. dicitur intellectio. Hæc autem quidem satis.

Synthesis, est sensu constructio congrua, uoce
Discordans: pedibus pars plaudunt, ut Maro dixit.
Pars in frusta secant, uerubusq; trementia figunt.
Turba ruunt in me, loquitur sic turba uirorum.
Rem magis inspiciunt, quàm uocem sæpe Poetæ.

Synthesis primum omnium (referente Lancilotto) est nomen uestis, & uasis. Vnde Sueto. in Nerone. Plerunq; synthesim indutus ligato circa collum sudario prodierit in publicum. Ea nanque ueste utebantur in Saturnalib. illis diebus, exuebant togam, & synthesi utebantur. Marti. Synthesibus dum gaudet eques, sanctusque Senatus. Idem in Zoilum. Et mutata tibi synthesis undecies. Hinc synthesiatus, qui illam induitur. Vas quoque esse significatur à Statio lib. 4. Vnam mittere synthesim, quid horres? alborum calidum, atque cacaborum. Est synthesis figuræ nomen constructionis: de qua, diligentia qua potero maxima, nihil à ueritate secedens, in hac parte quæram. Sensus est igitur. Oratio plerunque sensu congrua est, non uoce, per synthesin. Sicut, pars plaudunt. Turba ruunt. Populus currunt. Turba strauerunt uestimenta sua. vbi congruè dicimus sensu, aut intellectu. Populus enim, Pars, & Turba, significant simul multos: itaque per significationem sunt pluralis numeri. At uerò uoce tales orationes profectò incongruæ sunt: nam populus, pars, & turba secundum uocem, singularia sunt. Nec nobis omnes orationes per synthesim licitæ sunt, nisi in Poematis, & historiis, & quidem tunc cauendum, ut nequid nimis. Magister autem eloquentiæ Cicero cum Quintiliano, nec unquam ferè usi sunt, Gellius uerò, Apuleius, & Plinius, qui non Oratores haberi omnimodè censentur, utun

tur

tur quandoque synthesi, licèt rarò. Nonnulli tamen neo tericorum epistolarum compositores, ut Philelphus, Lãcilottus, cum Politiano in sermonib. quotidianis eãdem figuram admittunt. Quos ipse in Epistolis non habeo. id etenim apud Ciceronem rarissimè, ac parcissimè factitatum inuenies. perparcè igitur si fiat, non uituperauero, secus exosum habebo.

Quid rei est synthesis? Proprietatis attributio uni subiecto, uel plurib. copulatis, non gratia uocis, sed significati. ut quando nomen collectiuum, uel distributiuum singulare uerbo, uel adiectiuo plurali redditur. Id autem quoties fiet, solæcismus erit, nisi aliqua excusetur ratione. Quid igitur garris inepte Grammatista, figuram non esse uitium ratione excusatum? quid hoc, Turba currunt? uitiosa oratio. Dicitur autem synthesis à syn, idest con; & thesis, quod est positio. Hoc est igitur, gratia significati compositio, uel constructio. Vel à syntithimi uerbo Grҽco, quod est compono, uel construo. At uerò si Prisciano credimus, symptosin nominemus æquè pariter scribamus, nam (inquit) & σύμπτωσιο, à Græcis dicitur, à sym, id est con, & ptosis casus. quasi concidentia casus. Symptosis ergo penult. prod. Synthesis autem pen. cor. Exempla hæc. Verg. in primo Aenei. Pars in frusta secant, uerubusque trementia figunt. Idem in lib. 7. Aen. Pars in gramineis exercent membra palestris. Contendunt ludo, fulua, & luctantur arena. Pars pedibus plaudunt, choreas, & carmina ducunt. Ouid. in lib. 11. Meta. Pars torquent silices. Plaut. in Mustellaria. Sed magna pars hanc moram induxerunt. In quibus orationibus pars ponitur pro alii. Horat.

Iactamus iam pridem omnis te Roma beatum. pro omnes Romani. Apul. Ingens hominum frequentia conuenere. hoc est, homines frequentes.

Synthesis fit primò respectu nominatiui cum uerbo (fit etenim per omnes concordantias) Id autem contingit duobus modis. Aliàs ergo ratione nominis collectiui. Exempla hæc collegimus. Statius. En utraque gentis turba rogant. Tacit. Pars Armeniã eunt. Hor. Iactamus iã

pridem

pridem omnis te Roma beatum. Apul. in Flo. Ingens ho minum frequentia conuenere. Verg. Pars in frusta secãt, ueribusque trementia figunt. Idem, Iam Romana iuuen tus conueniunt. Pro Romani iuuenes. Et in sacris literis id idem plerunque contingere liquet. Vt Omnis Israel plangebant eum. hoc est autem, Omnes Israelitæ. Omnis Israel incircuncisi sunt. Sepelierunt eum omnis cognatio. In Psal. Iubilate Deo omnis terra. hic pro contentã re continens est, quasi terrigenæ omnes. Vniuersum semen Iacob glorificate eum. Idest omnes ex semine Iacob. Synagoga potentium quæsierunt animam meam. Congregatio. n. Synagoga. Attendite popule meus legẽ meã, inclinate aurem vestram in uerba oris mei. Audite legem meam plebs mea. Item, Domus Israel benedicite domino, domus Aaron benedicite domino. Domus Leui benedicite domino. Aliàs, ratione nominis distributiui. Et signi particularis, quod tamen ad plures referatur. Tacitus. Pedes uterq; dexteras miscuere. Pedes, nomen est singulare, non ab eo, quod est pes, dis. Sil. Pro se quisq; alacres capite hoc decus. Quisq; signum est particulare, & refertur ad plures. Sic Sueto. Pro salute quisq; pecunias contulere. Ouid. Artis & ingenuæ cultor uterq; sumus. Philel. in Epi. Vter filuimus. Ang. Polit. in Epi. Vterq; rogamus. Ouid. Quò ruitis? vestras quisq; redite domos. Plaut. Vterq; deluduntur miris modis. Ouid. Partisq; dedere oscula quisq; suæ. Sall. in Bel. Iug. Vterq; insaniũt. Tacit. Leuissimus quisque Gallorum, & inopia audax, duræ possessionis solum occupauere. Titus Liuius ab urbe. Vbi spectacula quisque sibi facerent. Ennius, Pro se quisque uiri summa nituntur opum ui. Titus Liuius. Pro se quisque alacres sternunt. hæc enim defendi similiter possunt per Prolepsim implicitam, quale illud Vergil. in sexto. Quisque suos patimur manes. Hoc est (authore Seruio, & Badio) nos patimur, & quisque suos patitur manes. Historici, ac poetæ hac utuntur synthesi, quandoq; quidem sic, quandoq; quidem nõ. Vt Sil. Aequor quisq; suum sequitur stridente procella. Liuius in totius pfatione operis. Pro se quisq; certat euadere.

re. Prop. Naturæ ſequitur ſemina quiſq; ſuæ. At illud rariſ ſimum eſt. Vt illud Terent. in Adel. Aperite aliquis veſtrũ oſtium. Plaut. Aperite aliquis oſtium, ecquis eſt hic iani tor. In his Donatus, aliquis (inquit) uim habet pluralẽ, quamuis ſingulariter dicatur: non enim (ratio eſt) eſt niſi de multis aliquis. Plaut. loquere uter, meruiſtis pœnas. parciſſimè, & ferè nunquam ſic loquere.

Syntheſis fit ſecundò in adiectiuo, & ſubſtãtiuo. Quot modis contingit? Quinque, author eſt Deſpauterius.

Primò etenim ſyntheſis eſt, ratione ſubauditionis. ut Præneſte ſub ipſa. Subaudi urbe. Prę neſte enim nomen eſt ciuitatis (teſte Lancilotto) neutri generis. Item Albula pota, ſubaudi, aqua. Albula, ideſt Tybris. Ouid. in libr. 4. Faſto. Clauiger, & tanto eſt Albula pota Deo. Martialis uerò maſculinè dixit lib. 11. Cui rector aquarum Albula nauigerum per freta tendit iter. Sic Allia, fluuii nomen, Lucanus lib. 7.

Et damnata diu Romanis Allia faſtis.

Item nomiua complura inueniuntur fluuiorum fœmi nina: quia per hanc regulam intelligitur (à qua) nos tan tum inuentis utamur, non autem inueniendis. Item, No mina fabularum ſunt fœminini generis per hanc regu lam, quæ forſitan non eſſent, niſi ſubaudiretur (fabula) uel (comœdia) uel (tragœdia) Vnde Antonius Nebriſſen ſis negat in alio locari genere. Vnde Terentius in Prolo go Eunuchi. Fas ſe non negat perſonas tranſtuliſſe in Eu nuchum ſuam. Subaudi comœdiam, uel fabulam. loqui- tur ſic Quintilianus. Varii Thyeſtes cuilibet Græcorum comparanda eſt. ſubaudi comœdia. Iuuenalis contra. Scriptus & in tergo necdum finitus Oreſtes. Hic ad homi nem reſpexiſſe uidetur, non ad fabulam. Sic quoq; Sue to. Interrogatus Auguſtus, quid Aiax ſuus ageret, dixit eum in ſpongiam incubuiſſe. fuit Aiax comœdia, uel po tius tragœdia, quam de Aiace componebat Auguſtus. Item Nomina nauium ea ſimiliter lege fœminina poſ- ſunt eſſe, quæ non eſſent. Verg. in 5. Aene. (ubi ſimiliter Honoratus Seruius hanc regulam declarat) Centauro in uehitur magna, ſubaudi naui. uix tamen auſim (Centau-

ro

ro magno, pro naui. Huc igitur etiam urbium gemmarumque nomina reduci facilè poſſint cum figurarum nominibus, & quæcunque talia. Verg. lib. 7. Aene. Quique altum Pręneſte uiri. hoc igitur Præneſte, uel hæc (teſte Seruio) ſubauditionis ratione. unde idem in lib. 8. Aene. O mihi præteritos referat ſi Iuppiter annos. Qualis erã, cùm primam aciem Præneſte ſub ipſa Straui. Iuuen. Quis timet, aut timuit gelida Præneſte ruinam? Item Anxur, urbs eſt Italiæ dubii generis, authore Priſciano. Horat. Impoſitum latè ſaxis candentibus Anxur. Martialis uerò aliàs. Lætus & æquoreis ſplendidus Anxur aquis. ſic oppidorum quorumque nomina. ut manſi ſub ipſa Tauromino. Sub ipſa Agrigento ſcripſi hæc. Vidi Petrum Drepano ſub ipſa. ſubaudi, urbe. perlegi totam Eunuchum. ſubaudi comœdiam. Agimus de ipſa zeugmate. ſubaudi figura. lucidam Pyropum, ſubaudi gemmam, & cætera talia. Aliàs fit ſynthesis diſcernendi ratione ſexus. ut Auienus. Anſer erat quondam ſpecioſo germine fœta. Plaut. Audiui ſępe hoc uulgo dicier, ſolere Elephantum grauidam perpetuos decem eſſe annos. Vbi, fœta, & grauida ſubſtantiuè ponuntur. Verg. Non inſueta graueis tentabunt pabula fœtas. Idem, fœto pecori. Contingit autem in nominibus Epicœnis. Nomen at uerò Epicœnum eſt, quod ſub uno articulo ſignificat utrunq; ſexum. & id nominibus animalium, in quibus ſexus diſcretio non facilè diſcernitur. ut in nominibus auium, ueluti Aquila, Paſſer, Anſer, Pica, Picus. Pſittacus, Olor, Philomela, Struthio, Turdus, Coturnix, Merula, Achantis, Perdix, Otus, Niſus, Miluus, & cætera talia. Gallus autem, & Gallina Epicœna non ſunt, in eis quidem ſexus facilè cognoſcitur. Si autem ſexus abeſt, Epicœnum nomen non dicitur; qualia, pulex, apes, muſca, & anguilla. Item Epicœna ſunt piſcium nomina, ut Balena, cetus, murena, ſepio, & cætera talia. Item nomina ferarum, in quibus ſexus difficulter cognoſcitur, ut Vulpes, muſtella, cuniculus, & cętera talia. Ad diſcernendum igitur ſexum, dicimus. Cycnus mas, Cycnus fœmina. Ouid. libr. ſecundo de

arte aman. Inuenit in media fœmina piscis aqua. Varro (author est Fabius) lupus fœmina, dixit. licèt dicatur modò lupa, sic vrsus, ursa. leo, leæna. quæ epicœna non sunt. Aliàs synthesis fit, ratione nominis collectiui. Gel. lib. primo cap. 23. Ad Senatum postridie matrumfamilias caterua lachrymantes, atque obsecrantes orant. Liuius primo ab urbe. Maxima pars ab equitibus in flumen acti sunt. & lib. quinto. Pars per agros dilapsi, pars urbes petunt finitimas sine ullo duce. Sall. in Iug. Maxima pars uulnerati, aut occisi sunt. Cornelius Tacit. Magna pars saucii, aut palantes in montem Vocerium perfugere. Vergil. Pars hominum ualidi turres, & mœnia scandunt. Idem. Pars mersi tenuere ratem. Titus Liuius. Magna pars in agrum delati. Vergilius lib. septimo. Pars arduus altis Pulverulentus equis furit. Papin. Tacitis huc gressibus acti Deueniunt peritura cohors. Vergi. Hic manus ob patriam pugnando uulnera passi. In sacra pagina. Turba hæc, quæ non nouit legem domini, maledicti sint. Item, Sedit omnis multitudo in arca templi trementes propter hyemem præsentem. Aliàs ratione nominis distributiui. Ouid. Vtraque formosę Paridi potuere uideri. Idem, In magnis læsi rebus uterque sumus. Idem, Implicitis laqueis nudus uterque iacent. Scilicet Mars, & Venus. Horat. primo Ser. Legati missi magnis de rebus uterque. Corn. Tacit. Tum intimus quisque liberorum uincti, abreptique. Idem, Eo suffragio turbidissimus quisque delecti. Aliàs Abstracto gratia concreti adhæret adiectiuum. dico autem abstractum, uniuersale, ceu albedo, nigrego. Concretum autem, particulare, ut hoc nigrum, hoc album. Terent in Eunu. Scelus postquam ludificatus est me. Idem, Vbi illic scelus est, qui me perdidit. hoc est, scelus, summè scelestus. ad rem, non ad personam respexit (teste Donato) Scelus enim uniuersale. Aliàs, secundum plerosque, ad exprimendam perpetuam rei naturam alicuius. Quale, Triste lupus stabulis. uerùm duo sunt substantiua, Triste igitur, id est res tristis. Verg. in Buc. Dulce satis humor. Quale sopor fessis. pro res dulcis

cis est. & qualis res est, ut docet Honoratus Ser. Aliàs propter participium. Vt coluber factus mystica uirga. pro facta. At si inueniatur oratio, in qua factus, cta, ctum, participium concordet inter duo nomina situm cum cõsequenti, ea quidem uix imitanda oratio est. ut Virga Moysi est factus coluber, rectius dixisset facta. Atqui pro huius orationis perfecta intelligentia hanc regulam penitus consideres.

Nunc autem præsto, quid inter adiectiuum nomen, & adiectiuum participium intersit, excutere. dico enim adiectiuum nomen. ut rudis, rude. contemptus, a, tum, & quodcunque tale pronomen. ut meus, tuus, suus, noster, & uester. Adiectiuum uerò participium à uerbo productum uocatiuo, substantiuo, aut eius uim habente (de hoc enim tantum regula est) ut habitus, creditus, dictus, appellatus, factus, & eiusdem farinæ alia. Hoc intereit. Nomen adiectiuum, & pronomen adiectiuum situm inter duo fixa, ac interposito uerbo substantiuo, tum nomen adiectiuum, uel pronomen respondebit sequenti. Quale, Asinus est rude animal. Da duo fixa, uel substantiua. Asinus, & animal. Da adiectiuum. rude, quod conformatur sequenti. Vinum est meus potus. Da duo substantiua. vinum, potus. Da pronomen adiectiuum, Meus. quod æquipollet ritè sequenti.

Adiectiuum uerò participium inter duo substantiua positum respondebit in debitis accidentibus, præeunti. Quale est, Aqua est facta uinum. Da substantiua. Aqua, uinum. Adiectiuum participium quod? facta, quod cum præcedente bellè conuenit. Petrus est habitus mancipium. non habitum. Ioannes creditus est fœmina. Vir dictus est uxor. Margarita appellata est Scortum. Verum si dicas, Asinus est contemptum animal. probè sic. Ibi enim, nec adiectiuum participium à uerbo uocatiuo est. dic ergo, liber est res empta, uel empta res. Erit igitur regula horum participiorum. Vbicunque participium uocatiui, substantiui, aut uim eorum habentis inter duo situm erit substantiua, confor

matur præcedenti, ut supra. At uerò si utrique postponatur substantiuo, potest utrilibet eorum respondere. Pro primo igitur sic. Dominus factus est mancipium. Maritus creditus est fœmina. Aqua facta est uinum, verbum factum est caro. Pro secundo complura virorum exempla extant. Titus Liuius libr. sexto quartæ decadis. Ludos Megalensia appellatos. Apul. lib. Meta. Fortissimum socium nostrum prorsus belluam factum. Idem in eodem. Ego infœlicis rapinæ præda, & mancipium effecta. Plin. lib. 2. cap. 5. Puteoli colonia dicearchia dicti. Iusti. lib. primo de Semiramide. Sexum mentita, puer credita est. Ouid. Tunc procul absenti cura futurus eris. Ioan. in Euang. Et Verbum caro factum est. In his præcedenti semper obuium est. Hæc uerò contra. Titus Liuius primo ab urbe. Gens uniuersa Veneti appellati. Idem lib. nono tertiæ decadis. Ludi fuerunt Megalensia appellata. Mar. Cicero. de Diuinatione. lib. 2. Non omnis error stultitia est dicenda. Idem, Video amicitiam nostram inimicitias factas. Ioann. in Euange. Nuptiæ factæ sunt in Cana Galileæ, cap. 2. Vbi Dominus Iesus ait. Haurite nunc, & ferte Architiclino. Et tulerunt. Vt autem gustauit Architiclinus aquam uinum factum. ueteres autem habent codices (aqua) in ablatiuo, & quidem benè, ut sit Ordo, uinum factum aquam, nanque ex aqua.

Postremò synthesis est in Relatiuo, & antecedente, contingit autem quinque modis. Aliàs, pro sexus discretione. ut Passer, quæ incubat ouis. Miluus fœta, quę fœtus alit, uiuit ex rapina. Aliàs, ratione subauditionis. Ceu diffinitiones logicæ, de quibus Porphyrius in prædicabilibus ita. Species est, quod prædicatur de pluribus differentibus numero, tantum in quid. Item, Differentia est, quod prædicatur de pluribus in quale. ut rationale. nam si rogem, qualis Plato? rationalis respondebis. In quibus. subaudi prædicabile, uel uniuersale. ut sit sensus, Species, uel Differentia est prædicabile, uel uniuersale, quod prædicatur de pluribus in quid, uel in quale. Huc accedunt nomina urbium. & prorex est Panormi,

normi, quæ fœlicissima est. subaudi. urbs. Aliàs, ratione nominis collectiui. Quale illud apud Apul. lib. 4. Meta. Tunc uulgus ignobile, quos inculta pauperies sine defectu ciborum tenuato uentri cogit sordentia supplementa, & dapes gratuas quærere, passim adiacentes epulas accurrere. In sacra pagina, Domus Israel sperauit in domino, adiutor eorum, & protector eorum est. In Euang. Reges gentium dominantur eorum. Multitudo hæc magna conuertetur in minimam gentem, quoniam eos dispergam. Item, Congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos. Ioan. in Euang. cap. 8. Et omnis populus uenit ad eum, & sedens docebat eos. In Genesi cap. 15. Scito prænoscens, quòd peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subiicient eos seruituti. Terentius in Eun. Qui habet salem, quod in te est. Quod]id est quæ res, teste Donato. Sall. in Iug. Bel. Tanta commutatio incessit, ut ex magna inuidia in gratiam, & fauorem nobilitatis Iugurta ueniret: quorum pars spe, alii præmio inducti. Idem in Catel. Interea seruitia repudiabat, cuius initio ad eum maximæ copiæ concurrebant. Cuius, singulare est, & ad rem retulit, ut sit sensus, Cuius rei scilicet seruitiorum. Aliàs, ratione nominis distributiui, ac signi particularis, quod ad plures refertur. Terent. Si quisquam est, qui placere studeat bonis quamplurimis, & minimè multos lædere; in his enim Poeta nomen profitetur suum. In Genesi. In die, qua creauit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam fecit illũ, masculum & fœminam creauit eos: excusatur, quia copulatum præcedit masculum scilicet & fœminam. nam si (eum) dixisset, utique primum hominem Adam patrem nostrum Hermaphroditum crederemus. Aliàs, quando relatio fit ad abstractum pro concreto. Terent. Vbi illic scelus est, qui me perdidit. pro (scelestus) dictum est. Postremò ipse quoque synthesim fieri dixerim attribuendę proprietatis gratia. In sacris. O Radix Iesse, qui stans in signum populorum, super quem continebunt Reges os suum, quem gentes deprecabuntur, ueni ad liberandum nos, iam noli tardare. O clauis Dauid, & sce-

ptrum domus Israel, qui aperis, & nemo claudit: claudis, & nemo aperit: ueni, & educ uinctum de domo carceris, sedentem in tenebris, & umbra mortis pro aduentu Iesu Christi. Atque hæc, omnia complent.

Quæ per(&)aut socias iungo, dant ritè ualorem
Pluralem. Sic cum pro coniungente repostum.

Conceptionis parasceue, syllepsis inductio, hæc iacta fundamenta oportuit, ut inde facilius adcessum ipsius rei culmen aditus patefieret. Ordo autem, Omne copulatum per & copulam, atque, ac, & per quod tale est, uel per præpositionem (cum) pro &, ualet pluralem dictionem. Exemplum. Ego & tu] idest, nos dicunt. Tu & iste] idest uos. Petrus, & Paulus] hoc est illi. Itaque uerbum, uel adiectiuum, uel relatiuum pluralis numeri sequi debent. Ego & tu legimus. Tu, & iste, quos uideo, studetis. Petrus ac Paulus, diuites, ac literati sunt. Vergilius, & Ouidius doctissimi fuerũt. Aut cũ præpositione(cum)pro & Ego tecum currimus. Magister cũ discipulo docti. Plato cum Aristotele sapientes. At uerò rectius, & usitatius. Ego tecum curro. Magister cum discipulo doctus. Plato cum Aristotele sapiens. Berta cum Margarita pulchra est. secus est, pulchræ. habesne hoc præcepto usum quem uirum? Ita: Horat. in arte. Tu, quid ego, & populus mecum desiderat, audi. Verùm nostræ præceptioni sic instes. In sacra pagina, In Euange. est illud, quod dominus Petro dixit. Beatus es, Simon Bariona: quia caro, & sanguis non reualauit tibi, sed pater meus, qui est in cœlis. Et in uete. Testa. Et factum est uespere, & mane dies unus. hoc, & illud copulatum uerbum tamen singularis numeri admittit: non satis igitur egregiè constat ratio tua; quid ais? Nota, quòd copulata rẽ diuersam significare debent, non unum constituentia. Hic. n. copulata unum constituunt, ut uespere, & mane unum diem, carnem & sanguinem hominem constituere clarum est. Ideoq; dicendum putem, Anima, & corpus est unus homo. Huc igitur accedũt, Quod moralis Cato instituit, Legere,

gere,& nō intelligere, est negligere. Quodq; Athanasius in Symb. Nā sicut anima rationis,& caro unus est homo: Ita Deus,& homo vnus est Christus Iacet argumentum, atsi quid aliud obiiciendum restat, perge: alioquin inceptum prosequar,

Dictum putes (cum) præpositionem pro &, pluralem habere ualorem, si quos illustres authores habes ea de re citatos exoptem. Habeo. Oui. Ilia cum Lauso de Numitore sati. Quasi Ilia & Lausus sati de Numitore. Apul. li.3. de equo suo. Præclarus ille uector meus cum asino capita conferant, in meamq; perniciem illi consentiunt. Idē lib.10. Postquàm finitum est illud Paridis iudiciū, Iuno quidem cum Minerua tristes, & iratis similes à scena redeunt, indignationem repulsæ gestibus professæ. Verg. in 2. Aen. Diuellimur inde Iphitus,& Pelias mecum. de quo infra. Idem lib.1. Aen. Cana fides,& Vesta: Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt. Patet ex his (cùm) pluralem habere ualorem, verùm minùs vsitatè: Latinè magis ac concinnè cum Alexandro dicam, tu mecum iustè debemus iura tenere. At uerò concinnius, tu mecum debes tenere. Petrus cum Paulo studet.

Bifariam &, atque, coniunctiones copulantes solent in usu accipi: Primò, coniūgunt dictiones,& eo modo data est regula conceptionis, idq; dupliciter contingit; aut per figuram Asyntheton: ea enim oratio est sine coniunctionibus necessariò subauditis. Quale, Alii naualibus ite, ferte citi ferrum, date tela, impellite remos. Et ueni, uidi, uici. Ede, bibe, lude. Terent. Dum ætas, metus, magister, prohibebāt. Item, Iustitia, prudentia, fortitudine me superasti. Cicero contra concionem Metelli, author est Fabius lib.9. Qui iudicabantur, eos uocari, custodiri, ad Senatum deduci iussit. Titus Liu. lib.1. ab vrbe. Palatinum Romulus, Remus Auentinum ad inaugurandum tēpla capiunt. Flor. Hoc Scipio de Annibalis, Annibal de Scipionis exercitu prædicauerunt. In sacris literis, in commune sanctarum mulierum, R. viii. Regnum mundi, & omne ornatum sæculi contempsi propter amorem domini mei Iesu Christi; quem uidi, quem amaui, in quē

 credi.

credidi, quem dilexi. Dicitur autem Asyntheton, latine, incompositum. Aut per figuram Polysyntheton. Hæc.n. oratio est multis connexa coniunctionibus. Quale illud Vergilianum in lib. 2. Aene. Athamasq., Thoasque, Pelidesque Neoptolemus, primusque Machaon. Et ego, & petrus, & Paulus currimus. Verg. O qui res hominumq; deorumque Aeternis regis imperijs. Secundo, Coniũctiones prędictæ non dictiones, sed orationes iungunt, æqueque copulant. ut Alexander dixit, tertius, & sextus habet is. Sensus est, Tertius habet is, & sextus habet is. Aliquando intelligitur, Apud iuuen. Nil Rhombus, nil dama sapit. Nihil magister, uihil discipulus sapit, Petrus primus, & paulus secundus uenit. Hoc modo coniunctio non habet pluralem ualorem, sicut cum dictiones connectit, nec unquam fere conceptionem facit iungendo orationes, atqui Zeugma, namque cum dicitur, & maritus, & uxor amat. in priori subauditur proprietas (amat) ergo Zeugma. at illud contra. Ego & tu legimus, magister & discipulus currunt. Conceptio est dictionum nexu.

Quid interest inter (Et) & (quod?) Hoc. Et ponitur in medio, aut nominum, aut uerborum duorum. ut, Ego & tu legimus, Amo Petrum & Paulũ. Deum amamus & colimus. Præterquam in carmine. Verg. Thestyhis & rapido fessis messoribus æstu. Ordo autem, Et Thestylis. Idem in lib. 1. Aene. A tergo & longum per ualles pascitur agmen. ut sit sensus Et à tergo, authore Donato. Alias, &, pręponitur, ubi tamen geminatur, ut, te admirantur & ciues, & hospites. Excelleus & Theologus, & Orator. Te & amat, & fouet. Cicero, Sustulimus manus & ego, & Balbus. hæc habet coniunctio. Et quod, uero semper fere postponitur. Ego tuque legimus. Vos amo, ueneror que. Magister, discipulusque docti sunt. Ponitur in medio: sed hoc stat dupliciter. Alias, quando hæc Encletica geminatur, licet in carminibus id quidem: Verg. in primo Aene. O qui res hominumq;, deorũq; Aeternis regis imperiis. Oui. in Heroidibus, Aeneamque animo noxque diesque refert. Idem, Mulciberis capti Marsq; Venusq; dolis. Sal. In Iugur. bel. Seque, uobisque dignum est, idest, & se, & uobis dignum est,

est:author est Valla. Quintilianus. Nihil ocisum pati: quodq; in inuentione, quodq; in elocutione annotandũ erit. Cætera omitto, quæ & mihi relatu quidem longiora sunt, atque legentibus: faciliaque inuentu, quæq; in dies occurrunt. Sed nota, quod in his orationibus ineptè secũdum, quæ, omitteretur. Ceu, amoque diligo. uulgare, nec satis latinum hoc enim erit. Hinc igitur male locutum Alexandrum accipimus, author est Laurentius. Dant duo bos, impos, compos, custosque, sacerdos. Sic dicendũ fuit, Custos, sacerdosque. siue custosque sacerdosq;. Alias, quæ, in medio ponitur, at tum, cum protinus sequitur aut (&) uel (atque) Verg. Dixitque, & prælia uoce diremit. Cornelius Tacit. Transire Rhenum tutorque & classicus. Idem, Tutoremque & classicum adpulsæ lintres uexare, pro uexabant. Coniunctio disiunctiua copulãtis plerunque uim habet, ac pluralem facit ualorem in sacra pagina. Vir, siue mulier cum fecerint notum. Si frater, aut soror nudi fuerint. Ouid. Non mihi uenistis Semele Lædæue docendæ. Geminari persæpe legimus, nec, & neque. Valoremq; pluralem reddere. Teren. in Hecy. Quando nec gnatus, nec hic mihi quicquam obtemperant. Idem, hæc sineque ego, neque tu fecimus, non siuit egestas facere nos. Hæc conceptionum parasceuen habent. Est etenim ad cognoscendas conceptiones prę uia, uel præparatio quædam ad similitudinem Iudęorum, qui ad sabbatum sibi necessaria tunc exhibebant diem festum indicentes, dies igitur ueneris parasceue est.

Personas, genera, & numeros conceptio iungit.
Conceptumque minus dignum sit, per mage dignum.

Series. Conceptio iungit supposita diuersarum personarum, diuersorum generum, numerorumq; diuersorum. primò, ego & tu literati legimus. Maritus & uxor boni sunt. Et cœli, & terra lætantur. In quibus facile liquet indignius a digniori concipi. Illic enim prima persona secundam concipit istic, Masculinum fœmininum. Hic autem plurale concipit. singulare. Hæc autem longius postea. Conceptio latinè, syllepsis Græcè, quæ secũdum Dio medem,

medem, & Donatum est dissimilium clausularũ per vnum uerbũ facta conceptio, id est, cõprehensio differt à Synthesi Syllepsis, quòd Syllepsis comprehendit vocis alterius cũ uoce significationẽ, ut Rex & Regina albi. In Synthesi aũt uoces simul ponuntur caussa significati, ut anser fæta, teste Lancilotto, uel ad significatũ, ut Scipio, & Lælius docti. unde Synthesis (vt dictum est) quasi duorũ simul positio. Syllepsis uerò cõprehensio est, cũ magis dignũ concipit dignũ, uel cũ una proprietas pluribus suppositis diuersorũ attribuitur accidentiũ. differt similiter à Zeugmate. illic. n. ꝓpinquitas, hic aũt dignitas vsq; attendẽda. Atq; ea tãtũ tribus cernitur in accidentibus, in Genere, Numero, & Persona. Genere, ut Masculinũ cõcipiat fœmininum & neutrũ, plerunq; neutrũ à fœminino cõceptũ uidemus, nec usquã neutrũ cõcipit, stat ergo passiuè semper, de quo postea. Numero, ut pluralis singularẽ semper concipiat, ut discipuli & præceptor student: Milites, & tribunus currunt. de quo subinde. Persona, ut prima concipiat secundã & tertiã. Tertiamq; à secunda sæpe conceptã uidemus. Itaq; prima accipitur sp̃ actiuè, q᷑ concipiat sp̃. Secũda actiuè çquè pariter & passiuè, q᷑ & cõcipere ac cõcipit contingat. Tertia verò cũ semper concipiatur, passiuè accipitur tantũ. Hinc qui non viderit conceptionẽ triplicẽ fore, generũ, numerorum, atq; personarum? Priusq̃ per hæc sigillatim percurrendum sit, dic, quot sunt necessaria ad Syllepsim constituendã? Profecto quinq;. Quæ? Hæc, Dictio concipiens, dictio concepta, proprietas usque pluralis numeri, copula, postremò proprietas dictioni concipienti semper respondens, discrepansq; à concepta. Exẽp. vt Rex, & Regina Hyspaniæ principes optimi. Dictio concipiens quæ? Rex, concepta? Regina, proprietas? Optimi, copula? Et cui respondet proprietas? Rex, qui? quia optimi, non optimæ, tum secus contingeret. Verum his leuioribus omissis, ad primam conceptionis speciem properemus, quæ personarum est.

Personas sibi dissimiles conceptio iungit.
Ac per & in medio: uerbum ad plurale, quod autem.
Concipienti personæ respondeat aptè.

Prima duasque sequentes concipit, altera ternam.
Nec primam cernes conceptam, sæpe secundam.
Sic ego, tuq; damus. Te ego sic fraterq; rogamus.
Tu fraterq; datis, simul hæc concepta uidebis.
Sic ego, tuq, , paterq; damus, coniungimus aptè.

Sensus. Personarum conceptio diuersarum supposita personarum media copula ad uerbum plurale, quod concipienti respondeat personæ, connectit. Inde copulatum vni æquiualens plurali eius erit personæ, cuius est pars dignior: ut prima semper duas sequentes secundam tertiamque, rursumque secunda tertiam concipiat. nihil contra, exempla textus habet, atque hęc. Ego & tu, uel ego & Petrus, Vtrunque primæ erit personæ, quia (ego) hic ac illic pars est dignior, præstansque est cæteris, cui iure debet æquipollere tertia. Dic igitur, ego & tu scribimus, uerbi proprietasque adiectiui pluralis est numeri: unum enim & alterum suppositum uni æquiualent plurali. Tu, & Ioannes curritis, fit hæc concipiente secunda, quia sæpe alterna ternam concipit; carmina aperta traditione concinunt.

Quid est conceptio? Est mediata indignioris ad dignius (ut ego tuq; canimus) reductio. Quare mediata? quia expressè, uel subintellectè coniũctionis nota mediat. Quid est conceptio (de ea enim meminisse obuium est) personarum? Est mediata coniunctio diuersarum personarum ad uerbum plurale, quod respondeat concipienti dictioni in persona. Quid rei est respondere dictioni in persona concipienti? Hoc, quod persona, uel dictio concipiẽs eiusdem omnino sit personæ cum uerbi, uel adiectiui proprietate. ut ego tuque damus. Quare Mediata? Dixi, mediata reductio, quia (ut memini) inter personas concipientem, conceptamque subit coniunctio copulatiua. Ratio autem, quia diuersarum rerum personæ, ubi etenim personarum nulla fuerit diuersitas, nullam ibi ferè conceptionem censeam. Vt Petrus, & Paulus legunt. Hic uero conceptionem esse arbitrantur, nec satis pulchrè. Namque inter tertias personas, una altera dignior, nec indignior pro uice hac cõceptionis, nõ est. Ergo nec cõcipiẽs

nec

nec concepta persona erit ulla, sed de hoc subinde. Quare dixisti, ad uerbum plurale? Quia singularia connexa, uel copulata, suppositum unum plurale conficiunt cui aptè plurale respondet uerbum. Sin autem uerbum in singulari ponatur numero, ut singulis sit inde remittendum supposit, non conceptio, zeugma erit, aut quæcunque eius species. ut ego & tu legis. Lego ego, & tu, ego lego, & tu. Quare concipienti respondebit? Concipiens longè dignius, quàm quod conceptum.

In hac figura aliquid est uitii; nam in ea uerbum primæ, secundæque personæ, suppositum tertiæ personæ continet. ut ego & Martinus canimus. Hic uerbum (canimus) primæ est personæ, suppositum uerò ante se tertiæ personæ (quod est Martinus) habet. Ergo. Item tu, Petrusque legitis. Hic similiter hoc illud est cum uerbo secundæ personæ. Similiter, ego, tuque scribimus. Nonne suppositum secundæ personæ est, uerbum autem longè aliter, quia primæ. Hinc igitur liquet, in conceptione personarum aliquod esse uitium. Respondeo nodum in scirpo quæris, uerùm perdere uerba leue. Si rectè accepisti, conceptionem, diuersarum personarum coniunctionem ad unum plurale fore, dictum est. Itaque non una solùm dictio, aut concipiens, aut concepta est suppositum, sed utraque, uel totum copulatum, quod eiusdem personæ erit cum proprietate. Cede. Virium illud apparens; mihi crede, nihil est. Conceptio personarum quotuplex? Duplicem aiunt. Explicita, atque implicita. Quid est conceptio personarum explicita? Tum, cùm diuersæ personæ expressæ ponuntur. ut ego, tuq; docemus. Tu, paterque luditis. Exemp. Martia. lib. 5. Hoc ego, tuque sumus, sed quod sum, non potes esse. Plaut. in Bacchi. Ego te & ille mactamus infortunio. Illic, prima secundam, hic uerò prima tertiam concipit personam. Ex quibus liquet primam concipere, & secundam simul, & semel tertiam in eadem (inquam) constructione. rectè igitur dixeris. Ego & tu, & Petrus oppugnamus. Hoc tamen conscriptum lectori uelim, quod Priscianus lib. 17. edocet. Quando (inquit)

quit) diuersæ personæ sociantur uni uerbo, necesse est nominatiuos iungi, non uocatiuos. Sicut, ego, & tu, & ille docemus. Hic enim nemo diceret. Ego, & Grammatice, & ille docemus. Nisi attentionis gratia nominatiuum pronominis apponens, adiiciam ei uocatiuum nominis. ceu, ego, & tu Grammatice, & ille docemus. Hæc ille. Hanc similiter conceptionem, directam appellarunt. Dicto de explicita conceptione, quæro, quid est conceptio personarum implicita? Quando diuersæ personæ implicitæ in nomine distributiuo redduntur uerbo plurali primæ, uel secundæ personæ. Plau. in Epist. Vterque sumus defessi quærere. Vterque] scilicet ego, & tu. Idem in Bacchi. In biclinio cum amica sua uterque accubitum eatis. Idem in Menech. Neuter ad me iretis cum querimonia. Ouid.

Quò ruitis, uestras quisque redire domos. Aul. Geli. Fasque quasi talos, aut tesseras in medio, uice sua quisque iaciebamus. Hoc autem constructionis genus figuratum poetis magis, ac Historicis quàm Oratoribus conceditur. Hanc conceptionem indirectam uocant. At uerò Sulpitius explicitam, uel directam appellat conceptionem: In qua personarum, uel generum est diuersitas. Vt Petrus, & Anna albi. Implicitam uerò, uel indirectam, nec personarum, nec generum adest diuersitas. vt Scipio, & Lælius admirantur. Aldina tenet opinio secus, eam enim indirectam uocat conceptionem, quæ fit per præpositionem (cum) pro copula (&) sitam: Hoc enim dat testimonium. Hanc tecum genitor cunctis celebrabitis annis. Et, Iphitus, & Pelias mecum diuellimur inde. &, Sancte Dionysi cum sociis tuis, orate pro nobis. pro quibus nostram nunc accipe mentem.

Per cum, sed nunquam per uel conceptio fiet.
Tu mecum iustè debemus iura tenere.
Sic ego cum Petro gaudemus iura tenendo.

Series carm. Personarum quoque conceptio interdum fit per præpositionem (cum) quod per coniunctionem disiunctiuam fieri admittique contingit nequaquàm. Id autem intelligendum, ut superior canon citat, quando

præpo-

præpositio (cum) stat pro (&) copula. Quale illud Ma-
ronis in primo Aen. Remo cum fratre Quirinus Iura da-
bũt. pro eo quod est, Remus frater & Quirinus Hæc quo
que abiecta uolui. Ego tecum debemus uiuere lætè.
Tu cum Petro debetis amicos defendere. Cic. Ad Atti. li-
bro. 7. Ipse cum fratre Capuam ad Consules adesse iussi
sumus. Hanc (ut nuper aiebam) indirectam uocant con-
ceptionem. Ratio? Quia Ablatiuus (qui solus non po-
test esse suppositum uerbi personalis) eodem permanente
sensu, potest in nominatiuum migrare, quando præpo-
sitio mutatur, migratque in coniunctionem copulati-
uam (&) ut ego tecum currimus. Hoc est, ego & tu cur-
rimus. Quare conceptio non fit per coniunctionem di-
siunctiuam? Conceptio nanque semper fit ad uerbum
plurale, & hoc semper æquè pariter ac æquiualenter plu-
rale complectetur suppositum. Singularia copulatiuè
nexa uni, æquiualent plurali. At disiunctiuè conglu-
nata singularia uni non æquipollent plurali. dic igitur.
Ego & tu, & Petrus legimus: quia singularia copulata
copulatiua coniunctione pluralem efficiunt valorem.
Siue ego, siue tu uenies. vel, siue ego veniam, siue tu,
siue ego, siue tu ueniemus. non Latinè dices. Quoniam
singularia disiunctiuè catenata, unum, aut alterum ven-
turum dicunt, non utrunque. In lib. Numer. tamen le-
gitur, Vir, siue mulier, cùm fecerint uotum, ut sanctifi-
centur. Et in Epistol. Si autem frater, aut soror nudi
fuerint. In quibus nota, quòd etsi subiecta enume-
rentur diuisim; tamen proprietas ad eandem coniun-
ctim refertur. non unus, aut alter uouit, sed ambo
uouere.

Nunquàm conceptionem censes in illo Horatii carmi-
ne? Tu quid ego, & populus mecum consideret, audi.
Nullam omnino in eo conceptionem putarim, nec per-
sonarum, nec casuum. non enim seruatur suppositorum
dignitas, quia tunc diceretur, & populus mecum consi-
deremus. quid ergo? tertiam potiùs zeugmatis speciem.
Hinc dubitare ambigereque solemus, an rite dicatur in
Euang. Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. etsi

gene-

generum personarumque conceptio rectè facta sit, tamen ordo partium est penitus inuersus, qui esse debuit, ego, & pater tuus dolentes quærebamus te. Ego enim (teste Diomede) præpositiui ordinis est, ideo uix id tota Latinitas tolerat, ut Nebrissensis ait, forsan Hebraici ratio sermonis: loquitur sic Titus Liuius lib. 7. Pater ego fratresque mei. Nonnulli cauillari student, tertiam personam honoris gratia primam præcedere asserentes, quod nostra refugit traditio. non igitur Latinum, Tu & ego uidemus. Quoniam autem dictum est, uocatiuum non posse esse suppositum uerbi personalis, ex consequenti conceptionem per eum posse nequaquàm fieri personarum. Hoc, id quidem est, non posse esse personam concipientem, licèt sit secundæ personæ. Sed quibusdam quidem sic, quibusdam quidem non obiicientibus: ego autem has ineptias aliis frigidiores omittens, non ausim dicere. Petre, & Paulus orate pro me. nisi cum pronomine; sic. Tu Petre, & Paulus rogate. At maximè congruè, Sancte Dionysi, uel Mauriti cum sociis tuis, orate pro nobis. si intelligitur nominatiuus (tu) teste Tiberga. Ipse tamen ita potiùs loquerer, Sancte Dionysi cum sociis tuis, ora pro nobis. Badius contendit rectè dici, Sancte Dionysi, & socii tui, orate. ut (tui) sit uocandi casus. ut ego, & quisquis, interdum: author est Diomedes, ueluti, O ego fœlix. O quisquis uolens inediam.

Vt personarum, generum conceptio fiet.
Mobile respondens generi tenet hæc mage digno.
Mas hic fœmineum fac concipiat quoque neutrum.
Hic, uxorque toro sunt iuncti mente remoti.
Sunt domino grati uirgo cum virgine iuncti.
Bos, & iumentum sunt ad præsepe ligati.
Neutraque fœmineis tanquàm concepta uidebis.
Per uim sunt leges, & plebiscita coactæ.

Argum.car. Hoc idem de cóceptione generum dictum uelim, quod & de conceptione personarum explosum est. nisi

nisi mutandis mutatis. Si declaro. Nam sicut illic sunt diuersarum supposita personarum copulatiua coniunctio ne connexa, siue præpositione cum pro copulante sita, ita hic, substantiua sunt generum diuersorum, atque dissimilium coniuncta eadem copulantis nota. Et sicut personarum conceptio sit sub plurali proprietate respondente digniori supposito, ita pariter conceptio generum ad adiectiuum sit plurale, concordans cum digniori substantiuo. Mas hic fœmineum fac concipiat quoque neutrum] sensus est. Masculinum genus concipit fœmininum, & neutrum; Ratio? Quoniam masculeum præstat reliquis. Et fœmineum cōcipit neutrum genus: Quare? Quia neutri muliebre præstat. Neutrum uerò uti aliis ignobilius, uilius, ac indignius stat semper passiue, actiuè nunquam. Exemplum primi, Lazarus, & Magdalena discipuli domini. Petrus, & Martha sunt mei. Pater, & mater boni sunt. Teren. in Eun. pater & mater mihi mortui sunt Val. Max. lib. 9. Pedes preciosos, & caput, & manus in cistam chlamyde opertos pro munere misit. Secundi, Pyrehus, & hoc animal sunt tui. Bos, & iumentum sunt ad præsepe ligati. Seruus & scortum mali. Tertii, ut Martha, & hoc animal sūt nostræ. Lena & scortum iuuenibus damnosæ. Luca. Mensuraque iuris, Vix erat hinc leges, & plebiscita coactæ.

Quid est conceptio generum? Est mediata coniunctio substantiuorum dissimilium generum ad adiectiuum plurale, quod conformari debet generi concipienti in genere. Sicut, uir & uxor remoti mente iuncti sunt toro. Ouid.

Ilia cum Lauso de Numitore sati.

Idem, Mulciberis capti Marsque Venusque dolis.

Item ad adiectiuum significatione tantum, ut Petrus, & Martha sunt medici. Pater, & mater Grammatici sunt. Marcus, & Catharina sunt sacerdotes. Ouid. in tertio Metamo.

Soceri tibi Marsque Venusque Contigerant.

Rex & Regina docti, & cætera talia.

Obiicio, in conceptione generum uitium est profecto id hercle nihil est. hem, quid ais? dic quid. i. ī cōceptione

adiectiuum

adiectiuum à ſubſtantiuo diſſentire conſpicuum; ergo, ut Rex, & Regina ſunt docti. Adiectiuum (docti) maſculini generis eſt, Regina, fœmineum eſt, aliquod igitur uitium conceptio habet. Reſpondeo, non rectè accipis mi lector, nam non ſolùm ſubſtantiuum (Regina) eſt, ſed totum hoc, Rex, & Regina, quod ſic copulatum uni æquiualens plurali maſculini generis eſt. quid ergo gannis.

Dictum modò memini mi Author, in conceptione generum adiectiuum conformari cum genere concipienti in genere, atque nobiliori; oppoſitum habet Maro in Buc. Atque deos, atque aſtra uocat crudelia mater. Hic adiectiuum (crudelia) rei conceptæ, ſubin ignobiliori reſpondere num non vides? ergo regula tua mendoſa. Reſpondeo ridiculum caput, parùm efficaciter id te probare; nec ullam ipſe conceptionem putem apud Maronem, ibi namq; optimè Hypozeugma eſt. Placet. uerùm aliud habet interpres Euangelicus. Tauri mei, & altilia mea occiſa ſunt. Eadem hoc ſententia abſoluit. Maximè crediderim, at haud hoc. Senſus, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt. Quale hoc orationis genus? Adiectiuum etenim neque concipienti, neque concepto aſſimile eſt. quid ergo de eo ipſo dicis? Conceptionem porrò uelim, quæ, etſi adiectiuum non conuenit in genere cum digniori ſubſtantiuo, imò neutri reſpondet, congrua tamen, ſecundùm traditionem, quam docet Honoratus Seruius. Quando copulantur ſubſtantiua nomina diuerſi generis, habent adiectiuum neutri generis. Hoc enim potiſſimum verum eſt, dum ſunt ſubſtantiua rerum inanimatarum. ut calamus, & papyrus ſunt ſcribenti neceſſaria, rectè dices per regulam indifferentiæ, de qua ſic habeo.

Sint res abſque anima, ponetur mobile neutrum.
Veſtis, & argentum ſunt quàm precioſa iuuentæ.
Mors fugienda, lues ſunt, ſic conformia iunge.

Dico. vbicunq; ſubſtantiua connectuntur rerum inanimatarum cuiuſcunque generis, atque coniunguntur ad adiectiuum, uel demonſtratiuum, uel relatiuum pluralis numeri, tum ipſum adiectiuum, demonſtratiuum,

uel relatiuum neutri generis ferè ſemper eſſe poteſt per regulam indifferentiæ. vt calceus, & ſubucula ſunt detri ta. Penna, atramentarium ſcribenti neceſſaria. Mors, & peſtilentia ſunt fugienda. Labor, & inde ſomnus vitæ perquàm neceſſaria. Calamus & papyrus ſunt mala. Dico autem indifferentiæ regulam, per eam etenim ſubſtantiua ſine differentia cuiuslibet generis poſſunt eſſe. Dixi, ferè ſemper, quia plerunque ſecus locutos inuenimus authores. Da primùm authorum Illuſtrium teſtimonia pro regula indifferentiæ. Accipe.

Virg. in Buc. Daphnidis arcum Fregiſti & calamos, quę tu peruerſe Menalca, Et cùm uidiſti puero donata dolebas. Cicero, Eadem mente comprehendimus colorem, ſaporem, odorem, ſonum, quæ nunquàm animus cognoſceret. In iure, In promouendis, ætas, maturitas, grauitas morum, & literarum ſciētia ſunt inquirenda. Corn. Tac. Vinolentiam, ac libidines grata barbaris uſurpantibus. Sall. in Cate. Huic ab adoleſcentia bella inteſtina, cædes, rapinæ, diſcordia ciuilis, grata fuere. Idem, His genus, ætas, eloquentia propè æqualia fuerunt. Idem, Ira, & ægritudo permixta ſunt. Titus Liuius quinto ab urbe. Labor uoluptasque diſſimilia natura, ſocietate quadam inter ſe naturali ſunt innexa. Magnus Ariſtoteles. Requies, & iocus in vita neceſſaria eſſe uidentur. In Pſal. Lunam, & ſtellas, quæ tu fundaſti. Item, Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt. Item, Ver, & æſtatem tu plaſmaſti ea. Item. Mors & vita appoſita ſunt tibi. Item, Senſus, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt. Item Grando, & ignis mixta pariter ferebantur. Sapientia, & ſcientia data ſunt tibi. Apoſt. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus aduerſus carnem: hæc enim ſibi inuicem aduerſantur. Victus & amictus ſunt homini neceſſaria. At uerò ſi alterum ſubſtantiuorum eſſet animatum, regulam adhuc locum habere crediderim, ut Iulia, & ueſtis eius uilia ſunt. Soli. Polypus, & Cameleon glabra ſunt. utrunq; rem ſignificat animatam.

Quando uerò ſunt ſubſtantiua eiuſdem generis, poteſt eius adiectiuum in genere reſpondere; & ſi ſubſtantiua

rerum

rerum sint inanimatarum. Loquuntur ita authores. Sall. in Cate. coniu. Fama, atq; fortuna eorum pares sunt. Plaut. in Tri. Aduenio ex Seleucia, Macedonia, Asia, atq; Arabia, quas ego neque oculis, neque pedibus unquàm usurpaui. Fab. lib. IX. Vt mortem ac vitam, quas contendentes in Satyra tradit Ennius.

Nunquid potest conceptio fieri generum per substantiua rerum inanimatarum? Potest, sed raró. Luca. Mensuraque iuris Vis erat: hinc leges, & plebiscita coactæ. Ita Priscianus legit, cui assentiuntur Daniel Caietanus, Antonius Mancinellus, Aldus, Sulpitius, & Tiberga. nam non nulli (coacta) legunt, ut sit Zeugmatis species. Cicero in Somnio Scip. Concilia, cętusque hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur. Iust. Misericordia in eo pari iure dilectæ. In sacra pagina. Sol, & Luna obtenebrati sunt. Ioan. in Apoc. Infernus, & mors missi sunt in stagnum ignis. Cic. in off. Suscepisti onus prætereà graue & Athenarum, & Cratippi, ad quos tanquàm ad mercaturam bonarum artium sis profectus, inanem redire turpissimum est. Idem, Propter summam, & doctoris authoritatem, & urbis, quorum alter te scientia augere potest, altera exemplis. Sulpitius hæc quoque exempla tribuit de conceptione generum. vestis, & aurum sunt preciosæ. uestis, & aurum sunt preciosa multò concinniùs diceretur.

Implicitam uocites generum Syllepsin, uterque
Est probus: At debent mas, & fęmella notari.

Sens. car. Quotiescunque & de masculo fœmina sermo est, nullo expresso, nec concipiente, nec concepto. tum p masculinum fieri debet & interrogatio, & responsio, per cōceptionem generum implicitam. vt quis mortuus est? mater. Quis hoc dixit? aliquis. Quis uenit? Magister. Sē per. n. loqui oportet de uiro, & de fœmina, secus nulla figura. Item, vterque probus est. de uiro & uxore. vterque venit. pro patre, atq, matre. Itē, vter horū fęmina? Vter parentū tuorū mortuus? pater, vel mater. Cōceptio gnerum quotuplicē esse ais? Duplicē, expl. & ĩpl. Quid est cōceptio generū explicita? Quādo substātiua diuersi generis, cōcipiēs, & cōceptū manifestè explicātur. vt pr̄, & mat. sani. vir

& uxor pij. fitq; per omnes casus, ut pater, & mater sunt optimi.. Misereor patris, & matris optimorum. Auxilior patri, & matri optimis. Amo patrem, & matrem optimas. ò pater, & mater optimi. Gaudeo patre, matreq; optimis. Vtor familiariter Paulo, eiusque filio literatis (ubique gentium) viris.

Conceptio autem generum implicita quid? Est, in qua per masculinum loquimur de uiro ac de fœmina, nô expressis genere concipiente, & concepto. Quale est illud in Genesi. Erat uterque nudus. de Adam, & Eua sermo est. Ouid. de arte aman. Impliciti laqueis nudus uterq; iacent. de Marte, Venereq;. Idem, Vt templi tetigere gradus, procumbit uterq; Pronus humi. De Deucalione & Pyrrha. Verg. in 4. Aeneid. Vna dolo diuum si fœmina uicta duorum est. de Venere, atque Cupidine filio. Idem in Buc. Bisq; die numerant ambo pecus, alter & hœdos. Alter, hoc est nouerca, author est Seruius, ubi ait, Nec nos moueat, quòd illa sit fœmina: nam in subauditione ponuntur, quæ non possumus dicere. & scimus profectò, quoties duo hęc genera connectuntur, semper fœminino masculinum præponderat. Hæc ille. Teren. in Eunu. De Eunuco loquitur & de Aethiopissa. Heus iubete istos foras exire, quos iussi ocyus. Hoc illud est, Quisquis saluari cupit, malorum contagia uitet. Quicunq; uult saluus esse, opus est, ut teneat Catholicam fidem. Hic nunc quis ambiget marem fœmellamq; non notari? celeberrimum dicendi genus.

Quot modis usurpatur conceptio generum implicita? Sex ferè modis. Primo. In nomine distributiuo, ut Alexander: quale, pronus uterque iacent. De mare, & fœmina semper sermo fit. nã tantùm si de maribus nulla prorsus: si de fœminis uerò solùm Solœcismus quidẽ. Plaut. de Phedromo, & Planesio. Pariter hos perire amando uideo, uterque insaniunt. In lib. Geneseos, de Adam, Euaq; Et erat uterque nudus. At uerò nota, Ambo sunt iusti, de marito & uxore, non congruè dixeris. Nam ambo tum locum habet, cùm duæ præcesserint dictiones. Ita, uir, & uxor ambo boni, pater, & mater ambo pij. Aut cùm hęc dictio

dictio præcesserit, Duo; ut uideo duos amicos, ambos mihi fidos. Secundo, in signo particulari. ut aliqui currunt, dum de uiris, & fœminis dicam. Alter horum id dixit. Tertio, in pronomine demonstratiuo. ut quisq; horum sanus est. Neuter istorum philosophus. Quis eorum longior? Aliquis istorum currit. Alter horum sapiens. Isti sunt sancti. Illi Christiani sunt. Quarto, In interrogatiuis, uel quæsitiuis. ut qui sunt sapientes? qui sunt amici? Quos diligis? quos uides? quis, uel uter horũ mentitur sexum. De utroq; interrogando. Quinto, quando nomen adiectiuum masculini generis, pluralis numeri accipitur pro uiris, atque fœminis. In sacris, Iusti autem in perpetuum uiuent. Et qui bona egerunt, ibunt in uitam æternam, qui uerò mala in ignem æternum, quia fit quoque per relatiuum. Iustorum animæ in manu Dei sunt. Sancti Dei omnes intercedere dignemini. Hunc accedunt, ò qui laboratis, & onerati estis uenite. Liber, qui inscribitur sanctorum commune. Legenda Sanctorũ, Verg. in 2. Aeneid. Sæpius Andromache ferre incomitata solebat. Ad soceros. scilicet Priamum, & Hecubam. Latona geminos peperit. Apollinem scilicet & Dianam. Postremò, quando in nomine Epicæni generis, masculi, & fœmellæ intelliguntur. tum adiectiuum poterit poni interdum in masculino, interdum in fœminino, secundum deniq; exigentiam terminationis nominis Epicæni generis. Quale, Omnis coruus niger. Omnis aquila fulua. Omne animal, rationale, aut irrationale.

Grammaticorum quicunque septem syllepseos annumerat species. Est enim prima syllepsis in genere. Secunda est in numero. In persona tertia. Quarta in casu, quod doctiores haud probant. Quinta indirecta. Implicita sexta. Septima autem est in malè cohærentibus. De hac tantùm breuiter agam, de reliquis iam satis abundè tractasse uideor. Hæc igitur, quam septimam syllepsim dictitant, est: quando plura complectitur uerbum, ita tamen, ut uni tantùm conueniat, cætera uerò complectatur impropriè. Quale est apud Vergilium in 2. Aeneid. Sacra manu, uictosq; Deos, paruumq; nepotẽ. Ipse trahit.

Trahit (inquam) uerbum licèt nepotis tantùm sit, tamen & superiora quamuis impropriè comprehensa cõcludit. & si abusiuè factũ id uulgus censet, ipse uerò id idem maxima arte carere non putarim. Voluit expressum etenim timorem, tremorem, & celeritatem currentis; hæc quia vi tium vbique faciunt, uitiosa etiam, ac contra Grammaticorum vsum falsa uerborum structura sapientissimus authorem connectere uoluit. Homerus crebrò eandem usurpauit figuram. Vt duo uenti piscosum mare concitant Boreas, ac Zephyrus, qui spirant à Thracia. vbi, quod Boreæ tãtùm est, Zephyro quoque attribuit, qui non à Thracia, ab occasu flat. Idem, duo claudicantes ibant ministri Martis, Tytidesque bellicosus, & Dirus Vlysses. hasta firmantes gressum. adhuc enim molesta erant illis ulcera. Quod igitur Diomedis erat, Vlyssi quoque tribuit: solus enim Diomedes claudicabat, pedis plãtam uulneratus. Vlysses autem in latere uulnus acceperat. Huc referuntur (teste Lancilotto) hæc etiam. Sicut, Disce puer virtutem ex me, verumque laborem, fortunam ex alijs. Non enim labor propriè discitur, nec fortuna. Statius in prima Sylua. Tu bella Iouis, tu prçlia Rheni, Tu ciuile nefas, tu largũ in fœdera montem Longo Marte domas. Non domantur prçlia, nec montes, una tamen dictio omnia comprehendit. Ratio huius figura altera, quam idem author optimè notat. Abhorret enim sermo ab inani & vitiosa repetitione, uel potiùs nugatione. Quale illud est pro Milone. Nõ solùm hæc ciuitas, sed omnes gentes concessissent. Ne diceretur, non solùm hæc ciuitas concessisset, sed omnes gentes concessissent, sic ratione factum est. hactenus ille.

Antiptosis erit, pro casu ponito casum.

Qui fit, plura docent breuiter, quæ prosa recludit.

Dicit author. Antiptosis est casus positio pro altero casu. Et latinè Pro casus transfertur interpretata. dicitur. n. à Prisciano præcidentia, uel procidentia. Fit etenim ab (Anti) quòd est (pro) & (ptosis) quod est casus: producit penultimam syllabam (pto) quia (ut aiunt, Grçcè per ω inscribitur, longè decipiuntur dicẽtes Antiptosis casum demit

po-

ponens alienum. Quot sunt in Antiptosi necessaria? Tria hæc. unum subiectum. vna proprietas. & quòd casus pro casu ponatur. Diomedes autẽ, & Donatus notant, & benè dicunt solæcismum esse per casuum mutationẽ, cùm subest uerò aliqua ratio, utique figura est. Hæc figura superstitiosè ab asellis bipedibus intelligitur, hi quidem ceu quidam triuiales contenderint, subin concesserint per Antiptosin pulchrè dici, Emi librum decem aureorum. A` me amatur Deum. Sto Roma. Ego amo Petrus, & mille hoc genus deliramenta. O facinus. O scelus animaduersum. O grande peccatum. O uerè turba (ut ita dicam) turbata Grammaticorum. quid dementiæ hoc est? qui spiritus mentem intus agitat? Euellatur protinus, euellatur (inquam) radicitus error iste boni uiri. Vt enim figurarum nulla est, quæ orationem æquè uariet, atque exornet, quàm Antiptosis, ita omnium nulla maiore cum delectu, ac moderatione utendum est. Non enim cuilibet Antiptosis orationi locutionique conuenit. Caue igitur, ne ultro citroque corruens præter modum, tenebrarum foueam incurras. Ergo tecum sis.

Aliquot igitur exempla perscribam, quorũ instar quisquis Antiptosi usus fuerit, is rectè latineque locutus censeri possit; non nulla tamen præsto sunt, quæ latinè uix dici queunt. Fit ergo Antiptosis per omnes casus. Primò igitur de nominatiuo pro genitiuo posito. Verg. lib. 5. Aene. Cressa genus Pholoe geminiq; sub ubere nati. i. generis Cretensis. Turpilius. At enim scies ea, quæ fuisti inscius. pro quorum. Liuium, Quando duo Consules eius anni, alter morbo, alter ferro periisset, suffectum Consulem negabant comitia habere posse. Pro duorum Consulum. Sall. Multi, qui de castris processerant, amicum alii, pars hospitem, aut cognatum reperiebant. pro multorum. In sacris literis. In conuertendo Dominus captiuitatem Syon, facti sumus sicut consolati. pro domino cõuertente. Ita in conueniendo populus in unum. ni mauis ex Græco sermone sumptum, ut suo loco citauimus. Itẽ, Cuius dominus humilitatem respiciens, uirgo concepit, & peperit. ꝓ domino respiciẽte: q̃a nullũ sequitur uerbũ,

vnde participium possit regi, licèt nonnulli hunc erro-
rem secuti, contendant participium pro imperfecto posi-
tum posse à nullo regi uerbo, quorum traditionem par-
uipendo. Exempla genitiui. In sacra pagina. Multa ui-
dit oculus meus, & fortiora horum. Pro his & alibi, Ma-
iora horum. pro his Cicero in primo Verri. Ita mihi
Deos uelim propitios, ut cum illius mihi temporis ue-
nit in mentem, quo die citato reo mihi dicendum sit,
non solùm commoueor animo, sed etiam corpore per-
horresco. Iterum ibidem, Vatum illius temporis mihi
uenit in mentem. Idem in septimo Verrinarum. Cùm mi
hi Tyntaridani illius uenit in mentem. Idem in secun-
do Ver. Fac tibi Aciliæ legis ueniat in mentem. Terent.
in Phorm. Cùm eius aduenti mihi uenit in mentem. In
quibus omnibus secũdum Priscianum, genitiuus pro no
minatiuo ponitur, ut illius temporis uenit in mentem.
pro illud tempus. Et sic de alijs. Vel potiùs, ut Valla sen
tit, & benè, subintelligitur his sermonibus conditio, sta
tus, qualitas, aut memoria illius temporis, aut quid ta-
le. Verùm tamen quia genus hoc sermonis frequens est
apud Ciceronem, etiamq; apud omnes ferè alios, utiq;
& nobis imitandum censeo. Gell. Venit ecce illius ver-
sus Pomponiani in mentem. Cicero de Diuinat. Cum il
lius diei mihi uenit in mentem. De Datiuo. Sisenna.
Saltui, ac uelocitati certare. Pro saltu, & uelocitate.
Plaut. Alienis rebus curas. pro res alienas. Cicero. Sed
fit censor, qui uiros doceat moderari uxoribus, pro uxo
res. Horat. in Carm. Hic dies anno redeunte Festus.
Corticem astrictum pice dimouebit amphoræ. pro am-
phora. Terent. in Phorm. Aufer mihi: pro à me. De ac-
cusatiuo Pomponius. Quot lætitias insperatas modò
irrepsere mihi insinum? pro lætitiæ insperatæ. Cicero.
Si quis iudices fortè miratur me ad accusandum descen-
derim. pro ego, uel rectiùs ab infinito regetur, quia de-
scendere etiam legitur. De Vocatiuo Persi. Censorem-
ue tuum, uel quòd trabeate salutas. pro trabeatus. Au-
thor est Priscianus. De Ablatiuo. Plaut. in Cass. Habet
gladium: sed duos, quibus altero te occisurum ait, al-
tero

tero uillicum. pro quorum. Vergil. in lib.10. Aeneid. Concurrunt, hæret pede pes, densúsq; uiro uir. pro pedi. Idem in eodem. Fortè ratis celsi coniuncta crepidine saxi Expositis stabat scalis, & ponte parato. pro crepidini, ut ait Seruius. Terent. Quid illo faciemus. pro illi, secundum Priscianum. Verg. in primo Aeneid. Sunt mihi bis septem præstanti corpore nymphæ. pro præstantis corporis. subin. Et pulchra faciat te prole parentem. pro pulchræ prolis. Plaut. Vino modò cupidæ estis. pro uini. Verg. in 2. Georg. Illa ferax oleo est. pro olei. In sacris. Fecit redemptionem plebis suæ. pro Datiuo genitiuum posuit. In Epist. 2. Ioan. Spero me futurum ad uos, & os ad os loqui. pro ore ad os. Sint huiusmodi orationes nullo prorsus modo nobis licitæ, nisi in similibus operibus, at nequid nimis. Aliud Antiptosis genus est, quod omnibus ferè licet.

Antiptosis quædam adeò Oratoribus usurpata, ut omnibus penitus liceat, concinna atque elegans est. uelut. Id genus] pro eius generis. Omne genus] pro omnis generis. Gell. lib. 17. Aristotelis libri sunt omne genus elegantiæ referti. pro omni genere. In lib. Digestorum titulo de fundo instructo. Et cæteros id genus seruos. Est etiam, eius generis. Plin. lib. 9. cap. 28. Mollia loligo, sæpia, polipus, & cætera eius generis. Multaq; id genus monstra. Dicitur etiam Id temporis, pro eo tempore. Id ætatis, pro ea ætate. Id tempestatis, pro ea tempestate. Cicero de Orat. Satis superq; hominibus id ætatis. Gel. Si libri copia fuisset id temporis, cùm hæc dictaui. Quot hominum: pro quot homines. Terent. Dij immortales quid turbæ est apud forum, quot illic hominum litigãt? De datiuo locali, qui apud nõ nullos casus dicitur octauus. Terent. Ex Andro commigrauit huic uiciniæ. pro in hanc uiciniam. Sic Verg. in 1. Aen. Inferretq; Deos Latio. pro in Latium. In eodem. Venturum excidio Libyæ. Pro in in excidium. Idem, It clamor cœlo. Idem, Euboicis Cumarum allabitur oris. Idem, succedunt tecto. Terent. Quid me faciam. pro de me. Pendeo animi. pro animo. Optimè dices. Terent. Idne estis authores mihi?

Id, pro eius rei. Verg. in 2. Aen. Quibus Hector ab oris Expectate uenis? pro expectatus, teste Seruio. Idem, Pace metu, pro metui. Verg. Vicinosque ignare paras inuadere portus. pro ignarus. Id mihi ita uisum est, pro à me. Amor tibi, pro abs te, eleganter dicitur. His autem similia sunt, quæ in figuris authoritate, ac consuetudine, ratione excusantur: quæque recepta ab eruditorum consensu in elegantiam euicuerunt. sed quare hoc in elegantiam, illud autem in barbarismum transferri iubes? satis sit pro ratione authorum uirorum uoluntas, cui si quid uitiosè insederit, pro regula sermonis id tibi accipiendū ne putes. Ergo consuetudinem sermonis (teste Fabio) uocabo consensum eruditorum, sicut uiuendi, cōsensum bonorum. ad quos, hoc eligere, illud abiicere, pertinuit. Quid dicis de Virgiliano illo carmine? Vrbem, quam statuo, uestra est. Et in Euang. Sermonem, quem audistis, non est meus. Vulgus Antiptosim id prædicat. Ego & vulgi opinionem, eamque secutos Aldum, Pharaonium, plerosque alios deuouens, cum Valla Latinè dictum arbitror. Quoties enim relatiuum præcedit antecedens, sicut ab eodem regi uideatur, latinè ponuntur in eodem casu. Dico autem relatiuo præcedente; sin secus, utrunque suo uerbo conformabitur. Licèt hic nullum præeat relatiuū, tamen comptior multò, ac mollior ei erit oratio, si relatiuo pręposito eodem in casu antecedens subsequatur. Vnde id accepisti? Inde, quia Græci relatiuum cum suo antecedente, non in aliis accidentibus solùm, sed in casu faciunt cōuenire. Quale illud Soc. Ho: est, orationum, quarum scripsisti; Author est Lancilottus. Verùm de his alibi longiùs, ibi igitur, uide. Illud ingeniose lector, habe in memoria semper, vulgò quod dici solet, non omnes omnia posse, si quid in hoc figurarum opere desideratur. Atque de figuris Syntaxeos hactenus quidem satis.

Quoniam autem (Grammaticæ disciplinæ fidelis promulgator) post exactos multorum clarissimorum authorum flores, & authoritates, parùm, aut penè nihil, meo quidem iudicio, uiderer egisse, nisi summatim cæteras dictionis, atque elocutionis figuras, ac breuiter attingā.

Exordiamur ergo sic. At uerò de figuris dictionis primò; sunt igitur, quæ his carminibus cõprehendũtur Aldinis.

Syncopa de medio tollit: quod Epenthesis auget.
Troiugenumq; dolos nosti Mauortis in antro.
Apocope hunc finem tollit, quem dat Paragoge.
Dic, duc, fac, fer; nolunt his accingier armis.
Apponit Prothesis caput; Idque Aphæresis aufert.
Gnate Renarro; tuam mittas heu linquere matrem.
Corripit, ut steterunt, ducendam Systola, uocem.
Ectasis Italiam producit corripiendam.
Syllaba perque duas diuisa Diæresis esto
Aulai, Maro pictai, syluæque retexit
Alter; at his Aulæ, pictæ, syluæque reponas.
Syllaba de binis est facta Synæresis, una.
Quale ferunt, magno deiectus fulmine Phœton.
Gramma tibi Antithesis pro Grãmate ponit, ut olli.
M, necat Ecthlipsis, uocalem sed Synalæpha.
Littora, multùm ille & terris iactatus, & alto.
Et Meta (nempe) thesis, si transponas elementum.
Vt, tibi Tymbre caput Euandrius abstulit ensis.
Dictio transformata docet quid sit Metaplasmus.

Figuræ Elocutionis, uel sententiarum ex Despauter.

Impropriè sumptum uerbum dicatur Acyron.
Virg. Hunc ego si potui tantùm sperare dolorem.
Omne superuacuum Pleonasmos ritè uocatur,
Virg. Vidi oculis ante ipse meis, sic ore locuta est.
Esto Perissologus tibi sermo superfluus omnis.
Ibant, quà poterant, uiuat Rex, non moriatur.
Amphibolon dubius Romanis sermo feretur.
Virg. Aurea subnectens exertæ cingula mammæ.
Tautologos uerbis uariis rem signat eandem.
rg. Quem si fata uirum seruant, si uescitur aura
Aetherea, neque adhuc crudelibus occubat umbris.
Macrologos sermo nimiùm prolixus habetur.
Virg. Postera iam summo spargebat lumine terras
Orta dies, cùm primùm alto se gurgite tollunt

Solis

Solis equi, lucemq; elatis naribus efflant.
Verg. Eclipsis uerbum, reticentia uerba subaudit.
Hæc secum, mene incœpto desistere victam?
Quos ego: sed motos præstat componere fluctus.
Est Aenigma grauis nimiùm tibi sermo solutus.
Mater me genuit, eadem mox gignitur ex me.
Magna Tapinosis tenui sermone recludit.
Apparent rari nantes in gurgite vasto.
Est Caco rite Phaton, qdqd sonat haud benè nobis.
Dorica Castra (Maro docet) & cum nauibus æquat.
Esto Cacozelon praua affectatio nobis.
Iuppiter, ò præses cœli, qui sydera torques.
Haud benè compositũ Cacosyntheton esto Latinis.
Exemplum teneas illud, versaq; iuuencum
Terga fatigamus hasta, nono ut Maro dixit.
Est Anadiplosis uerbi repetitio summi.
Vrbs Hetrusca solo, sequitur pulcherrimus Astur,
Astur equo fidens, & uersicoloribus armis.
Dictio, si similis fuerit repetita duorum
Versum principijs: tunc Anaphoram faciemus.
Nate, meæ uires!: mea magna potentia solus.
Nate patris summi, qui tela Typhoea temnis.
Incipit, & finit uerbo Epanalepsis eodem.
Pauper amat cautè, timeat maledicere pauper.
Dictio format Epizeuxim cum ui geminata.
Meme, adsum qui feci, in me conuertite ferrum.
Per Paranomasiam ludunt persæpe poetæ.
Ille facit factum, hic alter sua gaudia gaudet.
Principiis eadem est Paromæon littera multis.
Machina multa minax minitatur maxima muris.
Verborum similis sit finis Homæoteleuton
Sic Maro docte canis Sexto, bella horrida bella.
Casus Homæoptòton erit similis tibi multus.
Mærentes, flentes, lachrymantes, ac miserantes.
Bella Polyptoton uarij sit clausula casus.
Littora, littoribus contraria: fluctibus undas
Imprecor; arma armis pugnent, ipsiq; nepotes.
Sermonis series prælonga uocabitur Hyrmos.

Principio

Principio cęlum, ac terras, camposq; liquentes
Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaq; astra, S. I. A.
E uerbo in uerbum Climax it, pulchra figura.
Torua Leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam.
Nempe Metonymian appellant, uina coronant;
Et pateras libate Ioui; uinumq; precemur.
Quidquid trāslatum est tibi rite Metaphora fertur.
Auribus arrectis, spumantia soluere colla.
Esto Catachresis bona uocis abusio nobis
Hinc parricidam, matris, fratris quoque dicunt.
At Metalepsis erit transumptio facta gradatim.
Post aliquot mea regna uidens mirabor aristas.
Antonomasia est pro nomine sumpta loquela;
Sic proprium nomen retices ponens generale.
Arma uirumq; cano, Salue dux inclyte Teucrum.
Appositum proprio mihi fertur epitheton esse.
Alma ceres, & pulchra Venus, uel tristia bella.
Finge nouas uoces Onomatopæia fiet.
At tuba terribili sonitu taratantara dixit.
Rem circunloquimur, fit quando Periphrasis apta.
Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono diuum gratissima serpit.
Valde turbatus uocum sit Hyperbaton ordo.
Longiùs est uerbum; sequitur præcedere dignum.
Hysteron (&) proteron, postponas si antè locāda.
Et torrere parant flammis, & frangere saxo.
Ordo inuersus erit tibi Anastropha præposituræ.
Transtra per, & remos, dicunt, maria omnia circum.
Interiecta Parenthesis est sententia quæuis.
Aeneas (neque enim patrius consistere mentem.
Passus amor) rapidum ad naues præmittit Achatem.
Synthesis est prorsum uocum, aut confusio sensus.
Incipio super his, iuuenes, fortissima frustra, &c.
Quoquam interposito per Tmesim uerbula scindo.
Est Boreæ regio septem subiecta trioni.
Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta.
Excessus fidei manifestus Hyperbola fertur.
Sum niue candidior, ferit aurea sydera clamor.

Dic

Dic Allegoriam ſenſu, ſi uerba repugnent.
Sed nos immenſum ſpatio confecimus æquor;
Et iam tempus equum fumantia ſoluere colla.
Illudens rectè ſermo Ironia feretur.
Egregiam uerò laudem, & ſpolia ampla refertis.
Tuq;, puerq; tuus, magnum & memorabile nomen.
Antiphraſis uerbum ſit per contraria dictum.
Dicimus hinc Parcas, quia nulli parcere norunt.
Sermo procul notus feſtiua Paræmia fertur.
Doctus ad indoctũ fert, nos quoq; poma natamus.
Hoſticus irriſus nobis, Sarcaſmos habetur.
Vergilius, referes ergo hæc, & nuncius ibis, &c.
Syner. Simplicitas Aſteiſmor erit, ſi ruſtica deſit
Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mæui.
Eſt Icon, quoties formæ benè confero formam.
Omnia Mercurio ſimilis, uocemq; coloremq;
Et flauos crines, & membra decora iuuentæ.
Ponitur exemplum, uel comparatio, quando,
Illa figura uenit, quæ nempe Parabola fertur.
Quales mugitus fugit, cum ſaucius aras
Taurus, & incertam excuſſit ceruice ſecurim.
Exemplum facti, uel dicti ſit Paradigma.
Antenor potuit mediis elapſus Achiuis, &c.
Hendiadyn facies, ſoluens in mobile fixum.
Sic benè ritè leges, pateris libamus & auro.
Quãdo pati, qđ agit, fero, cõtraue, Hypallage hẽtur
Trade rati uentos, dic, & conformia iunges.
Liptote erit, quoties plus ſignificans, minus aio.
Munera nec ſperno, dulcis amice, tua.
Antitheton fiet, quoties contraria nectes.
Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis:
Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus.
Emphaſis eſt ſenſus maior, quàm uerba recludant.
Ille ego, qui quondã gracili modulatus auena, &c.
Ob pulchram uocem quid factum, Euphonia fertur.
Tytides, pro Tydides ſic aptiùs aiunt.
Verſus ad abſentem. dicetur Apoſtropha, ſermo
Sin abſumpta ſalus, & te pater optime Teucrum.

Temporis

Temporis esse solet descriptio Chronographia.
Vertitur interea cœlum, & ruit Oceano nox.
Topographia loci, sed mundi Cosmographia
Est in secessu longo locus, insula portum, &c.
Respondere solent scriptores obiiciendis;
Tunc Anthipophoram Lector cognosce figuram.
Sum pius, heu doleo: nam mihi sæpe nocet.
Epimone. Inuenies carmen repetitum sæpe decenter.
Intercalaris uersus quod ritè docebit.
Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus.

Accipe igitur (Vir spectabilis) læta fronte literarium Chiappisij tui munusculum, tuo nomine illustratum, diligentiaq; qua potui maxima ab omnibus erroribus correctum. At si quid fortè indicendo à me prætermissum fuerit, ac minus accuratè dictum, quàm nobilitati tuæ conuenire uideatur: simulq; si quid nostro Marte partum aures tuas offenderit, memor conditionis humanæ, in qua nil perfectum, des ueniam oro, atque amica lingua castiga. Nam quandoque bonus dormitat Homerus. Permittas tandem igitur huic constructionis pelago riuos claudere, si illud unum adiecero, ut me haudquaquam ea de caussa has lucubrationes tibi uni nuncupasse (mi Mœcenas) existimes; ut uellem, aut possem persuadere, me unum esse, qui præclara uirtutis tuæ facinora possem pro magnitudine memoriæ commendare: sed ut aliqua ex parte intelligeres, quantum laudis, & gloriæ tuæ cupidus extiterim. In cuius quippe rei argumentum labor hic testis erit sempiternus.

Tibi autem ob amoris erga me tui incredibilem memoriam satisfaciat qui uiuit, & regnat per infinita sæcula, Benedictus Deus.

Vale Corona capitis mei.



D. VITI CHIAPPISII, SACCENSIS,

SVMMA ADMODVM VTILIS, ET PERNECESSARIA, DOCTRINAE CHRISTIANAE:

In qua quicquid ad puerorum, qui fortasse committuntur nostræ fidei, institutionem spectare videtur, vnà cum modo confitendi, prout ex diuersorum monumentis fæliciter accepimus authorum, summa breuitate digestum est.

Salutatio Angelica.

AVE Maria, gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui IESVS. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc, & in hora mortis nostræ, Amen.

Oratio Dominica.

PATER noster, qui es in cœlis, Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo, & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra; sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo, Amen.

Quot sũt petitiones ĩ oratione Dominica? Septẽ. Portò Pater noster, qui es in cœlis] nulla est petitio: est potiùs quasi quædam præfatiuncula, & salutatio, qua nobis Deũ Patrem, quasi more Oratorio conciliamus, & quasi beneuolum reddere quærimus, dum patrem nostrum appellamus. ¶ Ordo est.

1 Sanctificetur nomen tuum.] Hic primò petimus, & oramus, ut Dei Optimi Maximi nomen sanctificetur. Idest, ut Deus ubique ab omnibus ore, & unanimi consensu, eodem spiritu, cultu, & honore celebretur, colatur, & adoretur, nec à quoquàm contemnatur.

2 Adueniat regnum tuum.] Quid in hac petitione oramus? Vt nobis post huius mundi figuram, postque miseram hanc, & calamitosam vitam, Regnum cœlorum, idest, æterna beatitudo donetur.

3 Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo, & in terra.] Quid petimus hic à Dei Maiestate? Petimus, ac cupimus in hac tertia parte, diuinam uoluntatem ubique, & in omnibus fieri, & impleri, non secus ab hominibus in terra, atque semper ab Angelis, & electis Dei, in cœlis adimpletur. Quippe qui, & omnes Sancti Dei, sic addicti sunt rectitudini, & bonitati diuinæ, ut ab eius uoluntate deflecti nequeant. vt igitur Angeli in cœlo, ita & nos in terris cum timore, & tremore tibi obediamus.

4 Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.] Hic autem quid? Rogamus patrem, ut omnia necessaria tam corporis, quàm animæ alimenta, & ea, quæ ad illa acquirenda, parandaq; conducunt, ac præstant, benignè & misericorditer nobis suppeditet, ac largiatur.

5 Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.] Quæso quid hic à Deo patre petimus? In hac petitione rogamus, ac cupimus, nobis à Deo ignosci; profectò nil dubii quin Deus misericors

nobis

nobis ſit remiſſurus peccata noſtra, modò nos & legem ſeruemus; quam mox ſubiungimus his uerbis, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Etenim eadem menſura, qua menſi fuerimus, remetietur & nobis. Sic Matt. 6. Dimitte, & dimittetur uobis. Luc. 6. Si non remiſeritis hominibus, nec pater veſter cœleſtis remittet uobis peccata ueſtra. Auguſt. Vide quid dicas, quomodo ego dimitto, ſic & tu dimitte mihi. caue ores contra te.

6 Et ne nos inducas in tentationem.] Quid hic obtinere cupimus? Deum patrem obnixiùs rogamus, ut omnem tentationem à nobis auferat; utque (ſi qua nobis immittatur) fortiter reſiſtamus ei. ¶ Nota puer quòd Chriſtus docet hoc in loco, non id à nobis orandum eſſe, ut non tentemur; Etenim tentari non malum, utile quippe eſt ad uirtutis exercitium. Verùm ne tentationibus ſuccumbamus, ne ue peccatis, ac diabolicis ſuggeſtionibus conſenſum præbeamus, hoc malum eſt.

7 Sed libera nos à malo.] In ſeptima, & poſtrema petitione quid petimus à Deo? Vt ipſe, rerum omnium diuiniſſimus artifex, non ſinat nos obrui huius mundi, uitæque uolantis huius calamitatibus: ſed clementia, & benignitate ſua, nos liberet à miſeriis, periculis, calamitatibus, à peſte, fame, bello, & ab omnibus huius vitæ malis tam animæ, quàm corporis. ¶ Clauditur, obſignaturque, ſicut aliæ omnes, Dominica oratio, hac vocula [Amen] veluti ſigillo quodam; ſignificat autem idem, quod fiat, aut uerum fiat.

Quot ſunt articuli fidei Symboli Apoſtolici? Duodecim, iuxta numerum duodecim Apoſtolorum.

S. Petrus.

1 Credo in Deum patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ.

S. Iacobus maior.

2 Et in Ieſum Chriſtum, filium eius unicum, dominum noſtrum.

S. Ioannes Euang.

3 Qui conceptus eſt de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine.

S. Andreas.

4 Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus.

S. Philippus.

5 Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit à mortuis.

S. Thomas.

6 Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis.

S. Bartholomæus.

7 Inde venturus eſt iudicare uiuos, & mortuos.

S. Matthæus.

8 Credo in Spiritum Sanctum.

S. Iacobus minor.

9 Sanctam Eccleſiam Catholicam, Sanctorum communionem.

S. Si-

S. Simon.

10 Remissionem peccatorum.

S. Iudas Thadeus.

11 Carnis resurrectionem.

S. Matthias.

12 Vitam æternam.

Nota, quòd articuli fidei sunt duodecim, si considerems eorum authores, qui fuerunt duodecim Apostoli. Verùm si distinguantur, sunt quatuordecim. Septem enim de Diuinitate, septemque de humanitate; quia fides uidet ea, in quibus fœlicitabimur. Est autem uita æterna (ut dicitur in sacris literis) ut cognoscant omnes te solum uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. ¶ Primus igitur articulus respicit unitatem diuinæ essentiæ. Secundus, Patrem. Tertius, filium. Quartus, Spiritum Sanctum. Tres alii concernunt operationem Dei ad extra, quò ad triplex opus. Primum naturæ. ibi, Creatorem cœli, & terræ. Secundum opus est gratiæ. ibi, credo Ecclesiam Sanctam Catholicam, Sanctorum communionem, Remissionem peccatorum. Et sub his continentur omnia sacramenta. Tertium gloriæ. ibi, Carnis resurrectionem, & uitam æternam, Amen. ¶ Septem de humanitate sunt. Primus. ibi, Conceptus de Spiritu Sancto. Secundus ibi, Natus ex Maria Virgine. Tertius ibi, Passus, crucifixus, mortuus, & sepultus. Quartus: Descendit ad inferna, secundùm animam. Quintus; Resurrexit à mortuis. Sextus: Ascendit ad cœlos: sedet ad dexteram Patris omnipotentis. Septimus: Inde uenturus est iudicare uiuos, & mortuos.

Quatuor sunt nobis diligenda: vnum, quod supra nos est, Deus. Alterum, quod nos sumus, hoc autem est nostra salus. Tertium, quod iuxta nos est, proximus, id

est, proximi salus. Quartum, quod infra nos est, corpus nostrum, & proximi: omniaque quæ ad corporis sustentationem pertinent.

Quid est decalogus?] est doctrina, uel sermo, de decẽ præceptis tractans. ¶Præceptum quotuplex?] Duplex. Vnum affirmatiuum, quod præcipit aliquid agendum: Et per affirmationem explicatur; atque hoc ipsum sub se tria præcepta, quæ prima sunt, habet dempto secundo. Alterum est negatiuum, quod prohibet aliquid agendũ, ut malum. Et negatiuè enunciatur; & continet sub se hoc idem septem alia præcepta. Sunt ergo.

1 Vnum cole Deum.
2 Ne iures uanè per nomen Dei.
3 Sabbata sanctifices.
4 Venerare parentes.
5 Ne occidas.
6 Ne furtum committas.
7 Ne mæcheris.
8 Ne falsum præbeas testimonium.
9 Ne concupiscas alterius uxorem.
10 Ne concupiscas rem alienam.

Primum præceptum damnat omnem idolatriam, superstitiosas obseruationes, usum item artis magicæ, diuinationes: ¶Prohibet creaturarum cultum: ne uidelicet creaturam more Ethnico, pro Deo habeamus, aut supra Deum amemus: sed soli Deo omnium rerum conditori supremum exhibeamus cultum, & honorem, qui latriæ cultus dicitur. Sancti uerò, qui in fide Christi nos præcesserunt, & uitæ huius cursum beato fine clauserũt, meritò à nobis honorari debent, ueluti corporis eius, quo Christo coniungimur, nobilissima membra, quanquam aliter, atque aliter. Item ueneremur Saluatoris nostri, Beatæ virginis, Sanctorumque omnium imagines: non ut Deos, in quos spem salutis nostræ figamus, sed ut monumenta quædam ad memoriam, & recordationem illorum.

lorum. Vnde Ver. Nam Deus eſt, quod imago docet, ſed non Deus ipſa: Hanc uideas, ſed mente colas, quod cernis in ipſa.

Series ſecundi præcepti quæ? Hæc. hoc præcepto prohibet Deus nominis ſui diuini abuſum, ſimulq; uerum eius uſum honorificum à nobis exigit. Vanè aſſumitur nomen Dei, cùm illud homines fruſtra adhibent, ita ut nullum eis inde redundet commodum, nullaque cogat neceſſitas; uerùm pernitioſa conſuetudine ducti, aut etiã ex iracundia, uel temulentia, per nomen Dei iurant. Delinquunt ſic quoque, qui in rebus leuiſſimis per talem uſum tremendi nominis Dei maieſtatem euileſcere faciunt. ¶Peccant pariter, qui de Deo, rebuſque diuinis per iocum temerè, & ſcurriliter loquuntur.

Præcepti huius ſumma eſt de Sabbato ſanctificando, cultum Dei in nobis promouet, ſeruiles operas, corporalesq; occupationes, omnino prohibens; ut liberius, quæ pietatis munera ſunt, exequamur: totoſque nos à negotiis ſæculi Dei ſeruitio mancipemus. ¶Prophanant Sabbatum, qui totos hos dies turpi ocio traducunt, & horas à prophanis occupationibus uacuas, ſanctis non impendunt exercitiis: qui ſacra audire negligunt. Præuaricantur autem Sabbatum: qui omiſſo ſacrarum rerum exercitio, ſpectaculis, aleæ, talis, chartis coloratis, chorȩis, aliiſque rebus, mentem à cœleſtibus contemplationibus auocantibus, & ad illicitas cupiditates pellicientibus, intendunt.

Explicatio quarti præcepti quæ?] Sequens. Hoc præcepto ab authore trinæ machinæ docemur, quòd parentes noſtros tam animæ, quàm corporis non honoremus tantum, timeamus, & diligamus, ſed etiam egentes, & infirmos, opera noſtra, ſtudio, & auxilio iuuemus. ¶Hoc etiam præcepto mandatur, ut obediamus Epiſcopis, Paſtoribus, Magiſtris, qui uerè ſunt patres noſtri ſpirituales; modò ſint; Et poteſtatibus ſuperioribus, & quorum

ſubſumus imperio. ¶Itaque delinquunt, qui parentes ſuos non honorant, qui uerbis eos, aut ſaltem uultus acerbitate contriſtant: Qui eos in animo deſpiciunt, & paruipendunt, qui mandata eorum non exequuntur. Omnium uerò ſcelerum immanitatem uincunt, qui maledictis, aut contumelia afficiunt parentes ſuos; ſuperiores, magiſtros, & id perſonarum genus: Qui manu ſacrilega uerberant uitæ ſuæ authores, inque egeſta recon ſtitutos relinquunt; quique ſuperiores in his omnibus, quæ non contra Dei uoluntatem iniungunt, nō audiunt, cuius hoc mandatum eſt, ut pareamus.

Quintum præceptum quid uetat? Ne cui ſine cauſa iraſcamur: ne cui inſidiemur: ne ulli mortalium manus uiolentas iniiciamus, aut mortem intentemus. ¶Hoc præcepto uitam corpuſque proximi defendere, ac cuſtodire iubemur ab iniuriis. ¶Requiritur, ut non ſolùm manus à cæde, & ſanguinis effuſione contineamus, ſed iram, & iracundiam, inuidiamque ab animo prorſus eiiciamus. ¶Peccant in hoc præceptum, qui alium ad cædem alterius, uel imperio compellunt, uel conſilio, aut perſuaſione inducunt, uel auxilio iuuant. ¶Occidunt hi, qui fame, aut alio caſu de uita periclitantibus, cùm poſſint, non ſuccurrunt; quique quoduis periculum à proximo ſuo pro uirili non repellunt. ¶Homicidæ mulieres, quæ fœtus præmaturos pharmacis eiiciunt, uel in utero perimunt, in ſua uiſcera crudeles. ¶Sceleratiores homicidæ, qui ſibi ipſis conſciſcunt mortem; & uitam nobiliſſimam, Dei donum, ingrati ſibi ipſis extorquent. ¶Voluntarium & pernicioſum eſt homicidium eorum, qui ſeipſos crapula, & ebrietate perimunt: plures enim crapula, quàm enſe pereunt. ¶Peccant ſimiliter in hoc præcepto, qui proximo ſunt maledici: Queis iungitur detractor, qui abſentis uitam conuitiis proſcindens famam proximi nimirum lędit; qui uno linguæ ictu tres ſimul occidit, ſeipſum, eum qui libenter, & mala intentione auſcultat: & eum, cui detrahit. lingua præſtantiſſimum, & peſſimum omnium eſt membrum in homine.

Quid

Quid sexto præcepto prohibetur? Omnis fornicatio; prout est adulterium, incestus, stuprum, raptus, omnis denique concubitus illegitimus. Similiter hoc præcepto uetantur concubitus cum masculis, cum incubis, & succubis, omnisque immundities, mollicies, & sodomia; omnisque appetitus inordinatus Venereorum. ¶Huius immundissimi uitij multiplices sunt malignitates: tamen in præsentiarum tres tantùm explicabimus. Luxuria igitur dicitur bonorum exteriorum dissipatiua: unde uersus, Qui sequitur Bacchum, taxillos, & meretrices; Infamis semper, semper egenus erit. Item, Luxuria est bonorum temporalium destructiua. Nam secunda bona secundum Philosophum sunt bona corporis; ut sanitas, fortitudo, pulchritudo, & huiusmodi cætera: quæ bona per luxuriam in corpore humano destruuntur. unde Aposto. ad Corinth. 6. Omne peccatum, quodcunque fecerit homo; extra corpus suum est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Aristote. ad Alexan. O clemens Imperator, crede mihi indubitanter, quia coitus corporis, est abbreuiatio uitę, corruptio uirtutum, legis transgressio, fęmineosque mores generat. Seneca in Epi. 24. Ipsę uoluptates in tormenta uertuntur. Epulę ruditatem afferunt. Ebrietates neruorum torporem, tremoremque. libidines, pedum, manuum, articulorum omnium deprauationes, & ad senium citò reducunt. Item, Luxuria est bonorum animę ablatiua. Bona animę sunt; ut potentia, intellectus, uoluntas, memoria, gaudium animę, bona fama, gratia, & libertas, per luxuriam tolluntur. Vnde Hieronymus. O quàm acerbus luxurię fructus: amarior felle, crudelior gladio. Rursus. Libido transacta semper pœnitentem sui relinquit. Anxiatur, & nunquam satiatur; extincta reaccenditur; uisu crescit, & deficit, nec paret rationi, quę impetu ducitur. Rursusque. O ignis infernalis luxuria, cuius materia gula: cuius flamma superbia: cuius scintillę praua colloquia: cuius fumus infamia: cuius cinis inopia: cuius finis gehenna. Hæc ille. Gregor. Momentaneum est quod delectat; æternum quod cruciat.

Quid

Quid uetat septimum præceptum? Omnem rei alienæ contrectationem. ut est furtum, rapina, usura. ¶ Prohibetur hoc precepto non solùm alienę rei iniusta usurpatio, sed & in propriis facultatibus retinendis immitis tenacitas, & in acquirendo nimia solertia, & anxia sollicitudo, quæ plerunque cum fraude, & aliorum detrimento, solet esse coniuncta. Vetatur prodigalitas, profusio, & nimius luxus. ¶ Delinquunt, qui de rebus alienis clam surripiunt. Hoc furti genere infames quoque sunt serui negligentes, & pigri, & infidi operarii, qui pro inutili, & semipleno labore integram mercedem accipiunt. Item uicissim peccant domini, qui seruos, aut operarios debita mercede defraudant. quocirca ne eò miseriarum deueniant ludorum magistri, uigilent super gregē suū. ¶ Delinquunt in hoc præceptum subditi, qui malignè præbent uectigalia, tributa, decimas, & reliquas collationes, quæ magistratibus iure debentur. Similiter furtum committunt, qui subditos suos iniquis, ac insolitis exactionibus uexant, grauantque. Item delirant iudices, qui iustitiam habent uenalem, quique amore, uel odio caussas inopum subuertunt. Iniquissimè autem omnium peccant, qui sacrilegia committunt; qui rem inuētam sibi seruant, nec domino, ad quem spectat, restituūt: si autem dominus inueniri non poterit, quod inuentum est, in usum pauperum erogari debet. furtum quoque faciunt, qui res furto ablatas, à furibus, à pueris, à seruis, nec à ueris dominis coemunt.

Quid interdictum est octauo præcepto? Legislator dominus linguam hominis velut rabidam & nocentissimam bestiam duriter coercet. hæc ea quidem vitæ, famæ, & fortunis proximi insidiatur. Quæ inter alia membra portione parua, malitia grandis: diuitiæ semel amissę sæpe etiā cum lucro reparantur: famæ autem semel læsæ difficilis admodum, & ferè irrecuperabilis, restitutio. ¶ Peccant, qui in iudicio contra proximi sui caussam falsum ferunt testimonium: ut ad condemnationem urgeant insontem, & ad necem compellant; qui uiduas pupillos

pillos opprimunt:qui confictis criminibus famam proximi denigrant, & sinistris sermonibus existimationem eius lædunt:quique detractoribus libenter aures præbẽt; & temerario iudicio proximi uitam faciunt, supputantq́; in famem. ¶Hic etiam notatur triplex genus mendacii, officiosum: Iocosum: Pernitiosum mendacium.

Quid uetat nonum pręceptum? prohibet non solùm actum, sed & improbum adulterii conatũ: atque adeò omnem mæchandi excludit cogitationem. Etenim, qui uiderit mulierem, ad concupiscendam eam, iam mæchatus est in corde suo. Matt. cap. 5.

Legislator Christus hoc ultimo præcepto prohibet, ut bona proximi non tantùm ui, uel ne dolo quidem inuadamus, nec minus concupiscentia. Hæc duo præcepta ultima omnem uetant concupiscentiam; ne quid cupiditate, aut conatu animi, in contu meliam, & perniciem proximi, moliamur. Hæc autem quidem satis.

Quot sunt peccata mortalia? Septem. Horum memoriale est dictio Saligia.

S. Superbia.]
L. Luxuria.]
G. Gula.]
A. Auaritia.]
I. Inuidia.]
I. Ira.]
A. Acedia.

Quid Superbia?

Inordinatus appetitus propriæ excellentię: filias habet. Inobedientiam.] Iactantiam.] Hypocrisim.] Contentionem.] Pertinaciam.] Discordiam.]

Quid Auaritia?

Est nimis, & inordinatus habendi appetitus. Filias nutrit

trit;proditionem.]Fraudem.]Fallaciam.]Periurium.] In misericordiam.]

Quid rei Luxuria?

Est inordinatus appetitus rei Venereæ. Ea filias gigni Mentis cæcitatem.]Inconstantiam.]Amorem sui ipsius. Odium Dei.]Desperationem.]

Quid est Inuidia?

Est tristitia, seu mæror de alterius prosperitate: & gaudium, seu lætitia de aliena aduersitate. Eius autem fili: Odium proximi.] Obtrectatio.] Susurratio.] Afflictio in rebus prosperis.]Exultatio in aduersis rebus proximi.]

Quid Gula?

Est immoderatus appetitus cibi, & potus: & parturit filias;Ineptam lætitiam.] Stultiloquium.] Scurrilitatem.] Immunditiam.]Sensus hebetudinem.] Obliuionem.]

Ira Quid est?

Est inordinata cupiditas ulciscendi se de proximo. Et igitur suscitat filias, Rixas.] Contumelias.] Clamorem.] Indignationem.]Blasphemiam.

Quid est Acedia?

Est languor animi immoderatus, & nimia desidia ad bene operandum. Filiæ autem eius sunt;Malitia.] Desidia.] Pusillanimitas.] Desperatio.] Mentis inquietudo.] Vagatio mentis circa illicita, uetitaque.

E diuerso numerantur septem capitales uirtutes, quæ ijs uitijs opponuntur capitalibus.

1 Humilitas]	Opponitur	Superbiæ.
2 Liberalitas]		Auaritiæ.
3 Castitas]		Luxuriæ.
4 Charitas]		Inuidiç.

Absti-

Ab ſtinentia]	opponitur	Gulæ.
Patientia]		Iræ.
Pietas,uel Deuotio		Acediæ.

Quot ſunt ſenſus exteriores?Quinque.Qui?Viſus.]Auditus.]Guſtus.]Tactus.]Olfactus,uel Odoratus.] Per has quinque feneſtras peccatum, ſubinde mors ingreditur in animam,quam diligentiſſimè cuſtodiri oportet.

Quot ſunt uirtutes Theologicę? Tres.Quæ.

1 Fides.]
2 Spes.]
3 Charitas.]

Appellantur quidem ſic,quòd circa illas tota Theologica uerſentur; Harum maxima Charitas.

Quot ſunt Virtutes Cardinales?Quatuor.Quæ?

1 Prudentia.]
2 Iuſtitia.]
3 Fortitudo.]
4 Temperantia.]

Dictitantur autem Cardinales , quia in his quatuor quaſi angulis ſolidum noſtræ mentis ædificium conſiſtit, & ſuſtinetur;bonique operis tota ſtructura conſurgit.

Quot ſunt dona Spiritus Sancti? Septem. vt ait Eſaias. 11.Quæ ſunt?Hæc.

1 Spiritus Sapientiæ.]
2 Intellectus.]
3 Conſilij.]
4 Fortitudinis.]
5 Scientiæ.]
6 Pietatis.]
7 Timor Domini.]

Quot ſunt opera miſericordiæ?Septem.uerùm hæc duplicia:quædam corporalia:Spiritualia quędam. Quæ ſũt opera miſericordiæ corporalia? Quæ ad corporalem proximi

ximi miseriam subleuandam, spectant, Sunt enim.

1 Pascere esurientem.]
2 Potare sitientem.]
3 Hospitari peregrinos.]
4 Operire nudum.]
5 Visitare infirmum.]
6 Redimere captiuum.]
7 Sepelire defunctum]

Quæ sunt opera misericordiæ spiritualia? Quæ ad spiritualem proximi egestatem releuandam, pertinent. Sunt enim.

1 Corrigere peccantes.
2 Docere ignorantes.
3 Consulere dubitantibus.
4 Orare pro salute proximi.
5 Mæstos consolari.
6 Iniurias illatas æquo animo ferre.
7 Offensam remittere delinquentibus.

Quot sunt beatitudines? Octo. Quæ? Hæ.

1 Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cœlorum.
2 Beati mites; quoniam ipsi possidebunt terram.
3 Beati, qui lugent: quoniam consolabuntur.
4 Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur.
5 Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiā consequentur.
6 Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum uidebunt.
7 Beati pacifici: quoniam filii Dei uocabuntur.
8 Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

Sacramenta ecclesiæ quot sunt? Septem. Quæ? Hæc.

1 Baptismus.

2 Confirmatio.
3 Eucharistia.
4 Pænitentia.
5 Extrema unctio.
6 Ordo sacer.
7 Matrimonium.

Ex quibus aliqua reiterantur, aliqua uerò non.

Quot sunt consilia Euangelica? Tria. Quæ?
1 Paupertas.] 2 Castitas.] 3 Obedientia.]

Septem uerba, dicta à domino nostro Iesu Christo in Cruce pendente contra septem peccata mortalia.
1 Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Contra Iram.
2 Hodie mecum eris in paradiso. Contra Inuidiam.
3 Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo; Ecce mater tua. Contra Acediam.
4 Hely Hely Lamazabatani; Contra superbiam.
5 Sitio, Contra Gulam.
6 Consumatum est; contra Luxuriam.
7 Pater, in manus tuas commendo spiritum meum; Contra Auaritiam.

Aetates humanæ uitæ? Septem.

Infantia, ad annos 7 Pueritia, inde ad 14. Adolescentia, inde ad unum supra 20. Iuuentus, inde ad 28. Virilitas, inde ad 40. Senectus, inde ad 70. Decrepitas, inde usque ad finem uitæ.

Quotuplex est ordo? Duplex. Etenim alii dicuntur ordines minores; maiores alii.

Quot sunt ordines minores; Quatuor. Ostiariorum.] Exorcistarum.] Lectorum.] Acolythorum.

Ostiarii munus quod? Dignos ad templum recipere; indignos repellere; Ostia templique ualuas obseruare; horis

ris competentibus claudere,& aperire;& canes ab ecclesia expellere.

Lectoris munus?Psalmos, Versus,lectionesque in ecclesia recitare,& cantare.

Munus Exorcistæ?Super inquietos, qui à spiritibus uexabantur immundis, aut dæmoniorum illusionibus, & terriculamentis agitabantur; nomen domini inuocare, adiuratum spiritum eijcere,uel compescere. Vnde Exorcista Græcè,adiurans autem Latinè.

Acolythus dicitur assectator, comes, ministrans: quia constitutos in maioribus ordinibus proximè comitabatur.Munus autem eius est portare funalia, & cæreos in signum lætitiæ,ut animi fidelium incitarentur ad contemplandum Euangelicam,& erigendam mentem ad ueram lucem,quæ est Christus:sacerdoti celebraturo altare præparare, eique in Missa officio sacro inseruire. dicitur autem Acolythus Græcè, Latinè cęro ferarius.

Quot sunt ordines maiores?Tres.Qui?
1 Hypodiaconus. uel Subdiaconus.
2 Diaconus.]
3 Presbyter.]

Hypodiaconi munus?Est Calicem,& patenam ad altare portare uinum ministrante celebranti, corporalia lauare, legere, siue canere Epistolam. Dicitur autem subdiaconus, quasi subiacens Officiis, uel Leuitarum præceptis.

Diaconus est ille,qui debet legere Euangelium Missæ Officio,& Sacerdoribus assistere, & eis ministrare in omnibus,quæ aguntur in Sacramentis Christi, puta in Baptismo, Chrismate, in Patena, in Calice, & alia omnia in Altari disponere. Et dicitur Diaconus, quasi minister:omnibus enim Sacerdotibus ministrare:potest enim mensam

ſam Domini diſponere, veſtire, Crucem Chriſti ferre, & prædicare Euangelium, & Epiſtolam ad populum.

Presbyter, eſt homo maſculus ſacris ordinibus ordinatus ad conficiendum corpus, & ſanguinem Chriſti deputatus. Vnde Græcè presbyter eſt, Latinè uerò ſenior, non propter ætatem, uerùm propter dignitatem, doctrinam, & morum integritatem. Munus autē eius, eſt prędicare, Soluere, & ligare, Conſecrare, & Sacramenta adminiſtrare. Sacerdos, qui, qualisq́ue ſis, benè puta.

Confiteor Deo omnipotenti, Beatæ Mariæ ſemper Virgini, Beato Michaeli Archangelo, Beato Ioāni Baptiſtæ, Sanctis Apoſtolis Petro, & Paulo, Omnibus Sanctis, & vobis fratres: quia peccaui nimis cogitatione, uerbo, & opere, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor Beatam Mariam ſemper Virginem, Beatum Michaelem Archangelum, Beatum Ioannem Baptiſtam, Sanctos Apoſtolos Petrum, & Paulum, omnes Sanctos, & uos fratres, orare pro me ad dominum Deum noſtrum.

Miſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſſis omnibus peccatis tuis, perducat te ad uitam æternam. ℞. Amen.

Indulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem omnium peccatorum tuorum, tribuat tibi omnipotens, & miſericors Dominus. Reſp. Amen.

Quot ſunt conditiones neceſſariæ confeſſioni? Duodecim. Quæ ſunt? Hæ.

1 Confeſſio enim ut ſit bona, atque ſalutaris, debet principio eſſe Voluntaria.

2 Præmeditata; ut confitens diligenter priuſquàm ſe ad Sacerdotis Auricularij pedes ſeſe conferat, e-

uoluat suæ conscientiæ librum, atque in eo peccata sua optimè recolat.

3 Diligens; Non supina.

4 Integra; Ne quis sciens peccatum aliquod, uel ex uerecundia, uel alia ex caussa, cælet.

5 Accusatoria: Etenim peccator principio sui ipsius accusator esse debet, non alterius.

6 Propria, ut nemo peccatorum suorum caussas in alios retorqueat, aut de illis quid fateatur.

7 Contrita; Hoc est autem amara, cum dolore, & amaritudine cordis profunda, iuxta illud. Dauid, Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.

8 Verecunda. Pudica; ut honestatis ratio ubique seruetur, maximè ut peccata carnis non impudenter, sed modestè, idest reuerenter detegantur.

9 Humilis. Vt quis peccata pudicè, uerecundè, & humiliter commemoret.

10 Spei plena, de peccatorum remissione.
11 Vera; non fucata.

12 Nuda, & aperta; non ut quis palàm, & omnibus audiētibus, peccata sua coram Sacerdote enumeret, sed ratione peccati, & loci, personæque.

Hi uersus sunt de conditionibus confessionis uidelicet.

Sit simplex, humilis, confessio pura, fidelis.

Atque

Atque frequens, nuda, discreta, libens, uerecunda.
Integra, secreta, lachrymabilis accelerata.
Fortis, & accusans, & sit parere parata.

Circunstantię in confessione non cœlandę, sunt octo: quæ trito illo carmine comprehenduntur, uidelicet.

Quis, quid, ubi, per quos, quoties, cur, quomodo, quando.
Quis, personæ statum dicit, & conditionem.]
Quid, quærit de peccati genere, lethale ne sit, an ueniale: homicidium, an furtum.]
Vbi quærit de loco.]
Per quos, media peccandi, & quasi instrumētū indicat.]
Quoties, numerorum quærit & multitudinem.]
Cur de fine quærit peccati.]
Quomodo, modum poscit peccandi, sin honesto, turpiue modo.]
Quando, temporis est circunstantia: dies enim sacri grauius faciunt peccatum.]
Sunt & aliæ quędam peccatorum conditiones, uel circunstantiæ, his uersiculis comprehensæ.
Ordo, conditio, status dignissimus, ætas.
Copia, caussa, modus, mora, lucta pusilla, sciensque.
Et tempus, doctrina, locus, numero recidiuum.
Hæc plerunque solent grauiores reddere culpas.

Forma absolutionis.

Dominus noster Iesus Christus dignetur, te clementer absoluere, & ego authoritate ipsius qua in hac parte nunc fungor, absoluo te à uinculis excommunicationis minoris, si teneris, & ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

Quot modis communicamus peccatis alienis? Nouē. 1 Consilio.] 2 Iussione.] 3 Consensu.] 4 Adulatione.] 5 Irritatione.] 6 Participatione.] 7 Retinentia.] 8 Conniuentia.] 9 Defensione.]

Quot sunt peccata clamantia in cœlum? Quatuor. 1 Homicidium uoluntarium.] 2 Peccatum contra naturam.] 3 Oppressio pauperum.] 4 Merces operariorum defraudata.]

Peccata in Spiritum Sanctum; 1 Præsumptio de misericordia Dei.] 2 Desperatio ueniæ.] 3 Impugnatio agnitæ ueritatis.] 4 Inuidia, uel odium fraternæ gratiæ.] 5 Obstinatio.] 6 Impœnitentia finalis.

Quot sunt hominis nouissima? Quatuor. 1 Mors.] 2 Dies extremi, tremendique iudicij.] 3 Infernus.] 4 Paradisus.

Sequuntur uersiculi quidam; quibus materiæ indumētorum, quibus Sacerdos utitur in facienda re diuina, explicantur.

Tu quicunque uoles Missam celebrare Sacerdos;
Et quicunque uoles tantis assistere sacris:
Sis memor, & tota deuotus mente reuoluas:
Qualia sit Christus pro te certamina passus:
Velatum capite, & derisum signat Amictus.
Linea Vestis item; quòd sit despectus in Alba.
Vincula significat fera, tortaque zona manipli;
Est stola imago Crucis, quàm humeris gestauit Iesus.
Cercis amictu, atque inde quater tuceris in Alba,
Signa terebrati capitis, manuumq; pedumq;:
Purpureæ, spectans casulam, uestis memor esto,
Vt rubeo fuerit perfusus sanguine Christus;
Cunq; Sacerdotem ad aram cernis properantem:
Tum uoluas animo memori, ut conscenderit ultro
Caluariæ montem, moriturus de cruce pro te;
Omnia dicta piè memorando pectore conde.

Benedictio mensæ.

Benedicite Deus, quod appositum est, & apponetur; per

per uerbum Dei sanctificetur. In nomine patris, & filii, & Spiritus sancti, Amen.

Secunda.

Pasce animos nostros Christe charitate tua; qui benignitate tua alis uitas omnium animantium; Sancta sint domine hæc tua munera nobis sumentibus, ut tu, qui ea largiris, sanctus es. In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, Amen.

Post prandium gratia agitur Deo.

Pro cibo tẽporario gratias agimus, Christe Domine, temporarias: fac et pro immortalitate agamus æternas, Amen.

Benedictio Cœnæ.

Qui benedixit Magdalenam, benedicat hanc cœnam. in nom ne Patris, & Filij, & Spiritus sancti Amen.

Post cœnam gratiarum collatio.

Gratias tibi agimus Domine pro uniuersis beneficiis, quæ quotidie nobis largiris; fac nos transire per bona tẽporalia, ut non amittamus æterna, Amen.

Quot sunt præcepta legis gratiæ? Duo. Quæ? 1 Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota uirtute tua, & ex omnibus uiribus tuis. ¶ 2 Diliges proximum tuum, sicut teipsum.

Quot sunt dies ieiuniorũ? 1 Tota Quadragesima, scilicet à die cinerum usque ad Sabbatum Sanctum, exceptis Dominicis diebus. 2 Quatuor anni tẽpora. Scilicet, Vernale. In prima hebdomada quadragesimæ. Aestuale, prima hebdomada post Penthecosten. Autumnale, tertia hebdomada Septembris. Hyemale, Sabbato ante Vigiliam Natiuitatis Domini. ¶ 3 Vigilia Natalis Domini. ¶ 4 Vig. Penthecostes. ¶ 5 Vig. Assumptionis B. Mariæ virginis.

ginis. ¶ 6 Vig. omnium Sanctorum Apostolorum, præter quàm Sanctorum Philippi, & Iacobi, & Sancti Ioannis Euangelistæ ¶ Vig. 7 Natiuitatis Sancti Ioãnis Baptistæ. ¶ 8 Vig. Sancti Laurentij. ¶ 9 Vig. Sanctorum omnium.

Quot sunt præcepta legis Naturæ? Duo. Quæ? 1 Omnia quæcunque uultis, ut faciant uobis homines; & uos eadem facite illis. ¶ 2 Quod tibi oderis fieri, alteri ne feceris unquam.

Modo deuoto, & utile di offerire il Santo Rosario, con le sue contemplationi.

Rosario Gaudioso.

1 Annunciatio beatæ Mariæ Virginis.
2 Visitatio beatæ Mariæ Virginis.
3 Natiuitas Domini nostri Iesu Christi.
4 Præsentatio pueri Iesu per Mariam.
5 Inuentio Iesu Christi inter Doctores.

Rosario doloroso.

1 Pius Iesus orat factus in agonia.
2 Pius Iesus ligatus ad columnam cæditur loris.
3 Pius Iesus spineo diademate amarè plectitur.
4 Pius Iesus morti addictus baiulat crucem.
5 Pius Iesus in cruce leuatus salutis nostræ opus consumauit, in medio terræ.

Rosario glorioso.

1 Gloriosa Resurrectio Christi triumphantis.
2 Mirabilis Christi in cœlum Ascensio.
3 Descensio Spiritus sancti paracleti in discipulos.
4 Assumptio gloriosæ Virginis Mariæ.
5 Fruitio sanctissimæ, atque indiuiduæ Trinitatis. Et gloria Sanctorum omnium.

Nota

¶Nota che al principio del dire ogni Rosario non ti rincresca dire il Credo,& tre Pater nostri,& tre Aue Marie, ad honore & gloria della santissima Trinità,& à l'ultimo la Salue Regina,ad honore della Regina de' Cieli.

Oratio ante communionem.

Piissime Domine Iesu Christe,pater mi, qui es panis uitæ;ita me de te satiari digneris,ut nihil præter te, esuriam.Ita me de te inebriare digneris;ut nihil præter te sitiam,fontem uiuum,& indeficientem. Qui uiuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio post communionem.

Sit mihi Domine,dulcissime Iesu Christe hoc sacrosanctum corpus tuum,suauitas,& dulcedo animæ meæ: Salus, & sanctitas in omni tentatione: pax, & gaudium in omni tribulatione: lumen & uirtus in omni uerbo, & operatione: solatium, & tutela in morte. Qui uiuis in sæcula sæculorum, Amen.

Hoc quicquid muneris est turba charissima, uniuerso puerorum sodalitio per te donatum esse gratulor; quò statim hoc congiario simul, & commilitonum tuorum animos tibi concilies; atque illis literarum,morumque studia maximè commendes. Vale, Sacca nostra ex officina literaria,Idibus Sextilibus, Anno à salute mortalibus restituta. M. D. LXXIII.

FINIS.